This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

PEREIRA
Opera
Medica

1558

61
G.14
A

NOVAE VERAEQVE MEDICINAE, EXPERIMENTIS ET EVIDENTIBVS RATIONIBVS COMPROBATAE,

Prima pars: Per Gometium Pereiram, medicum Methymnæ Duelli (quæ Hiſpanorũ nomine, Medina del Campo nominatur) Nunc primùm in lucem edita.

QVAE IN HOC VOLVMINE TRActantur, *Elenchus verſæ paginæ docebit.*



BIBLIOTECA

METHYMNAE DVELLI.

Excudebat Franciſcus à Canto.

ANNO. 1558. Menſe Octobris.

Elenchus.

CALOREM febrilem & naturalem eiuſdem eſſe ſpeciei. col. 7.
Calorem febrilem diariarum non poſſe,oriri à cauſis quas Galenus ſcripſit, col. 31.
Futiles eſſe cauſas quas Gal.febrium putridarum eſſe putauit. col. 59.
Modus hucuſquè ignotus per quem febres putridæ fiunt,monſtratur.col. 104.
Vnde contingant febres diariæ,& plurium dierum & cauſa acceſsionum febrilium explicantur. col. 136.
Eſſentia & cauſa febrium hecticarum à Galeno putatæ improbantur. col. 175.
Commentum in librum de inæquali intemperie & multa quæ Galenum & medicos poſteriores latebant,oſtenduntur; col. 175.
Inditia & medela nonnullarum ephemerarum febrium exarantur. col. 346.
Quomodo deinceps febres hucuſq; putridæ & hecticæ vocatæ, nominandæ ſunt.col. 376.
Horroris & rigoris & tremoris veræ cauſæ explicantur, vnde Galeni error manifeſtus apparet. col. 378.
Quid coctio & putrefactio ſit. col. 424.
Medela generica febrium ac minus generica quæ non parum difert à perſcripta à Galeno & reliquis medicis.col. 444.
De biliofis febribus & primo de ab exquiſita bili orientibus. col. 528.
De febribus prouenientibus à bili notha, vbi nonnulli errores de coloribus bilium deteguntur.col. 599.
De graui ſopore cataphora à Græcis dictus. col. 652.
De frenitide quam non eſſe cerebri inflammationem neq; eiuſdem membranarum vt Galenus & reliqui medici putarunt.col. 671.
An febres meræ pituitoſæ contingant. col. 692.
De febribus à melancholia orientibus vbi de quartana agitur.col. 706.
De febribus à ſanguine multo & putrido orientibus. col. 789.
De febribus hecticis.col. 815.
Febres compoſitas hemitrithæos vocatas non eſſe quales Galenus opinatus eſt.col. 849.
De febribus peſtilentibus.col. 860.
De morbillo & variolis. col. 899.

IESVS

CONCESSISTI, dulciſsime IESV, Antonianæ Margaritæ priorẽ partem, tuo ſacro nomini dicatam,excudi, ac in manus phyſicorum,& medicorum,& theologorum deuenire: à quorum nõnullis id operis quanti fiat, tu qui nil ignoras, ac corda & renes ſcrutaris,probe noſti. Cum primùm enim operis huius elenchus,& eiuidem primum Paradoxõ in ſenſibilia bruta eſſe atteſtans,ab eiſdẽ legitur,liber è manibus reiicitur,ipſe & author redditur inuiſus, & parum abeſt, vt vtrumq; diſcerpere quoquo modo poſsint,conentur. Ab aliis patientioribus vniuerſa elenchus,& operis prior pars legitur.Sed cum ad ſpeculatiuas rationes brutorum inſenſibilitatem methodis logicis & phyſicis indubiè probantes deueniunt(quòd edocti infœlici hac tempeſtate ſint,vbi relatæ duæ facultates omnino contemnuntur,ſine quibus non tantùm medica & theologica facultas,verum & vniuerſæ ſcientiæ mancæ meritò cenſentur) exacta peritia relatarum facultatũ priuati,quòd Græcanicæ & Latinæ linguæ præcipuè incubuerint, vim & valorẽ earũ capere minimè valẽtes,in antiquo errore perſiſtere decernunt,ac proinde retrocedunt,& tergiuerſantur.Reliqui,& inter alios ſapientiſsimi,aut clam, vel palam nobiſcũ in omnibus paradoxis conſentiunt, cùm bene morati ſint,ſed duriores & ceruicoſi neſcio quibus ſolutionibus cõmentitiis noſtrarũ rationum fictis, quæ ſibi ipſis minimè ſatisfaciunt noſtræ veritatis claritatem obtenebrare contendunt,quòd erubeſcant, cùm doctiſsimi hucuſq; ſint habiti, & multos veteri doctrina imbuerint, nũc ſeneſcentes dediſcere,quæ docuerint. Et quamquam difficilis hic noſtrarum lucubrationum exitus ab vlteriore indagatione veritatis in phyſica & medica ſcientia retrahere hominẽ meticuloſum & inconſtantis animi poſſet,me tamen (quem tu benigniſsime IESV continuò foues,cuiq; certò promittis,veritatem à te ortam non paſſurum mendacii tenebris contegi,quin potius futurũ polliceris,vt veritatis cognitionẽ nobis,nõ poſt multos hos annos, propter iã vulgata dogmata vel peritiſsimi acceptã referant, & quòd Galeni, Ariſtotelisq;, ac aliorum placita à nobis increpata,ſint delenda,ac antiquanda) mors tantùm, aut quid morti par ab imponendo fine incœptis retardare valebit. Addis enim hæſitanti mihi tu rerum conditor noſtris laboribus neſcio quem gloriæ ſtimulum, quo dulciſsimi ex amariſsimis redduntur,ac coram oculis præſentas. Quot mẽtis errores (cùm ſpeculatiua negotia agimũs)ab ſcholis exterminemus.Etiam quot innocentiũ hominũ mortes (cùm medicinam docemus)vitantur: quo niſi Thrace immanior fierem,laborem quãtumuis improbum non recuſarem.Hunc ergo in lucem editum, tuam Mageſtatem decet tueri,legentium animis inſerere,propagare,& per vigilias,ac quoſuis alios labores, quos in condendo edito iam & præſenti hoc opere pertuli, tuam iuſtitiam leniri,& delictorum meorum ſupplicium condonari,meq; tibi gratũ reddi.Quod vt peto fieri,per tuam benignitatem concede, Qui in ſeculorum ſecula cum Patre & Spiritu ſancto regnas. Amen.

Carolo Magno, inuictiſsimi Philippi
HISPANIARVM, ET ANGLIAE
Regis filio, Cometius Pereira ſuus obediens ſubditus fœlicitatem.

CVM nuper coram celſitudine tua, Sereniſsime Princeps, exemplo oſtenderem, inuentum illud noſtrum, quo fluminum, & fontium aqua, ad quantumuis diſtantia loca ſine cuniculis, ac pontibus poßit deduci, & ſi inter media montoſa, & multo origine fluminis, aut fontis altiora, aut flumine, fonteue ipſo profundiora fuißent, firmum ac perpetuum eſſe. Memoror cauſam aſcenſus aquæ illius Celſitudinem tuã à me petiiſſe: tibiq́ ampliſsimo Principi reſpondiſſe. Dilucide ipſam tibi poſſe me oſtendere putare, ſi edoctus (hactenus enim per ætatem non licuit) in phyſica facultate fuiſſes. Utq́ inueſtigare rerum cauſas, cum velles, poßes, Celſitudinem tuam hortabar phyſicæ facultate incumberes, Quod euentuum naturalium inquiſitio dulciſsima, & honeſtiſsima ſit, & quæ perenem laudem Principes & quoſuis alios aſſequi efficiat, & à mortalitate vindicare valeat. Cumq́ libenter & æquo animo celſitudo tua illud accepiſſet, ſpem non exiguam ſumpſi, non irrita cõſilia noſtra apud te futura, maximè cum talẽ Præceptorẽ adeptus ſis, vt magno Alexandro, qui Ariſtotelẽ magiſtrũ habuit, fortunatior ſis habẽdus: à quo quotidie doctus & inſtitutus idẽ vt facias admoneris. Mihiq́ præterea perſuaſi coacturum te, vt præſens hoc opus humano generi adeo proficuũ totius orbis medici cõplectantur (conſcius enim ſum te vniuerſo orbi imperaturum) ſimulq́ iuſſurum, vt in medendo noſtras methodos exequantur. Tuam ergo Celſitudinem obſecro ne me inſolentem, & ſuperbum putes, cum talia te facturum ſperem, ꝙ examini doctiſsimorum in phyſica & medica facultate virorum, librum hunc, me præſente, ſubiici iubeas. Spero enim cum aliquos peritiſsimos medicos curam tuæ valetudinis habentes, atq́ Hiſpaniæ phyſicæ, medicæ, ac theologicae facultatis profeſſores ad hunc examinandum in vnum conuenire praeceperis, vera noſtra dogmata eſſe veritate ipſa compulſos affirmaturos.

Vale.

Ad Lectorem.

ETSI intelligam, candide lector, q̃ ardua ac difficilia ſint, quæ molior, & intrepide aggredior, non tantum condendo opera, in quibus Ariſtotelis, & Galeni adeo probatorũ a tot ſeculis authorum decreta refringuntur, cõfutantur, ac dedocentur: verum contemnendo, & poſt habẽdo doctrinas quæ nunc ſunt in precio, & quarum præcipuam curam omnes, qui nunc diſcunt, habent, vt eas, quæ veræ ſunt ſcientiæ, legentium lucubrationes noſtras mentibus inſeram: non tamen ob has difficultates moror, tardor, aut ab incœptis deſiſto. Sũ enim adeo captus effræno quodã amore docẽdæ veritatis, & hui⁹ ſuperſtitionis extirpandæ ab vniuerſæ Europæ ſcholis, iam annos ferme retro quinquaginta in profeſſores ſcientiarum ſubrepentis, & iam nunc publice graſſantis, vt de me vere dici illud Ouidianum valeat. Nec capiunt incluſas pectora flammas. Neq; eſt cur quis hos noſtros conatus miretur, maxime hunc, de quo poſtremo agebam, quin potius maiore admiratione digni ſunt illi, qui profitentes vt voce inquiũt dialecticam, Phyſicam, & Theologicã, & medicam facultatem harum, quarum ſe profeſſores eſſe falſo affirmant, curam nullam habent, vt tantum voculæ cuiuſdam Latinæ, Græcæ, aut Hebraicæ ſignificatum, originem, accentũ, orthographiam ad vnguem calleant: idq; præcipue ſit eis cordi, vt loquendo, ſcribendo, orando ſummam laudem quod latiniſsimi, græciſsimi, aut hebraiciſsimi ſint, obtineant, aliis iam Chaldæiſsimos & Arabiciſsimos eſſe inſuadentibus: ſcientias, quas dixi, nec labiis deguſtando, quaſi futuri ſint ipſi, aliquorum, qui orbem peragraturi ſunt, & in relatas barbaras gentes tranſgreſſuri interpretes, & quod Hiſpane dicitur, Farautes. Porro Eraſmus ille horũ ſectæ primus ac maximus hæreſiarcha, qui vt infœlix ingeninm ad callendas ſpeculatiuas facultates ſortitus eſt, ſic auguſtum ad humanitatis profeſsiones, quia immodice incumbentes medicos & theologos illius temporis ſophiſmatis, & calculationibus inuenit, libros complures ſatis elegãtes, ac cachinnis plenos, innumeras inuectiuas in ſophiſmatum & calculationum doctores, includentes compoſuit, ac per orbem diſperſit, quibus innumeros ſuæ ſortis homines, rari enim ſunt, qui ardua, ac inſulſa logices & ſpeculatiuæ phyſices callere poſsint, ad humanarum doctrinarum lectionem, non diſsimili Mahumetæ, & lutheri aſtu allexit, & haud inuitos traxit. Inter enim ſelectiſsimam adhuc iuuentutẽ pauci reperiri queunt, quibus ſi vita deſes, & amœnitate plena, ſimulq; laborioſa, ac ærumnis ſcatens coram præſentetur, non præferant deſidioſam laborioſæ: præſertim ſi perſuaſum habeant, labores infrugiferos, ac caſſos eſſe. Et cum Orator adeo illuſtris Eraſmus fuerit, vt nullis ferme præteriti ſeculi ſe cedere citra inſolentiam dicere poſsit, innumera proba iaciendo in eos, qui operam dabant ſpeculatiuis facultatibus, theologis conſulebat Chryſoſtomum, Cyrillum, Hieronymum, innumeroſq; alios ſacros doctores legerent, & Thomas, Scotos, Olzanes, Capreolos, Durandos, Gregorios Ariminenſes, ac Gandauos, et cæteram ſcholaſticorum doctorum claſſem contemnerent; innixe aſſeuerans parum conducere ad Chriſtianam pietatem ſcire, quid relationes, prioritates, eſſentiæ, quidditates, inceptiones, deſitiones, ac alia innumera ſint: inſcius quod cum hæc non niſi magno cum labore, & freqũeti meditatione ab intellectu cõcipiantur, agilis, acris, & illuſtris tam ad faciliora quam difficiliora callendum mens ipſa reddatur: non aliter eidem per illorum cognitionem contingendo, quam corpori aſſuefacto cum ferreis compedibus ſalere, currere, & ambulare, quod ſine relato impedimento recenſita munia agilis euadens exercet prõptiſsime. Vocabatq; ſpeculationem ſophiſticam artem, & humanitatem, quam ipſe ſuadebat, bonas literas nominabat: cum potius meras literas vacaturus illam erat. Nam libri illius anſam complurimis exhibuerunt, vt ſacrarum ſcripturarum contextus per ipſos conſpurcarentur, ac defædarentur, puris literis tantũ animaduerſis, quod defecerit iis acris illa ingenii, vſu ſpeculationis obtenta vis, quæ ardua quæque æquare, & exponere valet. Alioq; prætextu dialecticam, & phyſicam in totum extinxit, obiiciendo nonnullis expoſitoribus magiſtri Sententiarum nihil ipſos decreta illius explicare curaſſe, ſed quod abſoluendo negotium de infinito, de compatibilitate primarũ qualitatum, de propoſitione per ſe nota, de ſubiecto & paſſione, & infinitis aliis rebus ad prædictas facultates attinentibus, tempus, & chartas conſumpſerint: vitio relatis ſcriptoribus dando, ꝙ cum tranſactis prioribus annis, in quibus artibus & phyſicæ incumbere erant ſoliti, nullam de illis in ſequentibus ſcientiis curam eſſent habituri, niſi cũ vi compulſi aliquis locus id poſceret, agentes de re theologica, dialecticas & phy

ſicas

ſicas quæſtiones perpetuo tractaſſent, & de theologico negotio quaſi obiter verbum vnũ & inſulſum ſcripſiſſent: vt verius cõmentationes recenſitæ dici valerent ſummulæ, aut phyſici, q̃ theologici codices, potiuſq; illarũ ſcriptores ſummuliſtæ, aut philoſophi, q̃ theologi. Quod & ſi ſatis callide & vere aſſertum ab eo ſit, eſto ꝙ in nonnullos ſcriptores cõuitia illa iacta quadrarint, non tamen ſine magno diſpẽdio, ac iactura Chriſtianæ pietatis cautio adimpleta eſt. Nam modum nullum ſeruando in cauendis ſcopulis præuiſis, illud logicum & phyſicũ, quod transferre tantum in natiuum ſolum debuiſſent, vbi quantumuis ſurſum æditum, aut deorſum radicibus iactis latum, nocere minime valeret, penitus euulſerũt, & igni abſumendũ dederũt. Theologiam, & medicam ſcientias, ac nonnullam partem iuris Cæſarei, in grammarum peritiam conuertentes, vitareq; conantes, ne Theologi, & Medici, Logici, aut Phyſici tantum vere dicerentur, relatos duntaxat grammatiſtas poſſe vocari fecerũt. Et quod lugubre, & nefandum eſt, mille hæreſibus formoſam Chriſtianorum religionem deformauerunt, ꝙ ſenſus decentes piarum literarum hebetibus & minime limatis ac parum exacutis per artes & philoſophiam ingeniis callere non valuerunt, literæ occidenti preciſe incumbentes. Porro iis, qui adeo petulanter aggredi ſacras literas audent, vt ſolum grammatiſtas eſſe, latinitatis aut græcanicæ linguæ ad earundem verum ſenſum rimandum ſufficere exiſtiment, par error ſubſequi ſolet illi, in quem cerdones, & mechanicarum artium artifices incidunt, cum bibliæ, aut Pauli epiſtolæ libros in natiuam ſuam linguam verſos, legunt, & explicare conantur. Neq; immerito vtroſq; ſimiliter peccare aſſerimus, ſiquidem linguarum periti nihilo cultiora ingenia, q̃ artifices habent. Ad linguas enim addiſcendum, ſola memoria vtimur, ad ſciencias ingenio. Præterea ii bilingues & trilingues intotum inſtitoribus illis ſimiles fiunt, qui e patria profecti, in alienum ſibi orbem migrant, vt merces ignotas ad ſuos deferãt, quarum aſportatio, tam ſibi, q̃ ſuis emolumento ſit futura: portuq;, quem petebant, potientes, emere merces negligunt, quo commodius illorum exterorum linguam calleant, atq; in patriam numis & mercibus petitis vacui, & omnibus deinceps in fabulam expoſiti, inſani alacres redeunt, ſibi tantũ placentes, ꝙ ex ſuis laboribus fructum adeo pretioſum excerpſerint, externæ videlicet nationis linguæ ſignificata calluiſſe. Certe ſi vnius hominis uita ſuffiiceret ad vniuerſas linguas aut ſaltim ad Latinam & Græcam exacte callendum, & ad dialecticam, & Phyſicam, & Theologiam, ſeu Medicinam probe intelligendum, vitio ego non darẽ ſcholaribus obnixe procurare latiniſsimos, & Græciſsimos fieri: verũ cum vita adeo breuis ſit, Theologos, & Medicos, illis ſcientiis magno conatu incũbant, hortor, ſine quibus vere Theologi & medici eſſe, nulli valent: iis enim impetratis, ſatis periti in linguis ſine magiſtro eſſe poſſũt. Quod in eiſdẽ quantumuis peritioribus contingere, ſi artes callere curent, nõ poteſt, Nempe qui noſtris cõſiliis paruerit, infeſtiſsimos ſcopulos hæreſum nunc collidentiũ vitare, facillime valebit. Nõ ꝙ me lateat etiam in hac noſtra tempeſtate quoſdam ſatis logicos & phyſicos peruerſarũ mẽtium & morum, cupidos, vt reor, facultatum, ſeu humanæ gloriæ, in hæreſim incidiſſe, ſed neq; vna hirundo facit ver. Sat fuerit, vt obiectio hæc diluatur, ꝙ ab hinc quadraginta annis cũ Pariſiis & Louanii artes & phyſica honore vigebant, nunquam Lutherũ auſum fuiſſe, ad Pariſiẽſes & Louanienſes literatos ſuam cauſam definiendam deferri: qui ſi nunc vixiſſet, proh dolor, fortaſſe id, quod tunc metuebat, iam nunc ſummis præcibus poſceret. Nec mirum, ꝙ artes, quas immanis beſtia illa verebatur, exploſas eſſe nouiſſet: & diſciplinas, quas amabat, & quibus, & ſi inepte, innitebatur, in pretio habitas videret. Certe ſi ego tantus apud Chriſtianos Principes forem, vt meis conſiliis de hoc negotio acquieſcerent, nemo in theologica & medica facultatibus laurea potiretur, q̃ qui per annorum duorum ſpatium ſummulis inſudaſſet, & per tot Phyſicæ, Logicæq; per vnum. Neq; a latinitate in has, & ab harum quauis in alias tranſitus concedendus eſſet, niſi per doctiſsimos quoſq; huic negotio ab vniuerſitatibus ſelectos & ſolutos permiſſus ſcholaribus fuiſſet. Cauẽdum enim quammaxime exiſtimo ne cui permittendus eſt tranſitus, ſymbolum aliquod iure teneatur ipſe ſoluere copiam faciẽti, Ob enim hos numulos capeſſendos multis indoctis licet per præfectos relatorum munerũ, quod illis indubie alias denegaretur. Nulluſq, ob ſcripta ſtomachetur, meq; cõuitiis inſectetur: ſuſpicans mihi quantũuis barbaro, & parũ in linguis exercitato, diſplicere elegantẽ phraſin, & orationem currentem, indeq; inuectum in linguarum peritos fuiſſe. Nam ego peritiam hanc, quammaxime laudo, & ab eadem emanaſſe innumera bona tam in re theologica & me-

dica, q̄ in aliis facultatibus, non inficior. Id ego dumtaxat vitupero nimirum, opinari, multos hanc tantum ſufficere, ad theologiam, & medicinam, & iura exacte ſciendum, cum ii quibus mens aliqua ineſt, minime ignorent. ipſam tantum docere, quæ ſcripturarum ſimplicia ſignificata ſint, cum lector poſcat, multiplicem ſenſum ſcripturæ callere. Si enim Eraſmus, & quotquot eum ſunt poſt ſequuti, hortarentur prudenter, ne peritiam in linguis deſpicerent, ſed cauiſſent, a barbarie abhorrerent, qui literis incumbunt, ꝙ ſæpe accidat, minimam ignorantiam ſignificati vocis vnius in errores perfidos legentem protrudiſſe, & ſcientias neceſſarias ad alias capiendas non exploſiſſent, ac exibilaſſent, ſed vt doctus ille vir Hermolaus barbarus opere monſtraſſent, peritiam linguarum impedimento non eſſe ſcientiis poſteris, ego in hos non eſſem inuectus. Quod autem id non fecerunt, ne rudi, aut ignauæ iuuentuti ſcripta horū imponant, per præſentem epiſtolam illis caui: palam & ingenue confitendo innumera bona ab eruditione Eraſmi in orbem emanaſſe, dum tamen non negem tot, ac maiora mala ob cauſam ſuperius ſcriptam proueniſſe: cum de eo merito dici poſsit, quod de Alcibiade illo duce Athenienſium biformem ſcilicet fuiſſe. Sat hæc eſſe puto, vt omnes, qui ſibi perſuaſerant, neq; latum vnguem diſcedi oportere in addiſcendis diſciplinis ab Eraſmi inſtituto, reſipiſcant. Qui enim noſtis ſuaſionibus experrectus non fuerit, lethargo oppreſſum crediderim. Iis ergo relictis, ad excuſandum illud in exordio orationis, vt vitium obiectum mihi, ꝙ dedocere Ariſtotelis & Galeni placita ſim auſus, accedo. Neq; multis, ſed vnico verbo me nō culpa, ſed laude dignum, ob conatum adeo inſignem non inſolenter, ſed prudenter auſum decerno. Etenim ſi ego temere & inconſulte tantum facinus aggredi auderem, cuiuis ſupplicio me exponerem. Verum cum nihil horum authorum carpſerim, quod in ſolubilibus rationibus mendatium eſſe non oſtenderim, vt qui noſtras lucubrationes exacte callent, intelligūt deliri tantum & inſanientes vitio dare poterunt adeo vtile mundo opus, & laborem. Porro prædeceſſores noſtri, & qui adhuc noſtra tempeſtate literas phyſicas & medicas addiſcebāt, vel docebant, nihil aliud curabant, q̄ totis viribus conari, cōtextum Ariſtotelis, Auerrois, & Galeni callere, horumq; decreta vt Delphici Apollinis reſponſa obſeruare, & exequi, impiū putantes quibuſuis placitis ipſorum non aſſentiri, etiam ſi viderint ipſos petulanter mentitos fuiſſe, friuoliſq; argumentationibus: nonnulla placita ſua fulſiſſe, quaſi relatorum authorum ſcripta incantationis vim in legentes ea habuiſſent. Quæ & ſi innumeros vſq; ad hæc noſtra tempora faſcinauerint, iam per me incantamenti vi diſſoluta, aditus carpendi omnibus conceſſus eſt, qui pariter vt nos, inquirere veritatem inſudauerint. Neq; vellim vllum putare verbis his iuuenibus quantumuis ſibi doctis, & blateratoribus ſenibus per me licere Galenum, & Ariſtotelem, ac alios graues authores ſtatim reprehēdere, vt offendāt in ſuis libris aliquid, quod minus ipſis quadret: cum multa, quæ prima fronte indocte ſcripta videntur, altius & aſſidue, & temporis tranſcurſu examinata, vera eſſe noſcantur. Illis enim tantum relatam facultatem concedo, qui quadrageſimum attigerint annum, ſemper literis ſine intermiſsione incūbendo. Neq; prohibeo ante recēſitum tempus, quæ velint, aduerſus prædictos authores meditentur: ac cum doctiſsimis amicis, & magiſtris, & euentibus conferant: & ſi amici & magiſtri defendere increpatorum authorum placita non valuerint, & euentibus contraria decreta non fuerint, iam tunc periculo vſq; ad quadrageſimum præſcriptum a me annū de dubiis, vt dixi, facto, in lucem edere licebit: ſibi ſuadendo, qui id molitur, mille indoctorum calumniis & probriis exponi, quæ tn̄ miti, et generoſo animo tolerare, debet, ꝙ tantæ molis ſit errorē a multis annis mentibns profeſſorum ſcientiarum inſidentem euellere, vt Romanam condere gentem. Vt enim populus ille initia exigua habēs, tractu temporis innumeris difficultatibus ſuperatis, in ciuitatem dominā mundi euaſit: ſic vera dogmata ab ignaris, vel inuidis vndiq; dilacerata, a mortalitate per doctos vindicantur. Quod euenturum noſtris lucubrationibus, concedente ſaluatore I E S V, ſpero. Vale placide Lector.

IN NOMINE DOMINI Ieſu Chriſti.

Operis Prohemium.

NOn leui anguſtia cruciabar toto eo tempore,quo opus preſens & alia poſt excudenda iam dudum mente concepta in lucem edere diſtuli. Neque immerito,quòd ſæpius mecum ipſe meditabar, ſi quæ à nobis referenda ſunt,adeò hominum ſaluti cōducent,ut nulla plus,eorundemq; ignorantia millies immaturè infantiam, & iuuentutem,cæteraſq; hominum ætates deleri fuerit, ac ſit occaſio,quî fieri poterit, quin differre promulgari adeò præclaras veritates,cum tacentis labe,ac ignominia fiat? Quod vt vitem,generiq; humano (quo ad poſsim) opem feram,omnia, quæ à medicis ſine controuerſia recepta ſunt,& aliter ſecundùm meam ſententiam habent,in hoc & ſequentibus volominibus congeram. Exordio ſumpto ab vniuerſaliori morbo, & totum hominem occupante, à febre ſcilicet: cuius eſentiam cauſas,ac ſpecies eſſe vſque in hæc tempora ignotas, ni fallor, dilucidè monſtrabo: Galenumq; non dolo, ſed ignorantia excæcatũ potiſsimũ, ſuis de hac re ſcriptis medicis poſteris impoſuiſſe euidenter docebo. In primis præcipua, quæ de eſſentia,cauſis, & differentia febrium ſcripta ſint à ſenioribus & potioribus medicis, in compendium quoddam redigendo. Dein in quo ab eiſdem deficiamus, oſtendendo. Et quòd Galenus inter omnes fuſius de re hac ſcripſit,cui plurimùm huius tempeſtatis medici fidunt, ideo eiuſdem decreta euidentiora ante omnia proponentur.

Caput primum, in quo antiquorum Medicorum decreta de febris eſſentia exarantur.

SINTQVE potiſsimæ Galeni ſententiæ, quæ febris eſſentiam explicant, illæ. Prima, quam in lib. 5. Methodi medendi. cap. 1. legitur, ſcilicet. ✱ Febris dicitur, cùm adeò immodicè auctus calor eſt, vt hominem offendat. ✱ Altera verò, quæ in libello introductionum medicinalium Galeno aſcripto refertur. ✱ Febris igitur eſt natiui caloris in ardentiorem conuerſio, eò quòd intro auerſus perſpirare prohibeatur, ✱ Alia in primo de differentiis febrium libro parum poſt principium.

✱ Siquidem febris ſubſtãtia in eo qui præter naturam calore conſiſtit. ✱ Alia in cõmento aphoriſmi decimiſexti primæ particulæ. ✱ Febris calida & ſicca paſſio eſt. eſt enim cõuerſio natiuæ caliditatis ad igneam. ✱ Reliqua ſecundo Methodi medendi libro. cap. vltimo. ✱ Calor, ſimplicis rei nomen eſt, præterea actionis læſio ſimplex quædam res eſt. at tantus calor quantus iam actioni officiat, non etiã ſimplex res eſt. quòd ſi etiam totum vexet corpus, multo profecto minus iã ſimplex eſt. Ergo quo minus multis vtãtur homines, ad compendium alioquin natura procliues, eiuſmodi calorẽ febrem vocãt. Quippe expeditius, dictũ eſt febricitare Dionẽ, quàm tantum in toto corpore caloris habere, vt multas functiones corrumpat. ✱ En potiora, vt dixi, Galeni decreta, quibus eſſentiam febris exprimit. Hippocratis ergo ſententiæ de hocce negotio referantur.

Senex Hippo. cùm de febribus loquitur, potius cauſas, aut modos earum exprimit, quàm eſſentiam declaret. Nam ſententia illa, quæ in libro 4. de victus ratione in morbis acutis legitur, ad febriũ cauſas attinet. Series literæ eſt. ✱ Febris autem ardens fit, quum reſiccatæ venulæ, hora æſtiua acres ac bilioſos ſeroſos humores in ſeipſas attraxerint, &c. ✱ Ac illa, quæ in li. de locis in homine refertur, ad idẽ quod præcedens, ſpectat. ✱ Febres porrò propterea fiunt, cùm corpore ſuper inflammato carnes intumuerint, & pituita, ac bilis cõcluſa quieuerint. Et neque refrigeretur quicquã, neque exeat, neque moueatur, neque aliud quid ſubeat, &c. ✱ Sicubi enim eſſentiã febris exprimere videtur Hippo. in libro 3. de morbis vulgaribus commento primo. eam explicat, vbi ignem nominat febrem, cùm dicit. ✱ Hermocrates qui ad nouum murũ habitabat, igni eſt correptus, &c. ✱ Et eodem libro infra ſcribens. ✱ Qui in Dealcis decumbebat homo diu capitis cõflictabatur grauitate, ac dextrum tempus dolebat, ex occaſione igne eſt correptus, &c. ✱ In quibus duobus locis, ac in multis aliis febrem validã ignem Hippoc. dicit, vt mitem in caleſcentiam nominat. vt conſtat ex commento Galeni ſuper prima ſentẽtia ex his duabus à me adductis de morbis vulgaribus lib. 3. Sed nomenclatura illa improprie de febre dicitur, cùm

Sẽtẽtia I pocratis febribus

ipſa

ipſa accidens ſit, ignis autem ſubſtantia.

Decretum Platonis de febribus. ¶ Platonis decretum non multũ ante Timæi finem poſt Hippocratē de febrium eſſentia ducere etiā adecens eſſe exiſtimo, quod in hũc modum habet. ⁜ Quando igitur corpus humanum ignis potiſſimum exceſſu languet, continua febre laborat, quando vero aëris, quotidiana, aquæ tertiana, propterea quòd aqua ſegnior eſt quàm ignis & aër. Terræ demum exceſſu quartana. terra ſiquidem omniũ tardiſsima, quarto gradu cùm ſit, tēporis circuitu quarto feruet deferuetquè. Hinc quartanas inuehit febres, quæ vix ſeroquè ſanantur. Atque hoc quidem pacto corporis morbi contingunt. ⁜ In quibus verbis non tantùm febris quidditas exprimitur, ſed & cauſæ ac differētiæ eiuſdem quàmquàm falſo explicantur.

Cornelius Celſus nihil de febrium eſſentia tradidit. ¶ Cornelii Celſi ſententiam nō tranſcribo, quòd ipſe definire morborum eſſentias deſpiciat, medelæ eorundem tantùm intentus.

Pauli ſententia de febrib. ¶ Pauli quoque decretum ſub ſilentio prætereundũ decerno, quòd etiam pauca verba, quæ eſſentiam febris monſtrēt, ſcripſit. Niſi enim illud capitis. 28. libri. 2. ſcilicet. ⁜ Continuarum febrium, Synochos Græci appellāt, origo ex ſanguine eſt, nunc efferueſcente, nunc putrefacto, propter obſtructionem. ⁜ Verbum nullum aliud reperitur, quod huic rei quicq̃ cōducat.

Sententia Aetii de febrib. ¶ Aëtius ſermone primo Tetrabibli. 2. febrim. ſic definit. ⁜ Febris eſt calor præter naturam, cordis & arteriarum, vitalem firmitatem lædens, ex profundo emergēs, & acris ac mordax ad tactum allabens, præſertim circa thoracem, & vbi arteriæ magnæ ſitæ ſunt. Verùm ad talem calorem inæqualitas quædam & inordinatus motus pulſibus accedit iuxta ipſam febris ſpeciem. ⁜ Hæ ſunt potiſsimæ ſententiæ ex Græcis authoribus, Arabum ergo ſententias tranſcribamus, vt promiſſa non tranſgrediamur.

Abynzoharis decretum de febribus. ¶ Sitquè prima, quam Abymeron Abynzohar in exordio tertii libri ſcripſit, quæ in hunc modum habet. ⁜ Dixit ſeruus Abenzoar, quòd conſuetudo eſt medicorum nominare vnumquemquè calorē exeuntem à corpore præter naturam, febrem. ⁜

Raſis decretum de febri. ¶ Raſis trigeſsimo continentis nullam ex mēte propria febris definitionem ſcripſit. Et in decimo ad Almanſorem ac in diuiſionum libro febrim in genere non definiuit, ideo eundem tranſgredimur.

Auicenæ definitio febriũ ¶ Auicena autē fen prima quarti in exordio ſic febris quidditatē exprimit. ⁜ Febris eſt calor extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu & ſanguine per arterias & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicut caliditas iræ & laboris cùm nō vltimatur, & impedit operationem, ita vt non retineatur.

Auerrois ſententia de febribus. ¶ Auerrois autem tertio colliget de febre ſcribens, dixit eam eſſe calorem compoſitum ex naturali & extraneo.

¶ Nō plura de his agere videtur, ne ducendo authorum de hac re multiplices ſententias, tempus in vanũ cōſummamus. Quæ.n.exaratæ ſũt, ſufficiũt, vt quod primò explicare decerno, dilucide intelligatur.

Caput ſecundum.

In quo euidentiſsimis argumentis probatur, calorem febrilem non diſtingui à naturali calore ſpecie, ſed tantum quòd intenſior ſit, quàm foret, ſi ocaſio febris abeſſet.

ILLVD autem, in cuius explicationem recenſita ſcripta ſunt, eſt, monſtrare, An febrilis calor à naturali diſtinguatur ſpecie, an eadẽ ſpecie vterquè particeps ſit, & ſolo gradu differant. Si enim ex relatis ſentẽtiis aliquas perpendimus, manifeſtè dicere videtur calorem naturalem ſpecie à febrili non tantũ differre, ſed ſibi contrarium eſſe: cùm operationibus naturalibus à natiuo calore ortum ducentibus ſit impedimento febrilis calor. Verùm ſi alias ad vnguem examinamus, oppoſitum eaſdem teſtari palàm erit. Nequè in caſſùm hoc primitus diſcutimus, quim quia non parum conducit ad dilucidè oſtendendum febrem non eſſe calorem in ſpiritibus à diuerſis cauſis accẽſum, nequè è putredine humorum ortum ducentem: neque etiam in ſubſtantia membrorum infixum, vt à temporibus Galeni vſque in hanc noſtram tempeſtatem eſt opinatũ, ſed quid diuerſum ab his vt poſtea docebimus.

¶ Siquidem quæ de diuerſitate ſpecifica inter natiuum calorem & febrilem ſcripta ſunt omnia recenſerẽ, decretaquè de hac re Marſilii, Gentilis, Vgonis, Iacobi, cæterorumquè neotericorũ eſſem tranſcripturus, neminem quantumuis patientiſsimum non afficiendum tædio ex talium lectione ſperarẽ. Solùm ergo in ſumma quadã quæ à relatis ſcripta ſunt, proponam: & poſtea quod verũ eſt, validis rationibus oſtendam.

Opinio Marſili de febrili calore.

¶ Fuit ex his Marſilius, qui credidit, omnem febrilẽ calorem eſſe ſimpliciter intenſiorem, quàm ſi cauſa febris abeſſet, & ſolus naturalis maneret. Hoc eſt dictu, quantũuis in aliquibus febribus remiſsior multo caliditas, quàm tempore ſanitatis percipitur, ſi tãgitur febriẽtis caro, & anhelitus eiuſdem perpenditur. Hic tamẽ qualiſcunquè calor ſi febris cauſa abeſſet, remiſſior multo foret: quia calor febrilis à prædicta cauſa pendens abeſſet, & ſolus naturalis maneret, ex quibus ambobus totus calor hominis febrientis reſultabat. Iis nempè verbis expreſsè author hic non explicans potius naturalem calorem differre ſpecie à febrili, quàm oppoſitum.

Opinio Gentilis de fulgineo, de eſſentia caloris naturalis & febrilis.

¶ Gentilis de fulgineo opinatus fuit, non tantùm calorem naturalem differre ſpecie à febrili, ſed innumeras calorum ſpecies eſſe. fore enim calores diariarum, & putredinales, & venenoſos, & ethicarum differentes genere confitetur. Ac putredinales multas differẽtes ſpecies habere, venenoſoſquè totidẽ, vel plures, aut pauciores. Differentiaſquè has ſpecificas eſſe quaſdã proprietates occultas calorum exiſtimat, quas non differre à propriis caloribus quorum ſunt proprietates, ipſe credidit. Etiã inter hos differẽtes ſpecie calores actionem, qua mutuò ſe corrumpunt, verſari teſtatur.

Opinio Vgonis de eſſe[ntia]

¶ Vgonis Senenſis tertia ſententia fuit (quam innumeri ex iunioribus

tia caloris febrilis.

ribus authoribus æmulantur) febrilem ſcilicet calorem & naturalem facere vnū per aggregationē: vt duo gradus caloris geniti ab igne aliquo faciunt vnū per aggregationē cū duobus gradibus caloris genitis ab igne alio in idem numero paſſum. Inquit enim author ille, quòd ſi caliditati naturali Petri, quæ, verbi gratia, foret quatuor graduum, adderentur duo caloris gradus à ſole, vel à putrido humore in corpore incluſo geniti, quòd illi ſex gradus, & eorum quilibet dicendus eſſet febrilis calor, eo quòd operationibus naturalibus vniuerſi, & eorū quilibet obſunt, ac quòd iidem appellandi forent naturales ob id, quòd natura eiſdē operationes humanas quanquam vitiatas exequatur. Tandem author hic nullam ſpecificam differentiam inter calores aſsignat, ſed eſſe omnes eiuſdem ſpeciei teſtatur. Quod vltimum & ſi verum ſit (cætera enim huius doctoris nunc non examinamus) quia tamen inualidis rationibus ab eodem ſuiſquè partibus fauentibus ſit fulcitum, pellucidis argumentis oſtendere cogor, quòd ſcilicet eiuſdem ſpeciei non tantùm calor febrilis & naturalis ſint, ſed quotquot à natura geniti fuerint actuales calores ſpecie non differant.

Caput tertium. In quo id quod in antecedente probandum promittitur dilucide oſtenditur.

QVOD vt clare intelligatur, probationeſque noſtræ ſuper veris hypotheſibus innitantur, voces aliquas ex adductis explicabo, & fūdamenta nonnulla proponam.

Primum ergo ſcire expedit, Gentilē vocaſſe, vt ex lectione eiuſdem elici poteſt, calorem naturalē quorumuis animalium calorem, dum non viuentium caliditati confertur: eorum autem, quæ non viuūt, vt ignis et aëris calores non naturales dici. Sed neque omnium viuentium calores eſſe eiuſdem ſpeciei autumat. Nam aliorum animaliū ab homine præter naturales eſſe dixit, dum homini conferuntur. Et neque omnes humanos calores eſſe eiuſdem ſpeciei credit: ſed inter ſe ſpecie differre caliditatem pituitoſi hominis à calore bilioſi, & ſanguinei, & melancholici. Et cæterorum hominum calores diuerſarum temperaturarum ſimilem normam ſeruare contendit.

2. Suppoſitio

¶ Secundò ſciendum calorem etiam aliter diſtingui in actualem ſeu formalem, & potentialem ſeu virtualem, vt vocibus horum authorum vtar. Nominãt quippe actualem calorem illum, cui vt mēbrum vim tangendi habens appropinquat, ipſe ſtatim percipitur, vt ignis, aut aëris calidi, aut animalium actu calidorum calor. Poteſtate verò eum eſſe referūt, qui prima inuaſione calefaciēdo non afficit, ſed ſi ab homine deglutiatur, poſt moram ſe calefieri percipit, aut ſi in modum emplaſtri, vel aliter, extrinſecus admouetur, caloris actualis opus exercet. Sic enim melius explicari calorem poteſtate, quàm vt à Galeno prope principium tertii de temperamentis, ſit explicitus, exiſtimo. Quod in ſuo loco diſeram.

Primun fundamētum.

¶ Ex fundamentis primum ſit tactum iudicem præcipuum quali-

tatum primarum eſſe, atquè quòd huic quam maximè fides ſit adhibenda circa dignotionem harum qualitatum.vt Galenus lib.2. de tẽperamentis dixit, cùm refert.

⁂ Porrò eorum quæ actu calida,frigida, humida, ſiccàue ſunt, obuia promptaquè omnibus cognitio eſt, vt pote quæ tactu diſcerni queant, qui ſcilicet & ignem ipſum calidum eſſe docuit, & glatiem frigidã. Quòd ſi alia quapiã ratiõe notionem, agnitionemquè calidi frigidiùe habent, dicãt hãc nobis inauditam enim ſapiẽtiam promittunt: imò ſi verum fateri licebit, ſtuporem potius, ſi rerum ſenſibilium alium quempiam habere ſe iudicem meliorem putant, quàm ipſe ſit ſenſus. Atqui ſi eorum, quæ actu calida ſunt, alius eſſe iudex quàm tactus nullus poteſt,&c.⁂ Quod etiam poſt quatuor columnas in eodem libro iterum confirmat, dicens. ⁂ Ergo calidi frigidiquè corporis ſolus tactus eſt iudex.⁂

2. Hypotheſis. ¶Secunda hypotheſis ſit,adeò ingentem vim ad dignotionem veritatis experimenta habere,vt teneamur cùm ratio apparẽs experimẽto aduerſatur, plus fidere experimẽto, quàm ratiõi:cogamurq; potiorem ratiõnẽ,quàm fuerit prior inquirere. Quod Galenus lib.3. de locis affectis in hunc modum referebat. ⁂ Nunquid manifeſtè deprehenditur falſa illorum arrogãtia, qui dogmatici vocãtur? ac ne ſimplex quidem illa reprehenſio erit,ſed gemina,atquè vtraquè fortis? Si enim vſqueadeò vtile eſt experimentum, vt non ſolùm citra rationem inueniat remedia, verũ etiam coarguat rationem tanquã apertè falſam,tantùm abeſt, vt ratio dogmaticis medicis ſit vſui, vt etiam nocere videatur.⁂

¶Tertiò præſciendũ nos nõ diſceptare hic de calore prout corpus calidũ in cõcreto perdictionẽ calor ſignificatur. In quo ſẽſu dicere ſolemus, infãtes plus aut minus caloris quàm iuuenes habere: ſed de calore in abſtracto,vt ſolùm qualitas abſoluta à ſubſtantia intelligatur, cùm calor profertur. 3. Hypotheſis.

¶Quibus iactis fundamentis ad veram intelligentiam dicendorũ, notandum,quòd nos aliud non conamur rationibus adducendis probare, quàm quòd inter calorem actualem hominum & cæterorum animalium non ſit poſsibile aſsignari ſpecificam differentiam:nec inter relatos animalium calores & elementorum calidorum vllam quoque verſari ſpecificam differẽtiam. Tandem omnes actuales caliditates eſſe eiuſdem ſpeciei, numeroq; tantum differre affirmamus.Secus eæ, quæ poteſtate tales ſunt. Quid probare conetur autor.

¶Primaq; ratio, qua antecedens aſſertio roboratur hæc ſit. Illi calores neceſſariò ſunt futuri eiuſdẽ ſpeciei, qui ſi in idem ſubiectũ inducuntur, ſe intendunt,ac augent: ſed calor naturalis, & elementaris & putredinalis,& quicunq; forma les calores cùm idem ſubiectum ſimul informant,ſe augent, & intendunt, ergo eiuſdem ſpeciei ii erũt. Conſequentia eſt manifeſtè bona. Nam ſi ſignum vniuerſale ſubiecto maioris,& minoris,ac concluſionis huius Syllogiſmi præponeretur in priori primæ figuræ modo appellato Barbara,conſequentia euadet. Et maior per hoc probatur: quòd quæcunq; accidentia idem ſubiectum ſimul afficiũt,neceſſariò Prima ratio qua identitas ſpecifica item calores probatur.

ceſſariò vno triũ modorũ ſe habere debẽt:aut ſe intẽdẽdo, vel ſe corrũpẽdo,vel impertinẽter ſe habendo.Sed quæ perſe,& nõ per accidẽs mutuò ſe corrũpũt, cõtraria ſunt, vt quæ impertinẽter ſe habẽt, impertinentia dicuntur : ſupereſt ergo quæ ſe intendum,aut augent,vt calores efficiunt, cùm ſimul in eodem paſſo inducũtur, eiuſdem ſpeciei dici,& eſſe,quod maior aſſerebat. Vniuerſa,quæ recenſui,ad probandum maioris veritatem, manifeſtè vera ſunt : præterquàm illud, quod vt verum aſſumo, putà, nullos calores inductos ſimul in eodẽ paſſo ſe corrumpere. Nam aliquis fortaſſe credet inter calores eſſe pugnam,ac alterum alium corrũpere : ſeducti, quod videant flammam ſuperiorem à ſuppoſita corrumpi , ſolaremq; calorem extinguere lucernarum flammulas: & putredinales calores hominum vitales calores ad interitum perducere.Etiam arſenico, ac aliis medicamentis in gradu quarto calidis vim eandem eſſe.

Quædam ſimilis obiectio ſoluitur.

¶ Sed qui ſimili obiectione noſtram aſſertionem veram non eſſe autumant, oſcitãter legerunt quas prius iecimus hypotheſes. Tertiæ enim ſi meminiſſent, reperiſſent nos de corporibus calidis non loqui, ſed de calore abſtracto. Quis enim tam ignarus eſt, qui neſciat corpora calida poſſe ſe mutuò per accidens corrumpere, ſæpe videndo flammam flammæ ſuperpoſitam extingui? Et verum etiam eſſe quod de ſole & putridorum humorum calore obiicitur? Infimiores nempè flammæ nõ aliter extinguũt eas,quæ ſibi ſuperaſtãt, quàm vi fumi à ſe ſurſum excreti. Quod ita eſſe, qui volet, experietur. Si enim facem aliquam incẽderis, & aliam incenſam ſiue maiorem ſiue minorẽ ſupra infimioris flammam perpendiculariter ſuperpoſueris : etiam & ſi ſuperior maior quàm infima flamma ſit,ſtatim extinguitur. At ſi non perpendiculariter ſuperaſtet ſuperior infimiori, ſed ad latus aliquod declinet,taliter, vt à fumo reiecto ab infimiore flamma ſuperior non tangatur, adeò viua flamma perſeuerat, vt infima. Sol tamen nõ per relatum modum flãmarum paruarum extinctor eſt, (Niſi credideris etiam eleuando à terra vapores ipſos impellere ſurſum flammam , & à pabulo proprio ſeiuniere vnde illa intereat) ſed aliter. Solaris quippe lux, quæ vim producendi ſummũ calorem in paſſum diſpoſitum habet,adeò rarũ efficit,aërem circunfuſſum flammæ, & ab ipſa calefactum eundem attenuãdo,vt flamma cãdelæ minimè prohibita ſurſum petere præ mediocri denſitate aëris, vt ſolita etat, ſed inuitata ſurſum repere ob immodicam aëris raritatem à ſepo, vel oleo, aut alio ex liquoribus fouentibus,celerius ac citius diſcedat, quàm ſolita erat,indeq; accidat,vt cùm non poſsit flamma antecedens aliam flammam ante diſceſſum gignere, quia deficiat mora requiſita ad actionem,lucernam extingui : nam flamma ſurſum lata ſtatim ab aëre victa in ipſum tranſit, liquorq; deficiẽte inflammatore extinctus manet. Conducit quoq; ad interitum flammæ diſgregatio in eadẽ à ſole facta. Nanq; cùm ipſa miſtũ ſit,vt in antecedente & priore opere noſtro docuimus,præ nimia raritate corrumpitur : non enim eſt ignis ſyncerus poſcens ſummam

 rarita-

raritatem, flamma: neque adeò rara, vt aër. Oſtendit id verum eſſe. Quæ per aërem medium videbantur ſi loco aëris intercipitur flamma minus bene videri.

Quòd nō ꝓpriè putredinalis calor naturalem corrūpat, ſed per accidens.

¶ Putredinalis quoq; calor cùm corrumpit natiuum calorem, non aliter, quàm per accidēs id exequitur. Dicitur quippe putridus calor nō abſtracta ipſa qualitas: huic enim minimè conuenit putredinis affectus, cùm paſsio miſti putredo ſit, vt Ariſtoteles. 4. meteorologiæ docet, ſed vaporoſa ſubſtantia à rebus putridis difflata exhalanſq;: vt naturalis caliditas animalium ſanguinē habentium minimè quoque accidens ſeiunctum à ſubſtātia hic intelligitur, ſed ſpirituoſum corpus: pro ſui generatione poſcens pro materia tenuiſſimam ſanguinis ſynceri portionēm: & pro efficiente cordis vitalem vim, aut vltra hāc animalem, ſeu naturalem. Inter quæ duo corpora calida puta putredinalem & naturalem calores actio corruptiua dupliciter verſari poteſt. Vno modo eo, quòd ſpiritus humani ſuo calore celeriter in halitum diſſoluendo humorem putridum, ex quo vapores infecti eleuātur, corruptionis putredinalis caloris cauſa dicantur, & ſint. Vt ecō tra etiam multi ex vaporibus putridis ſanguini ſyncero ſe miſcendo, ineptum eundem reddūt eſſendi materia ſpirituum. Alio modo proprietatibus occultis, quæ diſtinctiſsimæ ſunt à calore, & frigore, cæteriſq; primis qualitatibus ſe mutuò corrumpendo: per quem quoq; modum arſenici calor interimere dicitur. De quibus in opere nèdum à nobis ædicto (ſi Deus conceſſerit) pleniſsimè diſeremus.

Tandem calores abſtracti, qui in præſentiarum tractantur, tam ſpirituum, quàm humorum putridorum non ob id dicendi ſunt diuerſarum ſpecierum, quòd corpora, quibus in ſunt, mutuò per accidēs nōnunq̄ ſe corrumpant, quin eiuſdem ſpeciei, cùm experiamur calores ipſos ſe intendere: quippe ſi putridi humoris calor intenſior eſt, quàm naturalis, naturalem intenſiorem reddit, vt manus applicita ſtercoribus putreſcentibus teſtatur, ipſa enim calidior multo quàm, quæ nō approximatur, percipitur. Vt quoq, cùm putredo remiſſa eſt, ſpiritus noſtri calidi putridum humorem in corpore exiſtentem, ac vaporem ab eodem eleuatum calidiorem reddunt. Hæc nempè ſi perpendiſset Gentilis, non adeò deceptus foret, vt ſpecificam differentiam inter ea aſsignaret, inter quæ nulla niſi numerica verſatur. Quippe crediderim ego ob relatum euētum corporum calidorum ſe mutuò & per accidens corrumpentium præcipuè cōpulſum fuiſſe Gentilem aſsignare differentiam ſpecificam inter calores ad pauca reſpiciendo, ac etiam fottaſis propter Galeni ſentētiam prope finem primi. lib. de difficultate reſpiratiōis ſeductus, ibi enim retulit. ※ Vbi vero calor præter naturam fuerit deperditus, parua quidem expiratio longa vero ante ipſam ceſſatio contingit. Sæpe numero vero calor præter naturā auctus eſt, calor vero ſecundum naturā inminutus eſt, atq; ita ceſſatio ante expirationē diutini temporis redditur. Altera verò ante inſpirationem breuis. ※ Et parum infra, ※ Siquis verò adhuc hæret circa differētiam caliditatum hunc

hunc non eſt nunc tempeſtiuum de his edoceri. ✻ Quia nõ reſpexit quòd non teſtatur Galenus inibi differre ſpecie calores abſtractos, ſed corpora calida, vt nos ſupra explicueramus. Prædictis ſufficiẽter ſoluta obiectione aduerſorũ, proſequamur alias adducere rationes, quibus præcipua aſſertio de identitate ſpecifica inter calores omnes roboretur: dum primùm euaſionem quandam, quæ tribui poſſet illi rationi, qua probabam, calores omnes ſe intendere, nullam eſſe oſtendam.

Quædam futilis euaſio increpatur.

¶ Dixiſſet fortaſsis aliquis, quòd ſi calor putridi humoris, aut ignis ſiue aëris, vel lucis immodicè nos calefacit, id eorum nullus efficiat, producendo calorem præter naturalem in nobis, qui noſtro adiunctus, eundem intenſiorem reddat. Sed aliter diſcutiendo, ſcilicet, humores frigidos, & in vapores verſos extra corpus extrahendo per hoc calidorum facultati cedẽdo, vt illa poſsint nos calefacere, ac quòd inde ſuboriatur intenſa caliditas, originem ducens ab humoribus calidis corporis humani genita. Vel aliter humanum corpus calefieri ex relatorum actione fingi poſset: quia, ſcilicet, calor ille extraneus corrumpat frigiditatem, quæ ſimul compatitur cum hominis calore, ſumma latitudine ſemper impleta ex vtriſq; cõtrariis, vt vera opinio teſtatur: qua frigiditate abiecta, naturalis calor inſurgat producere tantum gradum caloris naturalis, quantus frigiditatis eſt ablatus.

¶ Sed horum nullum ſic accidere poſsibile eſt. Primum enim per hoc oſtenditur vanum eſſe, quòd quærere licet ab aduerſo, an humores frigidi, quos contendit reſolui à calore igneo, aut ſolari, ſiue putridi humoris calore antequàm in eoſdem agat forinſecus calor, ſint actu calore naturali calidi in corpore ſano, præſertim illi, qui in thorace, & vaſis illis magnis dorſi continentur, aut non? Si ſecundum cõfiteatur pertinax aduerſus, in numeris Galeni, & aliorum authorum ſententiis confutari poterit, & experimento quã maximè. Sanguis nempe, qui è vaſis illis ruptis defluit, actu calidus percipitur, cùm tamen admiſtam pituitam, & bilem atram ſecum ferat, vt Galenus libro ſecũdo de elementis dicebat, ✻ Cum vero hic ſanguis participet & pituitam, & geminãbilem, ✻ Et parum infra. ✻ Vnum quodam enim videtur lac. Sicuti & ſanguis. Docet autem ratio, quòd non ſit vnum. ✻ Et in aliis plurimis locis, eandem protuliſſe ſententiam ſcimus. Vbi fatendum neceſſario eſt, humores illos frigidos calorem actualẽ habere. Quo habito, cùm vltra illum calorem alio etiam afficiantur humores prædicti, puta ignis, aut ſolis caloribus (niſi enim ii immodice inducerentur in humores frigidos, non poſſent ipſi attenuari, diſcutiq;) ſuper eſt, quòd ex ipſis caloribus iunctis in eodem ſubiecto, calor naturalis & præter naturam neceſſariò maior, intenſiorq; reſultet: quod (vt parũ ante docuimus) vitare aduerſus cupiebat.

Item euentus docent, carnem noſtram, quæ naturali calore calida eſt, ab igne aduri, cremariq;: quòd nullo relatorũ modorum fieri poterat. Nam ſi per abſentiam frigidorum humorum calor hominis adeo auctus eſſet, vt adureret, vi calidorum

lidiorum ſuccorũ in corpore manẽtium, vſtio maxima in alto corporis, vbi humores illi continebãtur, ſentiẽda eſſet, et in extimis partibus minor multò, aut fortaſsis nulla. Sed oppoſitũ accidit, cùm corpus humanum ab igne, vel ſole crematur, cutis enim nigra vſtaq; redditur, alto corporis ſæpe parũ â naturali temperie diſtante.

¶ Minimè quoque per intenſionem factam à natiuo calore, corrupta frigiditate ab igne, vel ſole: caro humana, aut quæpiam alia hominis pars comburi poſſet. Quia ſi fieret, ſequeretur calorem naturalem gignere præter naturalem, & ſic ſui contrarium. Conſequentia eſt nota, quia ex confeſsis ab aduerſis calor naturalis carnis, quæ incenditur per præſentiam ignis, igneus ſit reddactus, quia calor ignis corruperit frigiditatem carnis & natiuus calor carnis ſtatim ſummum illum gradum caloris produxerit, quo caro cremata eſt. Sed calor tantus vt qui cremare ſufficit præternaturalis ab aduerſo nominatur, ergo illatum verũ, quod impoſsibile eſt, indeq; antecedens ex quo ſequitur. Euaſiõe ergo hac ſufficienter improbata, ſecundam rationem in precipuum ſcopum proſequor.

2. Ratio. ¶ Si febriles calores & naturales ſpecie differrent, vt Gentilis æmuli credidêre, ſequeretur, quod diariæ febris calor ortum ducens ab immodico exercicio eſſet præter naturalis: ſed hic non niſi ab homine ſano & immodice tunc exercitato producetur. (volo enim hominem ſanum eſſe, qui exerceatur vt febre corripiatur) qui nõ aliter febri corripi poterit, quàm natiuo calore præternaturalem gignẽte, quod impoſsibile eſt fieri, vt in antecedente ratione oſtendimus, ergo antecedẽs ex quo elicitur, falſum eſt. Porrò ſi temperatum exercitium calorem naturalem auget, vt omnes medici teſtantur, & Galenus inde tuenda valetudine libror docet clarum erit ab eodem immodico exercitio fotore & augmẽtatore caloris naturalis febrilem gigni. Sed exercitium quod primò auxit calorem naturalem, non poteſt per intenſionem variare naturam, & producere præter naturalem, reſtat ergo illum diariæ febris calorem, etiam naturalem eſſe, & tantùm augmento ſiue intẽſione differre â naturali, quod probandum ſumpſeramus. Negleximus hîc diſceptare, per quẽ modum motus ſit cauſa caloris, quòd hæc, & in numera alia dubia huiuſq; minus bene explanata ſufficienter in opere phiſico edendo diſcutientur.

¶ Item ſi adeò calores ſpecie differunt, vt pituitoſi calor à bilioſo ſpecie diſtet: & quælibet temperaturarum peculiarem calorem differentem ſpecie ab altera habeat, ſequetur, quòd ſi rei vll.æ calidiori pituitoſo & bilioſo vterque horũ homo nunc ex illis admouiſſet manum calidiorem iudicaturus foret rem illam bilioſus, quàm pituitoſus, quod euentibus aduerſatur. ſemper enim homo frigidior calidiorem putat rem tactam, quàm eandem calidior tangens: dum vtroq; calidior res tacta ſit: cùm totam illam diſtantiam, quæ eſt inter hominem frigidiorem, & rem, quæ tãgitur, percipiat homo frigidus quæ multò maior eſt, q̃ alia, quæ à calido homine ſentitur. Conſequentiam tamen bonam eſ- 3. Ratio.

ſe vel

ſe vel ex hoc oſtenditur. Si calores hominum relatorum per cõfeſſa ab aduerſis inter ſe ſpecie differũt ac etiam à calore rei tactæ, quam fingo eſſe lignum aliquod actu calidum: per maiorem latitudinem caloris contrarii calori ligni calidi diſtabit cholericus, phlegmatico calidior, quàm phlegmaticus. Sed maior latitudo qualitatis cõtrariæ eſt cauſa quòd edatur iudicium, quo res tacta calidior iudicatur, ergo intentum verum. Et cùm hoc ſit falſum, ſupereſt illud, vnde infertur, falſum etiam eſſe.

¶ Non enim euades vim argumẽti, dicendo, quòd & ſi ligni ilius actu calidi calor differat ſpecie à calore bilioſi ac pituitoſi, nõ plus diſtet a bilioſo, quám à pituitoſo. proteruies enim nõ plus aduerſari caliditatem vt octo frigiditati, vt vnum, quàm frigiditati vt octo, ac per hunc modum non magis contrariari calorem bilioſi, vt ſex (verbi gratia) calori ligni, qui ſit (exempli cauſa) vt ſeptem, quàm pituitoſi, qui ſit calidus vt tria. Quanquã enim ego verum eſſe fatear, quod teſtaris, non effugies alterius rationis vim, ſcilicet æqualiter calidũ iudicandum lignum illud actu calidum à bilioſo & pituitoſo homine, quia æque vtriuſq; calori aduerſatur caliditas ligni ex aſſertis à te. cuius contrarium experimenta docent.

4. Ratio. ¶ Vltra etiam ſequeretur, quòd ſi lapis, aut lignum, ſiue quæuis res inanimata, quæ actu fuiſſet frigida calefieret à manu, vel pede, aut à quauis parte hominis temperati calore vt tria (exempli gratia) ſupra medium quod vocant ponderis, ſiue totius naturæ, quòd ſi poſtea res illa igni admoueretur, ab eo potius eſſet infrigidanda, quâm vrenda. Conſequentia probatur per cõfeſſa ab aduerſis. Calor, quo res illa erat calida, naturalis dicebatur, productus à natiuo calore hominis temperati: Sed hic, vt illi inquiunt, ab elementari ſibi contrario corrumpendus eſſet, & ad illius corruptionem res calefacta infrigidanda, ergo conſequentia bona. Minimè enim verè diceretur, quòd ad inductionem caloris ignei non corrumperetur naturalis prius inductus, quanuis eſſent cõtrarii, ſed quòd ſimul ambo manerẽt in re calefacta. Primò, quòd hæc reſpõſio aduerſatur Gentilis opinioni, teſtanti inter calores diuerſarum ſpecierũ actionem corruptiuam verſari. Secundò, quòd & ſi nos confiteamur qualitates cõtrarias ſimul cõpati in eodem ſubiecto ſumma latitudine ex vtriſq; impleta, non tamen poſſe naturaliter tolerari, credimus, & ſufficiẽter aliâs oſtendimus, quòd gradus vnius inducatur, quin cõtrariæ q̃litatis q̃litatis gradus alius corrũpat. Quod ſi accideret rei calidæ, de qua agimus, ſequeretur ex actione ignis in illam, iam quòd frigida nõ verteretur res illa, quòd nequaquam calidior ſentienda foret per totũ tempus, in quo calor natiuus corrumperetur ab igneo calore, cuius oppoſitum euentus docẽt. Nam rẽ quantunuis calidam redditam per calorem humanũ calidiorem ſentimus ſtatim vt eandẽ ingni admouemus. Tertiò, quia cõceſſo illo impoſſibili, quòd qui ſoluit, fingit, ſuppoſita contrarietate inter calores (aliter enim non impoſſibile, ſed verum eſt) ad huc vis argumenti euadi non poteſt. Nam ab illis duobus contrariis ca-

loribus

loribui inductis in manum tangẽtis rem calidam relatam, contraria ſenſatio elicienda foret, dum calores eſſent æquipotens. Conſequentia eſt nota ex primo ſuppoſito. Si enim tactus eſt præcipuus & certus iudex ad dinoſcendũ primas qualitates, inter quas calor potiſsima eſt, impoſsibile eſſet, differre ſpecie calores illos inductos ab homine & igne in prædictam rem calidam, & à tactu hominis ſani & decẽter ſe habentis ſi æquipotens eſſent, non percipi, vt contrariæ immutantes. dato enim oppoſito, alterum duorum neceſſariò ſequeretur, vel tactum non eſſe certum iudicem harum qualitatum, aut ad libitum aſſertã fuiſſe cõtrarietatem inter illas caliditates: & cùm primum non ſit dicendum, ſupereſt ſecundum vt verum affirmandum.

Quædam futilis obiectio diluitur.

¶Certè credere, hæc non ſequi, quòd videant calorem æqualem frigiditati inductum in aqua affecta quatuor caloris & quatuor frigiditatis gradibus ſentiri ab hominis tactu non ſenſata cõtraria immutatione caloris & frigoris, ipſis tamen inter ſe contrariis exiſtentibus, etiam futile eſt, nam ideo nõ diſſoluitur argumenti noſtri vis, Iam enim quòd per modum dictũ contrarietas relatorum calorum à tactu percipi nõ valeret, alio medio percipienda eſſet, inducto ſcilicet calore ab homine tẽperato in lapidem vnum, et in alium conſimilem lapidem æquo calore ab igne genito, & manibus duabus tãgendo vtrunq; lapidẽ: nam ſic ſpecie diffrre illos calores ſenſaturus erat homo tangens, & cognitu rus ſe contrariis qualitatibus affici, vt dignoſcit duos alios lapides quorũ aliter eſſet frigidus, & alius calidus manibus duabus tactos, cõtrariis accidentibus eſſe affectos.

Quædam futilis reſpõſio increpatur.

¶Putare enim non adeò contrarios eſſe calores illos ſpecie differẽtes, vt frigiditas & calor contrariãtur: indeq; oriri lapidem frigidũ diſtingui per frigus, à lapide calido, & non reliquos duos lapides calidos diuerſis & contrariis caloribus, nihil proderit. Eo quòd et ſi confiteremur minus contrariari calores, quam frigus calori, vt aduerſus vult, negari nõ poteſt diuerſo modo immutandum ſenſum à calore natiuo vnius lapidis, quàm ab igneo alterius, quòd nulli contingit. Nemo enim tactis, & nõ viſis prædictis duobus calidis lapidibus diſtinguere valet inter vtroſque calores, quo neceſſario cõpellendus eſt propteruus fateri illos eſſe eiuſdem ſpeciei. quòd ſi deuerſarum eſſent, ſolo tactu diſcernenda ſpecifica differentia eorundem foret.

¶Non enim aliter ſcimus nos decipi, cùm aquam ex frigidiſsima & calidiſsima miſtam tangimus, & iudicamus eam temperatam eſſe, quàm inde quòd notũ nobis ſit, tunc primùm cùm ambæ miſcentur, nõ potuiſſe ſe mutuò reprimere, & in temperiẽ reducere, ſed partes ſummè calidas prohibere ſummè frigidas, ne ſuam ſummam frigiditatem in partem tangentẽ inducant: & e cõtra ſummè frigidas cohibere ne ſummè caildæ illum calorem etiam in manu, quæ tangit, gignant, ſed ambo, aut nullam actionem in corpore exquiſitè tẽperato efficere, aut inſenſibilem in diſtemperato. pro firmo habentes, quòd calor ſpecie differat à frigiditate, quia ſeorſum aqua frigida con-

da contrario modo calidæ immutabat. Eadem etiam methodo decipi in iudicio colorum colli columbarum inferimus: quia quæuis plumarum ſeorſum ſumpta, multò aliter, quã omnes, immutet, ſemper diſtinctionem obiectorũ ex ſenſu aucupãdo. Quam ſeruãdo normam: qui fatetur calorẽ naturalẽ à calore præternaturali differre ſpecie, collecturus vtroſq; erat, mõſtraturuſq; calorem inductum in lapidem, vel aliã rem inanimatã ab aliqua hominis parte, ſentiri cõtrario modo, quàm par calor inductus in alio lapide ab igne vel ſole, iudicem tactum huius diſtinctionis ſemper faciẽdo. Quod, vt dixi, nemo experitur, quin oppoſitum. Vnde ſpecifice differre calores niſi, qui delirat, & ſenſum negat, aſſerturus non eſt.

Alia quoque increpatur reſponſio.

¶ Fortaſis recurres ad tactus imbecillitatem nequeuntem inter præfata diſtinctionem aſsignare. Vt enim accidit illis, qui cancellatis digitis ſpheram paruam tangunt, ſimplicẽ globum duplicẽ eſſe exiſtimare: ſic decipi tangentes calores relatos, dices, non decernendo contraria eſſe illa, quæ mutuò aduerſãtur. Si enim ex hoc, quòd præfactum ſymptoma accidit, indebitè configuratis neruis ſenſitiuis, infers ſenſationẽ quoque alteram, qua calores duorum lapidum percipiuntur, etiam vitiatam eſſe, dabis modum dicendi nullam fidem tactui adhibẽdam, quod ſuppoſitioni aduerſatur. Delirat quippe, qui confert ſenſationem factam à manu optimè diſpoſita, & optimum ſitum poſsidente, ſenſationi factæ à manu, quæ ob vitiatum ſitũ neruorum corruptum iudicium cogitur edere de re, quam tangit.

Alia euaſio increpatur.

¶ Iis omnibus ſolutionibus futiles eſſe oſtẽſis, fortè putabis deceptum fuiſſe Gentilẽ, qui contrariari calores naturales caloribus contra naturam aſſeruit, quanquam ſpecie differant, ſed impertinẽter ſe habere, indeq; prouenire ſimul poſſe in eodem ſubiecto eſſe, nõ ſe mutuò corrumpendo. Nam neq; hoc verè credi poteſt. Primo, quòd ſtatim ratio relata inſurgit aduerſus ſic opinantem. Tactus enim diſtincturus erat inter calores relatos impertinenter ſe habentes, & ſpecie differentes, cuius contrarium euentus docet in lapidibus æquè calefactis à manu hominis temperati, & ab igne. Secũdò, quòd ſi id verum eſſet, cùm homo ab igne adeò vritur, vt corporis humani partes in cineres vertãtur, neceſſariò fatendum erat natiuum calorem adhuc in cineribus manere. Conſequentia eſt nota ex aſsertis ab aduerſo. Si enim ad inductionẽ caloris ignei naturalis calor non corrumpitur: ergo igne adhuc in toto corpore flagrante ibi natiuus calor eſſet permanſurus, quod falſum eſſe, quis ignorat?

¶ Quinto principaliter argumentor. Contrariis exiſtentibus calore naturali & calore vocato contrario naturæ, neceſſariò fatendum eſſet, etiam frigiditates duas inueniẽdas eſſe, quæ duobus diuerſis ſpecie caloribus aduerſentur, & mutuò interſe etiam opponantur. Conſequentia eſt nota ex hoc, quòd ſi tantùm vnũ vni opponitur, vt Ariſtoteles. 1. decalo. tex. col. 10. teſtatus eſt, vnius ſpeciei frigiditas duobus ſpecie differẽtibus caloribus non valebit aduerſari, ſed alteram comitem & contrarietatem perficientẽ eſſet habitura. 5. Ratio.

¶ Item ſequeretur ex aduerſorum aſſertis, quòd aquam æquè nobis tãgentibus calidam eſſemus ſenſuri. Cuius oppoſitum teſtatus eſt Galenus 6. Ratio.

nus. 2. temperamentorum, cùm du xit argumentum ad dinoſcendum eucratam temperiẽ per hoc, quòd non afficeretur ab aqua admiſta ex equis portionibus aquæ feruentis & egelide micis. Conſequentia tamen per hoc probatur. Gentilis fatetur elementares calores corrumpere humanos: ſed huius modi aqua, quam Galenus aſſumit in argumentum humanæ temperiei calore elementari eſt affecta, ergo ab hac naturalis calor tangẽtis corrumpendus eſſet: & cùm tactus ſit hominibus collatus vt percipiat ea, quæ primas eiuſdem qualitates vitiant & corrumpunt, inde eliciendum neceſſariò eſt, aquam illam ſentiendam ab homine temperato fore, vt quæ vittiatura erat natiuum hominis calorem.

7. Ratio. ¶ Item aduerſi compellendi ſunt dicere nullum medicamentum tẽperatum inueniendum eſſe, quòd Galeno aduerſatur in tertio libro, de ſimplicium medicamentorum facultatibus. capite ſeptimo. Et quinto eiuſdem. capite. 5. Conſequentia probatur. Si omnes calores, qui humani non ſunt ſpecie differunt ab humano, & mutuò ſe corrumpunt: ergo medicamenti calor natiuum hominis calorem eſt diſſipaturus, & hanc corruptionem homo eſt ſenſurus: ſed hæc omnia aduerſantur facultati medicinæ tẽperatæ, vt eiuſdem diffinitio ex citato loco educta docet, ergo illatum verum: & cùm illud falſum ſit, ſequitur antecedens vnde extractum fuit, falſum eſſe. Porrò ſi Galeni verba ex tertio libro citato perpenduntur, facilè intelligetur, eundem credidiſſe, à medicamento temperato hominem nõ eſſe afficiendum affectu aliquo corruptiuo. Verba enim eiuſdem hæc, quæ ſequuntur, ſunt.

⁂ Si quippiam eſt ex applicatis nobis ſeu corporibus ſeu mendicamentis, quòd actu ſic calidum ſit, vt nos, aut ex contactu ſimiliter calidum euadat, id ex media eſt temperie, cùm nobis nimirum collatum: ſiquidẽ ſecundùm ſe queat per exuperantiam dici calidum, velut & nos quoque. At ſi quid nondum adeò calidum eſt, vt nos neq; admodum tale redditur, id temperie humana frigidus eſt, quantũcunq; in eo caliditas exuperet. etenim admotum calorem, qui in nobis præerat, auferet, detrahetq;. ⁂ Non deuiat eiuſdem Galeni decretum ex. 5. libro adductum, à præfacta ſententia, ſic enim prope finem capitis quinti retulit. ⁂ Veruntamen Cataplaſma, quod ex farina triticea cõficitur, in tẽperatis naturis prius mouens, nec quicquam naturalis partium humiditatis aufert, quod quidem relatu ſit dignum: multoq; magis neque apponit: ſicut nec calorem intendere poteſt, nec hebetare, ſed tantum in ſubſtantia ipſa augere. Cæterum non idem eſt, qualitatem intendere, & augere ſubſtantiam. Sed hæc paulo poſt accuratius oſtendam. At tamen id genus medicamenta humida calidaq; dicimus, non ceu calidiora humidioraq; quàm noſtra ſit ſubſtantia, ſed ſeu ſimilem habentia nobis temperiem, quæ calida & humida eſt iuxta veterem ſermonem, velut in libris de temperamentis oſtendimus. Nec tamen ſic aquam humidam aut galbanum calidum dicimus, ſed illam tanquam quæ carnem noſtrã riget, hoc tanquàm quòd calefaciat. ⁂ Sufficiant hæc ad roborandum

randum, quòd ex Galeno, ac ex veris euentibus probandum ſumpſeramus, & ſi complura duci poſsint.

8. Ratio. Illatio quædam contra gentilis opinionem proponitur.

¶ Vltra etiam ſequetur ex aſſertione illa diſtinguente calores in diuerſas ſpecies, quòd perquantulancunq; moram duraſſet manus hominis immiſſa in aqua calefacta ab igne, quæ per abſentiam ignis inceſſanter infrigidaretur, quòd nunquam non afficeretur ab aqua calefacta, quanquam æqualem gradum caloris cum calore manus ipſa aqua neceſſariò adipiſceretur cùm ex valde calida in frigidam tranſierit. Sed euentus docent oppoſitum, ſcilicet, quandoq; non affici manum ab aqua illa, putà cùm æquo calore eſt affecta cum caliditate manus: ergo antecedens, ex quo ſequitur, falſum eſt. Conſequentia tamen prior probatur. Quia tunc cum æquo calore manus & aqua participaſſent, actio inter calores verſaretur, quia alter naturalis, alius contrarius naturæ, quam pugnam tactus ſenſiturus erat. Conſimile argumentum adduci poſſet, ad oſtendendũ quòd calorem balnei, quem ſtatim cùm in ſolium deſcendimus, valde calidum percipimus, & poſtea cùm perſeueramus, ſi modicus eſt calor ille, non nos afficit, nec à nobis percipitur, eſſet inceſſanter percipiendus, quòd actio inter calorem præter naturalem aëris & aquæ balnei, & noſtrum non ceſſaſet, quæ pugna eſſet cauſa ſenſationis.

9. Ratio, ¶Item ſequeretur, aquas æque calidas non æqualiter afficere hominem. Nam ſiduæ aquæ calore vt duo alterentur, vna per immiſsionem manus cholerici in illam, alia per calefactionem ab igne vel ſole factam, priorem cholericus non perciperet, alteram verò ſic, vt quæ natiuum ipſius calorem corrumperet.

Quædam futilis ſolutio præteritarũ rationum adducãtur, & in probatur.

¶Si vt fugias tot argumentorum vim, ea omnia diſſoluas, negando calorem inductum ab hominis calore in aqua, vel alia re inanimata eſſe naturalem, quin præter naturalem dicendum talem calorem proteruias, in mille deteriores laqueos, quàm antecedentes incides. Primò humanum calorem de per ſe producere præternaturalem, & ſibi contrarium, quod factum nunquàm viſum eſt. Ex quo etiam, quæ implicant, ſequuntur: manum ſcilicet ſimul augmentaturam calorem productum, & corrupturam eundem: nam pro quanto præternaturalis eſt aquæ calor, & ipſius manus naturalis, illum eſt nata corrumpere. Aut ſi, vt hoc quoq; fugias, dixeris, non à natiuo calore produci lapidis aut aquæ calorem, cùm manus calida lapidi aut aquæ admouetur, ſed à formis ſubſtantialibus aquæ & lapidis in ipſa caloré gigni, in enormiſsimũ errorem incides. Confiteris nempe aliquid ſui corruptiuum ab intrinſeco & de perſe producere. Calor enim corruptiuus eſt aquæ pro quãto diſpoſitiones, quibus conſeruatur, vitiat, diſsipatq;. Secundo aquæ etiam tribuis duo, quæ mutuò implicant, putà, ipſam poſſe ab intrinſeco producere frigiditaté, cùm abſente calefaciente, in ſibi decentem diſpoſitionem reducit. Eandemq; ab intrinſeco poſſe calorem producere confiteris: cùm ſcilicet aliqua hominis particula calida in ea per tantum tempus durat, donec calida euadit, quæ omnia impoſsibilia ſunt.

Caput quartum. In quo probatur calorē febriū diariarū nō poſſe oriri à cauſis quas Galenus ſcripſit, vt tan Græci, quàm Latini, & Arabes Galenū ſequentes huiuſque opinati ſũt.

RELATA ſuffi cere exiſtimo, vt probatū quod volebamus ſuperſit, de eis ergo nō plura, vt quoq; præcipuum negotium proſequar, oſtendendo calorem putridarum, quas vocant, febriū, non ortum ducere à putredine humorum, vt eſt hucuſq; opinatum, ſed aliunde prouenire, vnde febris eſſentia oſtendetur. Sed quòd de re hac multa ab authoribus diuerſis ſunt ſcripta, tantùm Galeni ſententiā afferam, quā omnes poſteriores medici ſunt ſecuti, ipſāq; ſufficiēter iprobabo: hac nēpè exploſa, cæteræ caſſæ manebũt.

Primum Galen decretū in quo entitas febris ac eiuſdem cauſa exprimit.

¶ Primumq; decretum Galeni, quod afferendū dignū duxi (quia in vniuerſũ quotquot cauſæ calefacere valent, ibi refetuntur) eſt illud libri de cauſis morborum, parum poſt principiū: cuius ſeries hæc eſt.

Itaque quænā ſint, cuiuſq; prædictorū morborum procreationis cauſæ, iam inſpiciamus, ſumpto ab eo initio, qui in caliditatis intemperie conſiſtit. Apparet autem & in aliis corporibus omnibus, quæ plus ſatis incaleſcunt, vel ex motu quodam augeri caliditatem, vel ex putredime, vel ex vicinia alterius corporis feruidioris, vel ex anguſtatione, vel ex alimento ad calefaciendū accommodato. Ex motu quidem, veluti in iis, qui quouis modo exercitantur, & in lapidibus inuicem colliſis, & lignis, & flamma ventilata. Ex putredine autem, tum reliquorū corporum, tum præſertim ſeminum, ac ſtercoris. Mihi quidem nonnunquam videre contingit in columbarū excrementis, ex putrefactione ignem accenſum. Neque eſt quiſpiam qui ambigat, quin calidorum corporū vicinia alia concaleſcāt, ſi modò ad memoriā reuocet, & balneas, & ſolē æſtiuum, & omnem flammam. Ita quoque hybernis tēporibus in ampla domo ignē accenderis, atq; omnes meatus obſtruxeris, per quos ſpirandi habeat facultatē, interius calorē excitabis: quòd ſi quaq; verſus patētes exitus liqueris, nihil amplius effeceris. Sed nō aliter balneæ atq; fornaces, ſuū interius augēt calorē: ex quo euidens eſt, anguſtationē augēdo, calori occaſionē præſtari. Sed nec in obſcuro eſt, quòd idē ex ipſa materia prouenit. Nam aridi calami, vehementius flammā attollunt: ligna aũt viridia, & præſertim ſi plura ſuper ignē congeſſeris, diutius quidem aggrauāt, & veluti obruunt flammā, demum vero augēt. At quo modo in animaliū corpore ex iis vnumquodq; cōſicitur? Cùm quiſpiā immoderata exercitatione vſus fuerit, laſſitudinē ſuſtinet corpus, hoc eſt caliditatē immodicā in muſculis atq; articulis habet. hi enim ſũt, qui primū motū excipiũt. Quòd ſi nō vltra progrediatur calor, atq; eum ſolui contingerit ante quàm totum animalis corpus inuaſerit; nihil vltra laſſitudinem conſequetur. At ſi in totum extenditur corpus, tunc huiuſmodi affectu febris nuncupatur, quæ eſt veluti quædam totius corporis immoderata caliditas. Ita & ira, quæ feruor quidam eſt exiſtentis in corde caloris, ob im-

ob immoderatum motum,per totũ
nonnunq̃ diffunditur corpus, atq;
ita febrem accendit. Iam ea,quæ pu
treſcunt in animantis corpore, ca-
lorem quẽdam immodicum in his
partibus,in quibus putrent, efficere
poſſunt,ſicuti & Eryſipelata,& Her
petes, & Carbunculi, & inflamma-
tiones, & Phygethla, hæc quidem
totum concalefacientia corpus, ex-
citant febrem. Et quidẽ tertia cau-
ſa immoderati caloris ex his fit ma
nifeſta quoniã modo animalibus ad
ueniat, & ex iis, quæ aduſtiones ap-
pellantur. Nam in bubonibus,& in
flammationibus,& Eryſipelatis,at-
què omnibus adeo calidis morbis,
ſemper contingens pars atq; conti-
nua; ipſa quidem primùm calidita
tem aſſumit, deinceps verò & partẽ
vicinam afficit, & hæc deinceps ſi-
bi proximam,atq; ita vſq; ad princi
pium inſiti caloris perueniente in-
temperiem, totum celeriter corpus
principii ſentit affectum. Diutur-
næ quoque moræ in locis ſole expo
ſitis,nudis quidem, totam aliquan-
do cutem ſupremam calefaciũt; at
iis, qui veſtibus operti ſunt, ſolum
caput, atq; hæc exuſtio appellatur.
Quod ſi iam totum animalis cor-
pus occupet, tunc ita febris accendi
tur. Quartũ vero cauſæ genus,quod
inſitum calorem immoderatè ſucẽ
dit, in aſtrictionibus,& frigefactio-
nibus fieri videtur. Nam ſi quis ve-
hementer riguerit, aut in aqua na-
tauerit, quæ aut alumen, aut talem
aliquam naturam acceperit, huic
aſtringi cutem ac denſari contigit,
vt quæ difflari conſueuerant, intus
cohibeatur. Quod ſi fuliginòſa fue
rint, quæ intus colliguntur, febris
inde generatur.Quinta vero ſpecies
aucte ſupra modũ caliditatis ſunt
eſculentorum acres ac calidæ quali
tatis,veluti alliorum,porrorum, ce
parum, atq; huiuſmodi omnium.
Nam & horum vſus immoderatus
febrem aliquando ſuſcitauit.Et qui
dem calidæ potiones immodicæ,ve
luti vini veteris,& acris, cùm imbe-
cille corpus offenderint,& medica-
menta acria, ſiue remedia morbo-
rum fuerint, ſiue venena, cauſam
vt homines febricitarent, attul-
lerunt.

¶ Sed quànquàm citato in loco
haud obſcurè febris eſſentia expli-
cetur à Galeno, non ab re eſſe vide-
bitur, ſi aliquam aliam tranſcribã
ex eodem ſententiam, quæ expreſ-
ſius ac peculiarius febrium eſſentiã
& differentias exprimat. Et inter re
liquas illam de differentiis febrium
lib.1.cap.2. adducere viſum eſt, quæ
ſub his continetur verbis. Hæc
quidem ſunt totius ſermonis capi-
ta. Et oportet quæ iam dicta ſunt
demonſtrare, atq; vniuſcuiuſq; ge-
neris febrium dignotiones expone-
re: quam primum autem neceſſa-
rium eſt de earum generatione ali-
quid diſerere. Quod igitur ex labo-
ribus,ira,& triſtitia, & ſolis ardori-
bus atq; frigoribus,vigiliis, & crudi
tatibus,ebrietatibus,& crapulis qui
dam febricitari conſpiciuntur, ne-
mo eſt qui ipſa doctus experientia
non agnoſcat. Et quidem quòd aë-
ris peſtillens ſtatus febrem afferre
conſueuit,nemo ſanæ mentis dubi-
tabit, ſicuti & peſtilenti morbo la-
borantium cõuerſatio periculoſa,
ne inde contagium contrahatur,
quemadmodum ex ſcabie & lippi-
tudine. Eſt etiam eorum, qui de ta-
be correpti ſunt,cõſuetudo ne qua-
quam ſecura, atq; omnino eorum,
qui putridum expirant,adeo vt do-
mos,quas habitant, fætidum exha-
lent odorem. Illud quoque longa

Seundum ga
leni placitum
agens de ea-
dẽ re de qua
primum,

experientia compertum, quòd qui conſueta excrcitia omiſſerint, & aliis morborũ generibus, & febribus maximè corripiuntur. Et quidem omnes, vt ita dixerim, homnes norunt, quod & quæ pletora voçatur, & cibi vitiati, & medicamina, æſtusq; circa canis, pluraq; huiuſmodi alia afferunt febres. ⁂ Et parum infra in exordio capitis tertii.

Tertiũ Galeni decretum.

⁂ Sunt igitur ſuppoſitiones hæc calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, eſſe corporum elementa, primaſq; ex eorum intemperaturis cõſtitui ægritudines: ex quorũ numero febris eſt vna, quoniam in corde quædam præter naturam caliditas generatur. Caliditatis autem differentiæ (de quibus præſens tranſigit ſermò) à materiarum differentia ſumebantur, quæ febrilem caliditatẽ ſuſcipiunt. Cùm autem eorundem triplex ſit genus, vel enim in ipſo cordis corpore accendi dicebãtur, vel in humoribus, vel in ſpũ: præincipere autem in omnium febrium conſtitutione cauſas, quæ ab omnibus manifeſtè noſcuntur, quas etiã paulo ante commemorauimus. ⁂ Et inferius in eodem. 3. cap. ⁂ At quam ſingulæ præincipientes cauſæ in corpore faciant diſpoſitionẽ, quæ febrem accendunt, nunc oſtendere intendimus. Quoniam nõ vnũ videmus modum generationis aut augmentationis caliditatis (ſiquidẽ neq; ignis ipſius) ſed vel propter motum, vel propter putrefactionem, vel propter adhæſum alterius caloris, aut propter detentum calidi effluxus, aut propter miſtionem calidæ ſubſtãtiæ quodam veluti ex fonte efferueſcentis, quæ quo ad noſtrũ ſenſum vel generet, vel augeat caliditatẽ, neceſſe omnino & febrium cauſas reduci ad eos, quos proximê diximus modos. Veluti ſtatim exuſtio, ſiue ipſa ſolis operatio talẽ ſortiatur appellationẽ. Aut qui ab eodem in corpore fit affectus, ſiue ille, qui iam affectus eſt, nã & hoc ipſum calor præter naturam nondum tamen febris exiſtit, niſi cor vnà calefiat, omne quidẽ huius cemodi cauſæ genus fieri conſtat, ex rei calidæ adhæſu, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medicamen calidum contingat extrinſecus, aut proximũ fiat, aut adhæreat, ſiue quouis aliquo vocabulo quiſpiam vti voluerit. Ira autem eſt veluti quidem feruor quidam, ac vehemens motus potentiæ iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita, ſimul autem cum hoc feruore calefit ſpiritus aliquando, aliquãdo verò & ſanguinis ſubſtantia. Quòd ſi ita contingerit, vt ea corpora, quæ in ſe caliditatem admiſerunt, lõgo eam tẽpore retinere natura apta ſint, licet motus cordis ſedetur, in hiſce tamẽ remanet calor præter naturam, atq; inde hominem febricitare eſt neceſſarium. Huius cemodi autem febris habet originẽ à motu atq; feruore natiuæ caliditatis. Quæ autem ex triſtitia fit, ex ſolo motu, non autem ex feruore generatur. Eius autẽ quæ labores ſequitur, principium eſt muſculorum, neruorum, copularum, & articulorum nimia confricatio. Quæ quidem primò quendã calorem, concipiunt hinc verò continuatim calor aſcendit ad cor, atq; inde homo neceſſario febricitat.

Quæ autem ex denſitate cutis accẽditur febris, qualis maximê frige factis atq; adſtrictis corporibus ſolet accidere, mordaci effluxu in corpore aceruato cõtingit. Semper enim animalium corpora difflantur, idq; duplici modo, effuſis ad exteriora vaporoſis atq; fuliginoſis ſuper-

fluitatibus

fluitatibus, ac rurſus attracta refrigerante, ac ventilante natiuum calorem aërea ſubſtantia. Cum igitur aliqua cauſa potētior eos, de quibus diximus, meatus anguſtiores effecerit, ſæpius in pletoricam diſpoſitionem incidit corpus, quando & vaporoſum & optimum quod effluit, extiterit. At cùm acre fuerit, ſatiſq; mordax, nōnunq̄ in febrem, quo tēpore maximè intra corpus quod refrigerandi vim habet, non attrahitur, calor augetur, acris autē ac mordax defluit ſuperfluitas his, qui aut natura vitioſos habēt humores, aut prauis cibis vtūtur. Aut ſæpius cruditatem patiuntur: at tum præſertim, cùm poſt huiuſcemodi cibos aſſumptos, feculentum, vel lutulentum atq; ex lacunis, vel piſcinis, ſiue paludibus, ſiue e quouis alio vitiatā ac putreſcentem biberint aquam. Idem his quoque accidit, qui ſupra modum laborant, aut vigilant, aut cogitant, aut medicamina acuta iugiter ſumunt. Voco autem prauos cibos, quibus hoc ipſum eſt à natura inſitū, ſicut allia, cepe, naſturtia, porros, braſicas, ocyma, & vrticas, & quæcunq; alia agreſtia dicuntur, veluti quæ apud nos lampſanæ vocantur. Et quæ præterea natura quidē optima ſunt, ſed ob quoſdam putrefactionis modos æqualæ prædictis, aut maius aliquando vitium cōtrahunt. Veluti frumenta, hordea, atq; omnes aliæ fruges, quæ ad vſum cibi aſſummuntur, quarum nō nullæ temporis longitudine ad putreſcibilem ducūtur diſpoſitionem: aliæ quoniam malè repoſitæ fuerunt, humiditate replentur: quædam verò & in primo ortu rubigine deprauātur. Tales cibos hodie quoq; vrgente fame plures coacti comedere, Nōnulli quidem à putridis ac peſtiferis febribus interierunt. Nonnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Cùm igitur plenum fuerit corpus huiuſcemodi humoribus, nulla verò obſtructio aliquod ex viſceribus obſidet, liberè autem in totum animal per cutim difflatur, ac refrigeratur, ſanitate quidem fruitur animal, ſed dubia ac momentanea. Cùm autem conſtringi terminum exteriorem ac obſtrui penitiorum partiū meatus contigerit, in conſtrictionibus quidem quod nuper diximus febriū genus conſequitur, in obſtructionibus autem, quod paulò infra dicemus. Nihil ergo mirū ſi ex his, qui cruditatem paſsi ſunt, nonnulli quidem á febribus correpti fuerunt, alii verò minimè. Nam hi, qui iam humores habent vitiatos, ac malè difflantur, aut in tempeſtiuè laborant, aut balneis ſuperfluis vtuntur, hi facilè febribus corripiuntur: ac qui boni habitus ſunt, atq; bene difflantur, & quieſcunt, & vētriculum atq; Hepar calefaciunt, his febrire eſt impoſsibile. nā in eis ſeu reſidet ventriculi ac hepatis partibus, quodcunq; corruptum eſt, ac paulatim per tempus coquitur, atq; optimum fit. Sicuti his, qui ſe poſt vehementes motus exponunt, aut æſtiuo ſoli, aut balneis calidis dulcium aquarū, quicquid vitiatum eſt, in habitum corporis recipitur. Sic & quibuſcunq; cibi corrupti per aluum deiiciūt febris non ſubſequeretur, niſi alia cauſa accederet, aut quia ſuprà modum fatigati eſſent, ob frequentius ſurgendi neceſsitatem, aut inflammationem in ventriculi partibus ſubtenuiſſent. In obſtructionibus quidem foraminum atq; humorū intruſionibus (nam & de hoc dicere diſtuli) ex putredine patiuntur febrem

brem animalia. Propriſsimè enim putreſcunt quæcũque calida, ac humida, ac in calidis locis, niſi diffla ri ac refrigerari contingerit. Nihil igitur mirum, ſi ex repletionibus febres eueniunt, etenim obſtructiones multæ fiunt, atque vniuerſum corpus in huiuſcemodi affectibus malè difflatur. Sicuti igitur in altera multitudine, quæ ratione potentiæ dicitur, citò ad corruptionem humores deueniunt, quoniam non bene continentur, neque coquuntur cum ea à qua confiuntur, vis inualida exiſtat. Propterea autem quicunque cibi glutinoſi ſunt, ac craſi, ſunt magis morbis obnoxii. obſtrui enim atque intrudi eũ qui ab ipſis generatur humorem facilius exiſtit. Quid igitur? nonne contraria ratione acria atque extenuantia morboſa? Videntur enim ſimiliter à febribus infeſtari, qui vtrãmque victus rationem nimium ſequũtur: quoniam, & ſupra diximus, omnes tales mali ſucci eſſe. Tali igitur ratione hi: ob putredinem autem quicunque glutinoſi ſunt ac craſsi febrium ſunt cauſæ. Partes etiam, quæ inflammationem patiuntur ratione putredinis febres accendunt, intruſus enim in ipſis influens humor, cùm non bene diffletur, putreſcet. Cùm igitur fluxio hæc amaram bilem dominantem habuerit, caliditas quædã Eriſipelatodes propriè occupat partem: cùm verò ſanguinem phlegmonodes, cùm verò humorem ex vtriſque commiſtum, vel fit ereſipelas inflãmationis participans, vel inflammatio eriſipelatis, nomẽ quidem ab homore ſuperabundante ſuſcipiens, cognomẽ autem ab altero. In hiſce autem omnibus communicationis ratione, febris accenditur: ſemper enim calefacta proxima pars ſimul caleſcit, donec ad cor communicatio pertingat. Nam & in carbunculis id quod continuum exiſtit, vnà calefit: fiunt autem ex ſanguine quidem ſatis calido, & ad atræ bilis naturam propter aduſtionem conuerſo. Calidiores autem ambientis aëris ſtatus, quales maximè circa canis ortũ contingunt, per inſpirationes quidem manifeſtè cor calefaciunt, corpori autem extrinſecus circunfuſi totum ipſum calidius efficiunt, Sed præſertim arterias, vt quæ ipſius ſubſtantiæ aëris ambientis aliquid trahant. Ex quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſarium, & cùm ſupra modum incaluerit ipſum primum atque potiſsimum febrilem calorem ſuſcipere, atque ad vniuerſum corpus tranſmittere. In peſtilenti verò aëris ſtatu inſpiratio plurimũ eſt cauſa. Fit enim & aliquando ob eos, qui ſunt in corpore humores ad putreſcendum paratos, cùm breuem aliquam occaſionem ad febris originem ab aëre ambiente acceperit animal. Magna autem ex parte ex inſpiratione incipit aëris circunſtantis à putreſcibili euaporatione vitiati. Putredinis autem principium vel cadauerum multitudine non crematorum, quemadmodum in præliis cõtingere ſolet, aut ex aliquorum vel lacuum vel paludum æſtatis tempore euaporatione. Contingit autem quandoq; præcedere ambientis aëris caliditatem immodicam: quemadmodum in ea peſtilentia, quæ Athenienſes inuaſit, vt Thucidydes inquit. Sed in tuguriis ſuffocantibus æſtatis tẽpore habitantium corpora corruptione laborabant. At quia humores corporum ex victus prauitate erant putredini obnoxii, hinc febri-

bus

bus peſtilentibus origo data eſt. For
tè autem per continuum ex Aethio
pia quædam putredinis fluxere con
tagia, his quorum corpora erant ad
patiendum parata febrium cauſæ
futura. Oportet enim hoc in toto
ſermone memoria repetere, quòd
nulla cauſarum ſine patientis apti-
tudine agere poteſt: alioquin omnes
qui ſub æſtiuo ſole commorantur
febricitarent, aut qui nimio motu
exercentur, aut vini potu grauãtur,
aut ira excandeſcentes, aut triſtitia
afflicti febricitarèt. Alioqui etiam
vt arbitror circa canis ortum om-
nes ægrotarẽt, ac in peſtilentiis mo-
rerentur, at, vt diximus, magnam in
generatione ægritudinum partem
habet. eius. qui paſſurus eſt, habili-
tas corporis. Supponatur igitur vt
in exemplis in ambiente quidem aë
re nonnulla peſtilentiæ ſemina con
tineri, ac ea quæ ab ipſo corpora cõ
tinguntur, nonnulla quidem eſſe va
riis ſuperfluitatibus plena, iam ex
ſeipſis ad putreſcendum parata, nõ-
nulla autem pura, ac inutili mate-
ria carentia, ac primis quidem ad-
iungatur in multis corporis parti-
bus obſtructio foraminum, atque
ea quæ pletora vocatur. Et vita o-
tioſa in multis crapulis ac rei vene-
reæ vſibus immoderatis, atque his
quæ neceſſariò omnia quæ nuper di
ximus conſequuntur cruditatibus:
reliquis verò omnibus corporibus
puris ac ſuperfluitatibus omnino
carentibus adſint præter hæc bona,
libera in omnibus ſpiratio meati-
bus, cùm obſtructionibus, atque
aſtrictionibus carent: exercitia e-
tiam ſint moderata, victus tempe-
ratus, ac deinceps his ſuppoſitis, co
gita quomodo vtraque corpora af-
fici ſit neceſſarium ab eo quem in-
ſpirant aëre peſtilenti. An non ra-
tionabile eſt, illa quidem ſtatim à
prima inſpiratione principium pu
tredinis ſumere? ac plurimum in
malo procedere. Quæcunque au-
tem munda ſunt, ac ſuperfluitati-
bus carent, nonnulla quidem nihil,
nonnulla verò minimum mali ſen-
tire, ac facilè ad naturalem habi-
tum habere regreſſum? ⁂

¶ Et quoniam non parum ad ve-
ram explanationem eſſentiæ febris Quartũ Galeni placitũ.
ac cauſarum eius conducit, Galeni
ſententiam de cauſis differentiæ fe-
brium putridarum explicare, ideo
quæ in principio ſecundi lib. ab eo-
dem referuntur, huic volumini inſe
rere viſum, cuius hic eſt ordo cõtex
ſtus. ⁂ At illud ſupereſt, vt febrium
differentias, quæ in humoribus accẽ
duntur, percurramus, ſi hoc vnũ an
te admonuerimus, nõ ſufficere ad ge
neratiõẽ febriũ, ſicuti multi opinã
tur, ſi ſolũ amara bilis, quã nõnulli
rufam appellãt, augeatur. Sic enim
oẽs, qui morbo regio laborãt, in ma
ximas inciderũt febres, in eis ſiquidẽ
huiuſcemodi humoris magna in to
to corpore copia redũdat, nõ tamẽ
febricitãt, niſi aliqua alia acceſſerit
cauſa, de qua paulò inferiꝰ dicemꝰ.
Abſurdũ etiã putare in quartanis &
quotidianis febribus, quæ exquiſitæ
ſũt, tales aceruari bilẽ amarã nõ ſe-
cus q̃; in tertianis ac febribus, quæ
ab incẽdio cauſones appellãtur. nã
ex aduerſo in quotidianis febribus
atq; quartanis, nec vomitus bilioſi,
neq; ſudores, neq; vrinæ, neq; excre-
menta aliqua veſtigia amaræ bilis
oſtendunt: præter id, quòd neque a-
liquid ex his quæ anteceſſerunt aut
ſimul adſunt eiuſdem homoris præ
bet teſtimonium. nam tertianæ qui
dem febres magna ex parte in cor-
poribus fiunt, in quibus naturalis
habitus ad bilem accedit, atque

in

in conſiſtentium ætate, quæ omniũ maximè bilioſiſsima eſt. Tempore etiam æſtiuo præ cæteris, in quo huiuſcemodi humor dominatur. In locis præterea, quæ calidam atq; ſiccam habent temperaturam, ac in ſimili aëris ambientis qualitate. Vita etiam non otio atq; quieti dedita, ſed in laboribus, curis, vigiliis, ſolis incendiis, & ciborum parcitate aſſueta, eorum præſertim calidorũ ac ſiccorum, vſus præterea medicaminum tale facientium atq; exiccãtium immodicus vſus febres tertianas faciliter afferent. Contra verò quotidianæ febres naturis, in quibus pituita ſuperfluit, ſunt familiares, atq; ex omnibus anni diuerſitatibus, in hyeme præcipuè, atq; omni temporũ ſtatu frigidiori atq; humidiori, in ætate ſimili ac puerili, in locis frigidis atq; humidis, vitaq; otioſa, quam crapulæ comitantur, ac tunc præſertim cùm poſt cibos balneis vtuntur, ac multò etiam magis cum ipſi cibi naturam pituitoſam habuerint, generantur. Neque etiam hi amaram euomunt bilem, neq; per ventrem inferiorem, neque per vrinam, neque per ſudores excernunt, quod in febribus cõtingit tertianis: hæ ſiquidem flaua bile putreſcente fieri conſueuerunt, at quotidianæ ex pituita, quemadmodum quartanæ ex atra bile originem habent. Sic igitur & corporum naturam ſequuntur ad atram bilem procliuem, atq; ex ætatibus declinantẽ. Ex anni verò temporibus Autumũ. Sic & reliqua omnia, quæ his proportione reſpondent, vt cibi, potuſq;, ac victus vniuerſus frigidus ac ſiccus quartanis febribus originẽ præſtant. Quare & rigor, qui vtrunque genus febris antecedit, haud quaquã ſimilis eſt. At in tertianis quidẽ cauſam, à qua prouenit, rei quodammodo pungentis ac ferientis ſenſum repreſentant, in quartanis autem veluti refrigerantis. De ea autem, quæ eſt rigoribus forma inter cauſas accidentium abundè expoſuimus, vbi etiam generis febrium diximus differentiam: quòd ex ipſis, quæ quidẽ ſunt intermittentes (ita enim appello quæcunq; ad ſenſibilem infebricitationem perueniunt) ortum habent ab humore febrem generante, qui per omnes corporis partes ſuo motu defertur. In continuis autem humor in venis cõtinetur incluſus, de quarum dignotione in 2. lib. de criſibus tractauimus. Intermittentium igitur tres ſunt omnes numero differentiæ, quotidiana, tertiana, & quartana: quotidiana quidem ex pituitæ putredine, tertiana verò atq; quartana vtriuſq; bilis: flauæ quidem tertiana: nigræ autem quartana. Continuarum autem, quæ ex flaua bile proueniunt, duplex eſt ſpecies: altera earum, quæ à continuo feruore ſynochæ appellantur, quarum vniuerſum tempus in vna conſumitur acceſsione, quæ à principio vſque ad finem pertingit: altera earum, quæ idem cum genere nomen ſortiuntur, & continuæ appellãtur, atq; in pluribus circuitibus continentur. Earum igitur, quæ ſynochæ dicuntur, tres ſunt omnes numero differentiæ. Nam quædam earum à principio vſque ad finem perdurãt: quædam paulatim augentur. Tertia ſpecies paulatim decreſcit. Vnde & nonnulli primas quidem homotonas ac acmaſticas, hoc eſt, in eodem ſtatu & vigore perſeuerantes nominarunt. Secundus anabaticas atque epacmaſticas, hoc eſt, aſſurgentes, atque inualeſcentes dixerunt. Tertias autem Paracmaſticas, hoc eſt, decreſcentes

ſcentes, appellarunt. Continuarum verò duæ ſunt primæ differentiæ. Nonnullarum quidem, quæ ſingulis tertiis diebus inualeſcunt. Aliarum verò, quæ die intermedio alteram faciunt acceſsionem. Hæ igitur nullum præcipuè obtinent nomen. At quæ tertio die inualeſcunt, ego quidem nominare conſueui triteophyes, hoc eſt, Tertianarum naturam referentes. Non tamen prohibeo, quin pro ſuo quiſq; arbitrio alterum eis nomen imponat, modo rerum obſeruet differentiam. Alia quidem eſt differentia, cùm ad infebricitationẽ terminantur, alia cùm in declinationem febrilem deſinũt, hæ, quæ per tertiam diem febres accenduntur. Eſt præterea alia febris natura, quæ in medio acceſsionem facit, nullam tamen ex his, hemitritæam voco: non veto autem ſi quis velit ita nominare, modo hoc tantùm ab eiſdem obſeruetur, vt nullã febris ſpeciem prætermittant, Sed omnes deinceps quemadmodum ego nunc inſtitui, recenſeantur. Nam quæ & in die intermedia faciunt acceſsionem continuæ, nonnullæ quidem in quotidianarum figura progrediuntur, duas inuicem acceſsiones ſimillimas facientes: nonnullæ verò duas diſsimiles habentes. Primæ quidem tertiam omnino ſimillimam obſeruant, Secundæ autem quartam in figura duarum tertianarum progredientes: Hæ igitur ex bilioſo magis: alteræ verò, quæ ſingulis diebus ſimilem acceſsionem faciunt, ex pituitoſo magis humore conſiſtunt. Eſt & tertium genus febrium continuarum, quæ perrarò tamen eueniunt, quarum acceſsiones quartanarum figuram progredientes oſtendunt, neque infebricitatione terminantur. Sicuti autem febris tertiana alquando fit duplex, aliquando triplex: ita & hæc non modò duplex, ſed etiam triplex euadit. Hæ quidem febrium complexiones ſunt eius, quæ de typis, ide eſt de febrium figuris propriæ tractationis: quæ autẽ ex humoribus ſimplices febres accẽduntur, tot numero ſunt, quot nuper à nobis ſunt explanatæ.

Caput quintum, In quo euidẽtiſsimis rationibus probatur febrilem calorem diariarũ non inde oriri vnde Galenus eſt opinatus.

NON breues duxi cõtextus Galeni, vt omnes noſcant explicitè, quid putet ipſe eſſe cauſam febrium diariarũ, & putridarum, ac quæ ſit eſſentia illorum calorum. Ille enim palam non confitetur relatos febriles calores diariarum & putridarum febrium ſpecie differre, neq; eiuſdem eſſe ſpeciei, vt quoque non exprimit, vtroſq; à naturali calore ſpecie etiam diſtare, ſed tantùm hanc differentiam manifeſtè inter calores febriles verſari hic explicat, quæ à diuerſis cauſis ſumi poteſt. Vt ſi quis diſtingueret calorem in ſolarem & igneũ & aëreum, nollendo docere, illos ad inuicem ſpecie aut genere differre, ſed cauſam productiuam eorũdem nõ eandem ſpecie eſſe. Ergo quia vtrarũq; febriũ tam ephemerarũ quàm putridarum cauſam ſimul expoſuit Galenus, ſcribere cogor, deceptum illum fuiſſe in redendis ambarum febriũ cauſis, vndeq; originetur calor adeò intenſus, qualis in febribus percipi-

percipitur,dilucidè mõſtrare,poſt-
quàm non poſſe vera eſſe Galeni de
creta,oſtendero. Quibus per actis,
de eſſentia ethicæ febris diſeram,&
in quo aberrauerit idem Galenus
oſtendam : vt nequis credens cauſas
eſſe illas,quæ à Galeno ſcriptæ fuê-
re, methodos curatiuas in illas diri
gat,indeq; à ſcopo rectæ medicatio
nis diſcedat.

¶ Auſpicemur ergo diuellere il-
lud,quod ex libro de morborũ cau-
ſis tranſſcripſimus:cùm cauſam Ga
lenus expoſuit febrium diariarum
prouenientium ab immodica exer-
citatione,per hoc,quòd muſculi,at
q; articuli ex illa immoderãtia plus
iuſto calefiũt,à quibus cùm toti cor
pori accidit,communicari calidita
tẽ tantã,quãtã relatæ partes habẽt,
febrim ſuboriri aſſeuerauit . Et ab
ira quoque per conſimilẽ quaſi mo
dum febrim procreari teſtatus eſt,
ex feruore nempê ſanguinis in cor-
de exiſtentis ob immoderatum mo
tum eiuſdem inferueſcentis in totũ
corpus fieri expanſionem,febremq;
incendi contendit. Ex multis quo-
que aliis cauſis eãdem febris ſpeciẽ
ſuboriri etiam dicit,putà ex inflam
mationibus,carbunculis,exuſtioni-
bus à ſolis caloribus,ac ex aliis occa
ſionibus. Nec aliter, quàm calefa-
ctis partibus,quæ calorem primùm
conceperunt, indeq; in intimas &
vſq; ad cor ſpanſo ipſo. Quæ non
ſic poſſe febrem accendere, quibuſ-
dam genericis rationibus probabo,
ac poſt peculiariter deſcendo ad re
latas cauſas, idem etiam, deo con-
cedente,efficiam.

1. Ratio. ¶ Sitq; prior ratio hæc. Si verum
eſtet à relatis cauſis calorem produ
centibus, febrem diariam concita-
ri, vigintiq; quatuor horis tranſa-
ctis ipſam ſponte finiri, vt Galenus
in exordio noni libri Methodi me-
dendi in quit, ſequeretur intenſio-
nem ac potiſsimam vim febrium
huiuſmodi in principio earundem
conſpiciendam, & ab eo vſq; ad fi-
nem in declinationem,ac continuã
diminutionem eaſdem tendere, eſ-
ſe experiendum. Sed euentus oppo-
ſitum docent, multas ſcilicet ex his
febres, & fermè omnes non incipe-
re ſtatim,vt relatæ cauſæ adſunt,
ſed poſt aliqualem moram : & quæ
ſtatim inuadunt,ac quæ poſt ſubſe-
quuntur,ſuum principium imbecil
la caliditate affligentem habere, at
q; has in exiguo tempore creſcere,
& poſt imminui, pote cùm decem
& ſeptem, vel decem & octo horæ
complentur,imminutionemq; hãc
perſeuerare,donec completis vigin
tiquatuor horis in totum febris fi-
niatur. Supereſt ergo euentibus ita
conſpectis,antecedens,ex quo illud
conſequẽs inferebatur, falſum eſſe:
& cùm Galeni ſententia ſit antece-
dens de quo agimus,manifeſtũ quo-
q; reſtat, ipſam falſam eſſe, quod
probare volebamus. Ex omnibus
prædictis nil probandum ſupereſt,
quàm illationem illam bonã eſſe,
putà,ſi febres diariæ à relatis cauſis
oriretur, omnes maximam vim in
ipſo limine principii habituras.
Quam facillime probo ꝑ hoc,quòd
quæcunq; diſpoſitiones contra na-
tnram habentis inducuntur, per tẽ
pus illud, per quòd cauſa alterans
adeſt,florent ac vigent, & cùm hæc
abeſt,ſtatim imminui incipiũt.Ca-
liditas nempe in aqua,aut ferro ca-
lefactis ab igne tandui durat in ſuo
vigore,quandui ignis calefaciens a-
deſt,qui ſi auferretur,mox decreſce
re incepiſſet.Cæteræq; alterationes
violentæ eandem formam ſeruant,
quã caleditas aquæ, de qua agimus.

Vnde

Vnde liquido patet, quòd ſi ab immoderata exercitatione, vel ab ira, aut ſole, vel alia quauis cauſa ex relatis à Galeno febris diaria ortum duxiſſet, quòd cùm ipſæ efficientes cauſæ præſentes forent, maxima vis febrium afflictura erat: & cùm abeſſent, ſtatim indeclinationem & remiſsionem erat febris deſcenſura. Cuius contrarium, vt diximus, experimur. Tranſacta nempè ira, aut immoderato exercitio, diaria febri quandoque corripi hominem. Qui ſi in corde calorem ab ira concepturus erat, vel à muſculis ex motu calefactis: tunc primum cùm hæc præſentia erant, febris erat cum maxima vi inuaſura, motuque & ira pauſantibus, inceptura erat febris remitti, cùm nihil aliud ipſa ſit, quàm relatus calor cordi communicatus ex aſſertis à Galeno ipſo.

Inanis quædã ſolutio adducitur et improbatur.

¶ Fortaſis confiteberis quicquid intulimus, proteruieſque huiuſmodi febres ſimul cum efficiente cauſa fieri, & in principio vigoroſas eſſe, & ab eo vſque ad finem ſemper remitti eaſdem, quo in totum noſtrum argumentum diſſoluitur. Sed ſi id fatearis, euentibus & authori tuo Galeno aduerſaberis. Ipſe enim libro primo, de febrium differentiis capite ſeptimo, inquit. ※ Vnum verò hoc eſt præcipuum febrium ephemerarum indicium, ab aliqua incipere cauſa recenti ac manifeſta, quæ ante præceſſerit: quam omnes medici iuniores vſitato vocabulo procatarcticam, ſiue præincipientem appellant. ※ Quæ verba clarè exprimunt præcedere procatarcticas cauſas febres ephemeras, ipſasque poſt ſequi vt nos fatebamur. Verba quoque parum infra ſequentia manifeſtè dicunt principium febres has habere, & ipſas augeri, & conſiſtere, vt nos dicebamus.

※ Sed & caliditatis ſuauitas proprium ac inſeparabile eſt huiuſmodi febrium indicium. Inſeparabile quoque æqualis atq; incompreſſus aſcenſus in caliditate ac pulſibus ſimul, non tamen proprium, cùm & aliis quibuſdam adſit: ſicuti etiam conſiſtente febre mediocritas: neque enim hoc etiam eſt proprium, quanquàm his maximè ineſt. Et melius ſanè hæc, quæ communia exiſtunt increſcente febre ac conſiſtente, quoniam magis ephemeris inſunt, inter propria reponere. ※ Quid enim illud inſeparabile eſſe diariis febribus aſcenſum in calore & frequentia pulſuum & incomprehenſum eundem eſſe ſignificat, quàm quod nos diximus accidere ephemeris febribus, eas ſcilicet incipere cum remiſsiore calore, quàm qui poſt ſubſequitur, & poſt, hunc eundem creſcere, quanquam citius multò, quàm aliæ febres, & conſiſtere eaſdem, vt infra refert, & poſtea declinare. Quæ omnia contraria ſunt euaſioni illius, qui confitebatur ab initio vſque ad finem diariam febrem decreſcendo procedere, vt de peracmaſticis ſcribitur. Vnde liquidò patet argumentum noſtrum in ſua vi manere.

¶ Et quòd genera hominum noſco, quæ diuellenda ſunt ab his, quæ à magiſtris didicerunt, proteruia ſemper eſſe, nulliſque conuinci autoritatibus neque rationibus, ideo Galeni aliud decretum prope finẽ ſecundi de Criſibus adduco: quo expreſsius conſtet, ipſum confiteri ephemeras febres principium, & augmentum, ac ſtatũ habere: quòd

eſſe impoſsibile, ſi inde orirentur vnde Galenus exiſtimauit, probauimus. Verba Galeni quæ ſequuntur, ſunt. Eorum verò, qui ex laſitudine febricitant, cutis eſt ſiccior plusquàm in aliqua alia febrium ephemerarum. Sed hoc quidem omnibus, qui ex laſitudine febricitant, commune eſt in eo: acceſsionis tempore: quod vſque ad ſtatum protenditur. Quibus verbis ſatis clare docet à principio uſque ad ſtatum tempus aliquod interuacare, vt nos ſumus teſtati, & euentus docent. Multas quoque ſententias ex eodem trahere poſſem. Nam eam, quæ primo de febribus ad Glauconem refertur capite ſecundo, & quæ in aliis locis multis ipſe idem profert. Sed omnes omitto, vt qui relata ſufficere, exiſtimem.

Alia inanis ſolutio improbatur.

¶ Porrò non tantùm euaſionem & figmentum, quod increpauimus, ſuſpicor ego obiiciendum mihi, vt inualidam rationem noſtram reddant, qui Galenum non aberrare potuiſſe credunt: ſed & aliter euadi noſtri argumenti vim opinabuntur, credendo ſcilicet, ephemerarum febrium nimirum principiū imbecillum eſſe, & poſtea eaſdem in calore, & pulſuum magnitudine creſcere, cùm cauſa producens adhuc abeſt, quòd hæ ſint tantùm ſpirituū paſsiones, vt Galenus. 2. de Criſibus capite. 13. referebat, ſcribens. Reliquum eſt, vt de tertio febrium dicamus genere, quas ephemeras appellari dicimus. Sunt autem hæ tantūmodo ſpiritus paſſiones, abſq; humorum putredine, aut membri inflammatione, niſi inflamatis inguinibus accidant.

¶ Quam euaſionem etiam nullius valoris eſſe oſtēdo. Primò per hoc, quòd impertinens videtur, ephemeras febres eſſe ſpirituum paſsiones, aut humorum, aut membrorum, vt ſoluant vim noſtri argumenti, quo probamus, ſi à ſole, vel exercitio plus iuſto corpora caleant indeq; febres ſuboriantur, tunc primùm intenſionem maximam eas habere, cùm cauſa efficiens adeſt: & tantò intenſiores eſſe, quantò minus eſt interſtitium temporis ab abſentia procatarcticæ cauſæ vſq; ad inuaſionem febris. Nam ſiue aqua humor à ſole vel igne caleſiat, aut ferrum ſubſtantia ſolida ab eiſdem excandeſcat, vel aër ſpiritibus ſimilis, à relatis cauſis calidior quàm erat vertatur, horū quoduis neceſſariò calidius erit, cū ſol vel ignis adſunt, quàm poſtq̄ ipſa diſparet. Ad quorū ſimilitudinem non plus intereſt, ad ſoluendum argumētum dicere, eſſe ſpirituum paſsiones diarias febres, quàm humorū, vel mēbrorū.

Alia ratio qua futilis ſolutio improbatur,

¶ Quanto magis, quòd citatus Gal. in. 2. de Criſibus febrem factā ob inguinum inflammationem recenſet inter ephemeras, confeſſus hanc non eſſe ſpirituum paſsionē, vt etiam illam, quā ex laſitudine prouenire dixit. Non eſſe quoque affectum ſpirituum, verba illius expreſsè in multis locis dicere videntur. Nam capite tertio. lib. primi. de febrium differentiis inter cætera ſic inquit. Eius autem, quæ labores ſequitur, principium eſt, muſculorum, neruorum, copularū & articulorum nimia confricatio, quæ quidem primò quendam calorem concipiunt, hinc vero continuatim calor aſcendit ad cor, atque inde hō neceſſario febricitat. Vbi manifeſtè confitetur Galenus membra ſolida primo calorem recipere, eademque continuatim in cor

in cor illum tranſmittere: ſed cùm membra illa membris intermediis inter ſe & cor continua ſint, & non ſpiritibus, perſpicuum euadit ex mente Galeni fuiſſe, per hæc ad cor vſque deferri calorem, & non per ſpiritus. Idem quoque de ira, vt eſt diariæ febris cauſa, loquens, præterita confirmat, ſcribens.

Ira autem eſt veluti quidem feruor quidam, ac vehemens motus potentiæ iraſcibilis, in ipſo cordis corpore ſita: ſimul autem cum hoc feruore caleſit ſpiritus, aliquando verò & ſanguinis ſubſtantia.

Vbi quoque in paſsione iſta non tantum calorem primùm in ſpiritibus fundari cogendus eſt Galenus dicere, ex his, quæ ipſe teſtatus eſt, ſed in humore aliquo. Nam feruor, qui per ſe comitatur iram, affectus ſubſtantiæ humoroſæ, & non vaporoſæ eſt. Nemo enim proprie dixit aërem feruere, vt aquam, aut muſtum, aut quoduis aliud fluidum & liquidum feruere dicimus. Ergo feruor ille, qui primùm comitatur iram ſanguinis, aut alterius humoris corporis futurus erat, qui in corde & ſpiritibus calorem erat concitaturus.

Quedã neotericorũ nugę improbãtur.

¶ Sed ne quis putet mihi ignotas eſſe neotericorum nugas, & aliquarum harum obiectionum inanes ſolutiones, per hoc, quod referant, in bubonibus eas febres dicendas ephemeras, vbi tantùm calor ad cor deuenit, nulla putrida fuligine humoris coaceruati in bubone ad cor vſque aſcendente, putridaſque illas vocandas, quæ ab humore incluſo in bubone fuligino ſam vaporationem in cor mittunt, à qua cor ſupercaleſcit. Vt ergo, vt dixi, omnes ſciant hæc mihi comperta fore, ſed nullius valoris eſſe: quã quam autorem Galenum ipſum habere videantur libro primo de febrium differentiis, capite quinto: primò in memoriam reuocent, Galenum non alio modo calorem ex bubone ad cor aſcendere ſcripſiſſe, quàm per corporis partes communicato illo, vt parum ante per verba eiuſdem probaui, quo diſtinctiones illæ friuolæ tolluntur. Secundò, quod quicquid ſit de illis futilibus diſtinctionibus, etiam ſi concedatur eas veras eſſe, non inde ſequitur quicquam, quo noſtra ratio contra Galenum ducta diſolui valeat. Et illa in ſuo vigore dimiſſa, aliam proſequamur.

¶ Et vt alio modo contra eadem Galeni decreta argumenter, ſuppono primò, qualitatibus primis elementorum, putà calori, frigori, humiditati, ac ſiccitati hoc inſitum eſſe, vt nunquam poſint in paſſa à ſe diſtincta, in quæ agunt, intenſiorem gradum producere, quàm ipſa habeant. Nunquam enim viſa eſt aliqua res, exempli gratia, calida aut frigida, vt duo, intenſiorem calorem, aut frigiditatem in ſibi adhærens paſſum producere, quàm vt duo, & ſi trium graduum calorem, aut frigiditatem habuiſſet, tantum in paſſum extrinſecum inducere potuiſſet, & validiorem minimè. Vt ſi vt quatuor, quod fingamus, ſummum caloris eſſe, haberet, etiam illum producere valeret.

2. Ratio, qua febriũ ephemerarũ cauſæ putatę a Galeno imp bantur.

¶ Nec immeritò hoc primis qualitatibus natiuum eſſe dixi, quòd ſciam lumini hoc non conuenire. Quis enim ignorat, quòd ſi faci quãtuis inſigni, & lumẽ per cẽtupedalẽ diſtantiam diffundenti, aliã ſubduplo minorẽ admoueas, quæ ſubduplo quoq; remiſsius lumen, & ad

ſubduplam diſtantiã diffuſura erat, quòd vtræq; faces iũcta multò intẽſius lumẽ producẽt, atq; ad maiorẽ multò diſtantiam, quám prima ſolebat: faces enim magnæ ex faculis fieri valent, imò perſæpe ex his fiũt. Quod, vt dixi, calidis rebus, aut frigidis, humidis, ſiue ſiccis non accideret. Cuius diuerſitatis cauſam, nõ eſt præſentis loci inueſtigare.

¶ Secunda ſuppoſitio ſit, humanũ cor ſani hominis calidius multo eſſe, quàm corpus quantũuis intẽſa caliditate febrili calẽs, quin niſi ab ignea caliditate nõ vinci cordis calorem. Hæc ſuppoſitio nullo validiore modo probari poteſt, cùm aduerſus Galeni decreta diſputamus, quàm eiuſdem authoritate. Ipſius ergo de hoc ſententias affero vt hoc ipſum, quod nos ſuppoſuimus, affirmaſſe eundem conſtet. Primaque ſit in libello de vſu pulſuum, ſub his verbis. Non ergo eſt ſimilis calor is qui cordi naturalis eſt, ei q cæteris partib⁹, cùm id feruere ſemper ſit opus, his ſatis ſit, ſi non ſint frigidæ. Et alia, quæ ſtatim infra ſcribitur. Cæterum ſi corde iam refrigerato, & propterea animali iam mortuo, velis alterutro ventriculorum eius adaperto, & præcipuè ſiniſtro, digitum in eum ſtatim mittere, magnũ inibi calorem deprehendes, longèq; maiorem, quàm in aliis ſit partibus: dum modo pro naturæ modo ſe habeant. Harum vtraque ſententiarum manifeſtè teſtante, cor flammeum calorẽ habere, cùm in priore legatur quòd ſanguis eius ferueat, qui maior multò quàm febrilis eſt. Et in vltima collationem inter calorem cordis cum cæteris corporis partibus exprimendo, expreſsè affirmet Galenus cordis hominis recẽter mortui calorem magnum eſſe reſpectu digiti hominis ſani. Quod etiam tangenti corpus febriens accidit. Vnde liquidò ſequitur, cordis calorem viuentis hominis multo febriente intenſiorem futurum, cùm demortui cordis calor par ſit febrienti. Idem etiam in libro de fætuum formatione explicuit Galenus, ſcribens. Cor verò quaſi ignis quendam focum animalia ſortita ſunt. Modò ſi cordis calor adeò intenſus eſt, aut parũ minus, quàm igneus focus, quid prohibebit nõ inferre, intenſiorem febrili calore eum eſſe? Quibus duobus fundamentis iactis, iam ratio ſecunda contra aſſerta à Galeno dilucidè ſequitur. Motus, ira, & ſolaris calor, & cæteræ procatarcticæ cauſæ dum vita perdurat, non adeò intenſum calorem, quantus eſt cordis naturalis calor, in partes exteriores corporis poterunt inducere, & ſubinde in interiores, vt ex illis ad cor caliditas pertingat, vt ex ſecunda ſuppoſitione innotuit: ſed relatis caloribus remiſsioribus exiſtentibus, neceſſario cordis calor natiuus potius mitior reddendus eſſet, quàm accendendus, vt prima ſuppoſitio teſtatur. Ergo ab his cauſis prouenire febres diarias per modum à Galeno aſſertum, impoſsibile erit.

¶ Sufficiſſent relatæ duæ rationes liberis hominibus, & quibus cordi tantùm eſſet veritatem adiſcere à quouis diſcereretur, & non authoris penſarent exiſtimationem. Sed vt illuſtrior veritas hæc euadat, ſententiis Galeni eundem aberraſſe in reddendis cauſis harum febrium, in præſentiarum oſtendam.

Referebat nẽpe ipſe lib. 1. de febriũ

differen-

differentiis ſententiám ſequentem.
⁂ Oportet enim hoc in toto ſer-
mone memoria repetere, quòd nul-
la cauſarũ ſine patientis aptitudine
agere poteſt, alioquin oẽs, qui ſub æ-
ſtiuo ſole cõmorantur, febricitarẽt,
aut qui nimio motu exercerentur,
aut vini potu grauantur, aut ira ex-
candeſcentes, aut triſtitia afflicti, fe
bricitarent: alioqui etiam, vt arbi-
tror, circa canis ortum omnes ægro
tarẽt, ac in peſtilẽtiis morerẽtur. ⁂
Quæ verba in ſumma hoc continẽt,
non omnes eſſe expoſitos febribus
diariis, quanq̃ eædem cauſæ efficiẽ
tes eaſdem adſint. Modò ſi diariarũ
febrium ortus non aliunde proue-
niret, quàm ex muſculis, & oſsibus
ex ſuperfluo motu immodicè ſuper
calefactis, & cõtinuatim in cor ſuũ
calorẽ tranſmittentibus, aut à ſole
cutim, & exteriorẽ corporis partẽ
vrente, & ab illis in cor calorẽ trãſ-
ferente, & ab ira ſanguinẽ ſeu bilem
cordis ferueſcere faciente: nõ video,
quomodo quantũuis optima valetu
do à relatis cauſis poſsit nõ febrire.
Euentus nempe docent, oẽs quantũ-
uis robuſti ſint, & optima fruantur
valetudine, & cibis optimis ſint vſi,
ac inculpata victus ratiõe, à ſole æ-
ſtiuo vri, eoſdemq; ab immodica e-
xercitatione caleſcere, & ab ira ex-
candeſcere: vnde omnes tardius, aut
citius, aut à maiore ſiue minore ex
his cauſis erãt febricitaturi. Sed nõ
ita cõtingit, vt verè Galen' teſtatur,
ſed aliquos febribus corripi, alios
minimè. Supereſt ergo non à prædi-
ctis cauſis per modũ excogitatum à
Galeno febres relatas gigni, ſed per
alium multò diuerſum fieri.

¶ Item in bubonibus præſertim fe
bres ephemeræ quamplures cernun
tur, annutim, aut per menſium cir-
cuitum fermè ſemper redeũtes, quæ
nunquam ſine rigoribus in pluri-
mum ægros inuadunt: qui rigor à
calore citra humorem ortum tra-
here non poſſe, qui legit cauſas, quas
Galenus in libro de palpitatione,
tremore, & rigore, & conuulſione
ſcripſit, intelliget: ac ille, qui di-
cta ab eodem in libro ſecundo, de
Symptomatum cauſis, & libro de-
cimo methodi medendi. cap. 4. & in
innumeris aliis locis caluit, non er-
go ephemeræ, ſed putridæ hæ nomi
nandæ eſſent. Etiam ab humore hu
iuſmodi febres oriri, & non per mo
dum, quem Galenus cenſet, ſed per
eum, qui a nobis aſsignandus eſt pro
bat: quòd frequenter, & per ſæpe
videamus has, quæ ab inguinum bu
bonibus oriuntur, cum quibuſdam
heriſipelatis inflammationibus cru
rum finiri, vt ille quæ à bubonibus
alarum naſcuntur, cum relatis in-
flammationibus in mammillis mu
lierum terminari viſuntur.

Improbatur quædã inanis argumẽti ducti ſolutio.

¶ Soluere relatas à nobis rationes,
dicendo: calorem febrilem eſſe al-
terius ſpeciei, quàm naturalis, nemo
iam poteſt, quòd in antecedentibus
oſtenſum ſit, differentiam ſpecificã
inter calores minimẽ verſari, etiam
ob id quòd calor ex immodica exer
citatione neceſſario natiuus dicen-
dus eſt, & hic per confeſſa à Galeno
febrem gignit. Ex quo & anteceden-
tibus dilucidum reſtat, noſtris ratio
nibus validis manẽtibus, Galenum,
qui plurima doctè ſcripſit, in cita-
to negotio hallucinatum fuiſſe, etiã
quòd tenear ego dare modum, per
quem febres ephemeræ gignantur:
cùm abſtulerim, qui hucuſq; verus
eſſe credebatur. Quod faciam, Deo
concedente, poſtquâm explodero
cauſas, quas idem Galenus putat, eſ-
ſe febrium putridarum.

Caput ſextum, Futiles eſſe cauſas quas Galenus febrium putridarum eſſe putauit hic probatur, illius decretis prius ductis.

DIxit nempe Galenus lib, 1. de febriũ differentiis. capi. 1. modum, per quem omnium febrium differentiæ contingant, cuius decreta in citato loco ducere viſum, quãquàm ex aliis locis poſſem, quòd hic ex profeſſo de hac re diſeruit,& quòd nõnulla verba Galeni expoſitione indigeant: ideo cùm illa adduxero, aliqua addã quibus clarior ſententia eiuſdẽ euadet: vt poſtea,his examinatis,pateat quantum veritatis habeant. Series ergo verborum hæc eſt. ⁂ Febriũ differentiæ, quæ quidem maxime propriæ ſunt,ac principales, ab earum ſumuntur ſubſtantia, aliæ verò ab accidente aliquo, non volentes per hoc dicere, febrem eſſe ſubſtantiam, cùm calor immodicus ipſa ſit,cui accidentis, & non ſubſtantiæ nomen conuenit, Sed quia accidentibus aliqua accidunt. Ideo illa reſpectu talium quæ eis cõtingunt, ſubſtantiæ per metaphoram nominantur: & quæ accidunt,accidentia illorum dicũtur.Et quæ ſemper comitantur accidẽtia propria, vt quæ quandoq; ſic,alias non, remota. Vt calori propriè accidere dicimus cõgregare omogenea, & ſegregare eterogenea: & albo colori diſgregare viſum,& nigro congregare. Remotum verò caloris accidens ſiccitatẽ nominamus, quòd contingat quandoq; calori ipſi cõiungi ſiccitatem, putà in igne,nonnunq̃ humiditatẽ, in aère ſcilicet. Et quoniam, vt ſtatim dixi, horum ipſorum accidentium non eſt natura vna,ſed nõnulla quidẽ proximiora, ac magis ſunt diuiſæ ſubſtantiæ febris propria,nõ nulla autem magis ab ea remota & extranea. Idcirco neque earum differentiarum, quæ ab ipſis accidentibus febrium accipiuntur, eſt genus vnum. Plurimum autẽ porrò aberrant medici, qui ab his differentiis quæ maximè propriè ac principales,abſcedunt,ſeparanturq;. Secundo autem loco quicunq; quãuis earum meminerint, eiſdem tamen eodem modo comiſcent omnes, quæ ex aliquo ſunt accidente receptæ. Vtiles, id eſt, quæ propriæ febrium differentiæ dicuntur, ab inutilibus, id eſt, quæ non propriæ earundem differentiæ ſunt, minimè ſecernentes.Neque verò ſolum in differentiarum generibus plures medici deliquerunt: vel quia videlicet ſuper addentes fuerunt,adeò, vt eas etiã quæ nullius vſus eſſent,commemorarẽt. Aut vtiles etiam prætermittendo defecerunt: ſed vna etiam in ipſa ſectione generum in proprias differẽtias aberrauerũt. Statim enim cum primum atq; præcipuum differentiarum genus ab ipſius rei diuiſæ ſubſtantia ſumatur, intueri licet, medicorum nonnullos genus hoc ſumptum à ſubſtãtia febris penitus præterire, diſtinguendo tantùm febres in ſui cauſas procatarticas ſcilicet, & humorales,aut quaſuis alias.Non nullos autem vel ſuperfluos eſſe in diuiſione,vel deficere. Licet Hippocrates in libro epidemiarum ſexto optimam fecerit diuiſionem differentiarum eſſentiæ febris.Sunt autẽ hæc eius verba. Febrium hæc quidẽ manu ſunt mordaces, hæ verò mites: hæ autem non quidem ſemper

mordaces

mordaces, ſed reſurgentes per interualla in mordacium tenorem, alias mites referentes, vel primo contactui mites viſæ: poſt manu perſeuerante mordaces ſentiuntur. Et contra aliæ primo contactui mordaces apparentes, poſt miteſcunt. Aliæ verò acutæ, ſed quæ manu ſuccumbunt per nonnullum tempus poſt manus admotionem. Aliæ ſunt ſtatim exardentes: quædam ſemper puſillæ. Siccæ quoq; aliæ, vt ſimilis ſit earum caliditas calori lapidum, aut ferri, ſiue aliarum rerum ſiccarum. Quædam verò ſalſuginem quandã præſeferentes: nam vt muria, & cætera ſalita guſtum mordent, ſic huiuſmodi febres tactum. Quædam flatibus plenæ per febricitãtium cutim halituoſo ſpiritu à manu medici percepto, aſpectui graues. Nonnullæ ad tactum humectæ. Nonnullæ vehementer rubidæ, aliquæ vehementer croceæ: aliæ liuidæ, & alia huiuſmodi. Apertiſsimè enim in hoc loco, vt ab ipſius rei ſubſtantia ac dignotione in proprias differentias fecit ſectionem. Siquidem febris ſubſtantia in eo qui præter naturam calore conſiſtit. Caloris autem differentiæ, & ex eo quod magis & minus, & ex materia in qua hic præter naturam calor accenditur, & ex modo motus caloris eiuſdem accipiuntur. Quas omnes vnâ cum dignotionis modo, quẽadmodum in ſuperiore ſermone oſtendimus, annotauit. Sũt autem omnino euidẽtes, quæ in eo quòd magis aut minus conſiſtunt. In quo genere differentiæ conſueuerunt medici magnam ac paruã febrem nominare: non proprie quidem rei quali, nomen quanti adaptantes, vel accommodantes. Hoc tamen facere ſunt aſſueti, non in febribus tantùm, ſed in mille aliis rebus, quæ licet in qualitate conſiſtant, magnæ tamen ac paruæ dicuntur. Quæ verò à materia differentiæ ſumũtur, in qua hic calor præter naturam accenditur, maximè propriæ ſunt: quia vel idẽ calor ipſius cordis corpus occupauit, aut eos, qui in eius vẽtriculis cõtinentur humores. Tertia autem eſt differentia, cùm ſola aërea ſubſtantia ſufficiẽter incaluit, humores autem & ſolida corpora caleſcunt quidem adhuc, nondum autem ſunt calefacta. Neque enim parum refer, ſi caleſcere dicamus, aut calefacta eſſe. Quid autem dicere velimus, vt palàm intelligas, hæc quæ ſequũtur exempla, manifeſtiſsimè oſtendent. Cogita aquam calidam lebeti frigido iniectam, deinde ex eius vicinia lebetis corpus calefieri, nondum exquiſitè eſſe calefactũ. Ex cogita iterum in calidum atq; ignitum lebetem aquã frigidam infuſam, deinde ab eodem lebete adhuc quidem calefieri, nondum autem eſſe calefactum. Secundum horum quidem exemplorum, primam febrium differentiam oſtendit, quam diximus ipſum cordis corpus occupaſſe. Primum verò exemplum eam differentiam, quæ in ipſis coſiſtit humoribus. Reliqua verò & tertia differentia ſimile quidem omnino non habet exemplum, at manifeſtioris quidem doctrinæ gratia, concipe animo febrilem follem trahentem quidem ad ſeipſum aëreum calidum, deinde ab eodem follẽ calefieri, nondum tamen eſſe calefactum. Sed & rei, quam monſtrare volumus naturam, exemplum relatum magis oſtẽdet, ſi humorem in folle contineri ſimul cum aëre cogitaueris: adhuc vero magis ſi follis foramina, per quæ aërem trahit, atq; efflat follis

adeò arte fabricata ſint, vt humorem quidem alium præter contentum non admittant foramina, aëri auten trahendum peruia exiſtant. In quo ſanè plurimum differunt naturæ opera ab his, quæ humana arte ſunt fabricata. Nam miſta eſt in omnibus arteriis per multa foramina ſpirantibus aërea ſubſtantia ſanguini, ac nihilominus in corde ipſo, vt hæc ſubſtantia aërea ad idem cor confluat per omnes ipſas arterias. Incipit hic igitur præter naturam calor, quem febrem nominamus, alias ex aliis partibus eorum, quæ nuper diximus, puta humoribus ſpiritibus, aut ſubſtantia membrorum. Spargitur autem atq; vnà cum patiente afficit duo reliqua genera. Facillima igitur ab humoribus ad ſpiritum caliditatis tranſumptio: nõ æquè autem promptè vnà ab ſpiritu accenduntur humores. Corpus etiam ſolidum humoribus, atq; aëræ ſubſtantiæ facilius calorem impartitur, quâm ipſum ab eiſdem ſuſcipiat. Omnis ſiquidem ſubſtantia tenuis promptius alteratur, quàm craſſa: eſt autem tenuiſsima quidem aëris, craſiſsima verò corporum ſolidorum, media humorum eſt ſubſtantia: nihil autem in præſenti opere differt, ſiue ſpiritum, ſiue aërem dicamus: nam de hiſce omnibus alibi diligentiſsmè diffiniuimus. Nunc autem hoc tantũmodo ſufficiat intelligere quòd vel Hippo. (vt arbitror) oſtendit his verbis, continentia, contenta, & impetentia. continentia ſiquidem ſolida appellans corpora, contenta vero humores, impetentia autem ſpiritus. Nam diſpoſitio febrilis alias ex aliis eorum, quæ ante diximus, ſumit imitiũ. At in genere primò ſcilicet in ſpiritibus læſio nõ ſiſtit, ſed duo reliqua genera, puta humores, et ſolida membra inuadit: ac niſi antea ſoluatur extirpeturq; læſio ipſa, progreſſu temporis illa quoq; ſimillter afficit. Hæc quidem ſunt totius ſermonis capita.

Vlterius prodi, ducendo Galeni cõtextus, non eſt ad præſens viſum; priuſquàm relatarum ſententiarũ veritas examinetur: facilius enim, ac magis diſtinctè contextus Galeni enucleabũtur in ſectiones partiti, quàm in aceruum quendã ſimul cõgeſti: Ideoq; procemio Galeni dimiſſo, hoc enim explicitũ à nobis manet, quod attinet ad materiam febrium, diſcutiamus. Quam certè Galenus eſſe triplicem teſtatur. Vnam ipſius cordis: cùm calor præter naturã in hoc figitur, qui Ethica febris nominatur. Aliam humorem contentum in ventribus eiudẽ eſſe putat: & hanc putridam dixit. Tertiam Ephemerã nominat, quæ ſpirituoſam, ſiue aëranm ſubſtantiam pro materia habet: à quibus tribus cauſis velut à fonte quodam in totum corpus calorem deriuari contendit. Exemploq; illo aquæ calefactæ iniectæ in lebetem, & lebete calefaciente humoralem explicat. Ethicam autem exemplo lebetis calefacti aquam frigidam intra ſe cõtentam calefaciẽtis, vt diariam per aërem calefactum follem calefacientem.

¶ Quod cùm lego, ac perlego non parum admiror de Galeno, ac poſteris medicis exemplo relato non fuiſſe exercitatos ad dignoſcẽdum rem non poſſe ſic ſe habere, vt ipſe Galenus retulit, quòd innumera impoſsibilia ſequerentur, quæ poſt inferam, ſi febrium differentiæ inde ortum

ortum duxiſſent, vnde deceptus exēplo citato docuit Galenus. Et quia in antecedentibus ſatis apertè probauimus ephemeras febres non ab ſpiritibus inflammatis, ſed aliunde ortum ducere, neceſſum eſt oſtendere quoq; quo modo neque febres putridæ ſunt tales, quales à Galeno recenſentur: minimeq; Ethicas poſſe eſſe illas, quas exemplo illo de lebetis parietibus inflammatis cenſuit. In primis tamen Galeni decretum de modo, per quem putridæ febres, vt ipſe eſt opinatus, gignantur ducendo ex tertio & quarto capite relati primi libri de differētiis febriū. Hoc tamē non verba eiuſdem trāſcribendo, ne multas chartas inſumamus, ſed ſententiam in ſummulas quaſdam reducendo, vt in compendium his redatis, facilius concipi queant, in margine notando ex quo cap. ſententiæ, quæ adducūtur, excerptæ ſint.

ix.3.cap. ¶ Priorq; ſit, naturalia corpora à dicendis tantùm cauſis ſi frigida ſunt, caleſcere, aut ſi calida fuerint, calidiora reddi ſunt aſſueta. A motu, a putrefactione, ab approximatione ad rem calidam, à detentione rei calidæ euacuandæ, ab alimentis calidis, vel medicamentis deglutitis. Vnde neceſſe eſt calorem febrilem in vnā ex his cauſis reduci, vt exuſtio inter cætera teſtatur.

Ex.3.cap. ¶ Secunda contingit, vt ea corpora, quæ in ſe caliditatē admiſerunt, vno ex recenſitis modis, longo eam tempore retinere naturaliter apta ſint: & quòd licet motus cordis irati ſedetur, in eo tamen remaneat calor præter naturam, atq; inde hominem febricitare eſt neceſſe.

ix.3.cap. ¶ Tertia febris fit, cùm retēti propter denſitatem cutis qui euacuandi ſunt mordaces effluxus exhalationis nominati, in corpore ipſi aceruantur, & etiam quia prohibeatur aërea ſubſtantia, quæ ventillare natiuum calorem erat ſolita, intrare meatus corporis. In plethoram autem diſpoſitionem incidit eger, cui contingit vaporoſum & optimum eſſe, quod effluxurū erat, prohiberetur ob relatam cutis denſitatem exire. Gignuntur autem mordaces exhalationes his, qui aut à natura vitioſos habent humores, aut prauis cibis vtuntur, aut ſæpius cruditatem patiuntur: & à cæteris cauſis iam recenſitis.

¶ Quarta, vt febres diariæ, vt in plurimum contingunt propter obſtructiones cutis in diſpoſitionibus relatis: ſic putridæ, obſtructo aliquo viſcerum, aut aliquibus internis vaſis perſæpe in animalibus fiunt, prohibita refrigeratione humorum, indeq; putreſcentibus ipſis & ex detentione relatarum acrium effluxionum, quæ eleuantur ex alimentis mali ſucci. Ex.3.cap.

¶ Quinta, ex inflammatione aliquarum partium corporis animalis etiam febres proueniunt: humoribus, qui in prædictis inflammationibus continentur, putrefactis, qui ſi bilioſi ſint eryſipellas faciunt: at ſi ſanguinei, inflammationes tantùm. Quòd ſi vtrique humores redundāt, compoſitum ex diuerſis cōſtituunt tumorem. Ex.3.cap.

¶ Sexta, calidiores ambiētis aëris ſtatus, quales prope canis ſyderis ortum contingunt: per inſpirationes quidem manifeſte cor calefaciunt. Corpori autem extrinſecus circunfuſi, totum ipſum calidius efficiūt, ſed præſertim arterias, quæ eodem refrigerandæ erant. Ex.4.cap.

¶ Septima, in peſtilenti aeris ſtatu inſpiratio plurimū eſt cauſa putre- Ex.4.cap.

factionis

factionis humorum, cùm in corpore ipſi putredini ſunt parati.

Ex.5.capi. ¶ Octaua. In tumoribus inguium oẽs ſimul humores putreſcere ſolẽt ſiue in vno ſiue in pluribus, diebus vt qui ſimul illic iuncti ſint.. At in viſceribus aut vaſis magnis contenti humores continuò fluunt: ſuoq; contactu vicinos ad putredinẽ trahunt: quando per ſpatia temporis calor, quem inducunt, durat.

Ex.5.cap. ¶ Nona. Vnica ratione ſeu cauſa, contenta in noſtro corpore, præternaturam calefiunt quemadmodum omnia extrinſeca, ſiquidẽ imputreſcibile ſit, quod calefit, veluti lapis, vel lignum, aut tale aliquid aliud, eo vſq; durare caliditas ſolet, donec paulatim refrigeretur. Quod autem putreſcere natura aptũ eſt, ſemper ad continua diſpertitã continet caliditatem. Quemadmodũ in agro conſpici poſſunt ſtercora iumentorum ſimul & columbarũ ex quadã eorum parte à ſole adeò vehementer calefacta, quòd inſtar fumi multam euaporationem in ſublime emittant, non parum mordacem, ac dolorificã: & ſi quis proxime acceſsiſſet, nares, oculoſq; lædentem. Ipſa etiam excrementa tangentibus adeò calida ſentiebantur vt qui longiore tempore manus & pedes admouiſſet, exureretur. Non tamen continuò huiuſcemodi caſus perdurabat, ſed in die, qui ſequebatur, quicquid ſuperiori die ad ſũmum feruoris peruenerat, refrigerabatur. Quod autem huic continuũ erat, dum prima pars, quæ calorem cõceperat, in ſummo eſſet feruore, ipſum interim paulatim ſuccenſũ, mox priori ſe feruore remittente, interim incalebat, atq; efferueſcebat. Et paulo poſt priori parte refrigerata, ipſum ſummum feruorem obtinebat. Hoc quoq; rurſus deferueſcebat, dum pars continua paulatim ſuccendebatur, quæ paulò poſt vehementius accenſa, ad ſummum feruoris perueniebat. Hic autẽ circuitus in vnius ferê diei ac noctis ſpatio peragebatur, adeo vt res quotidianæ febris propriiſsimum eſſet exemplum. Quòd ſi duabus diebus ac noctibus idem circuitus factus fuiſſet, tunc febris Tertianæ eo modo fuiſſet exemplũ: & ſi tribus quartanæ, & quatuor quintanæ.

¶ Super ſatiſq; in capita redegimus quæcunq; de modo, per quem febres putridæ fiant, á Galeno fuerunt in citato loco ſcripta. Quanquam nonnulla, quæ parum ad rem attinebant, tranſegerim: vel quia in antecedente cõtextu fuiſſent exarata, atq; explicita: vel quòd parũ conducant ad eam, quam ſum exhibiturus doctrinam, circa modum, per quem febres fiant. Et quod noſtri moris ſit, proprium decretum de re nulla exprimere, priuſquã quotquot extãt de re eadem placita ſint à nobis rationibus & euentibus exploſa: ideo id primnm aggrediar, increpando modum generationis febrium putridarum relatum à Galeno, vt increpatus ſupereſt, quem de fiẽdis diariis febribus ſcripſerat.

¶ Priorq; ratio ſumatur ex alia, quæ contra modum generationis febrium diariarum obiecta fuit. Si enim calor cordis hominis beneualẽtis adeò intẽſus eſt, vt igni ſimilis iudecetur, vt Galenus locis citatis confitetur, & experimenta teſtãtur, impoſsibile videtur, iam quòd ita ſit, quod putrefacti humores calidiores ſint, quàm præfuerint, priuſquàm putredine corriperentur, cordis calorem intẽdi ab his poſſe: cùm ii non valeãt intra noſtrum corpus Prima ratio qua impoſsibile eſſe à putridis humoribus, febres oriri oſtenditur.

adeò

adeò intenſum caloris gradum, vt ignis, acquirere, quem, aut parum inferiorem humanũ cor poſsidet.

Ratio. ¶ Secunda. Si ita eſſet, quòd ob hãc humorũ putredinẽ febres continuæ, ac tertianæ, & quartanæ, & quotidianæ contingerent per modum à Galeno excogitatum, omnia bruta eiſdem generibus febrium ſæpiſsimè corripienda forent: ſed nullus vnquam vidit quadrupedem, neq; auem, minimèq; piſcem tertiana febre correptũ, ergo antecedens ex quo ſequitur, falſum eſt. Conſequentiæ bonitas primù patet per eiuſdem Galeni ſententiam in lbro primo de feb. diffe. cap. 3. ibi enim expreſſè conſequentia rationis conuictus dixit, ex putredine patiuntur febres animalia, ſed cùm quadrupedia, & volatilia, ac natatilia animalia nominẽtur, ipſa tertianas, & continuas, ac quartanas febres eſſẽt paſſura, quod euentibus aduerſatur. Secundo idem probatur citra Galeni ſententiam, ratione. Bruta omnia ſanguinem habentia quatuor humorum differentias intra ſuorum vaſorum concauitates neceſſariò ſunt habitura: cum ſanguis, qui in venis brutorum & hominum continetur, aggregatum ex his ſit, vt coagulatio eiuſdem oſtendit, ac vt mẽbra diuerſa pituitoſa, vt cerebrum: & melancholica, vt oſſa, vel ſpinæ, aut ſquammæ, vel cõchæ: & ſanguinea, vt caro: & bilioſa, vt pulmo in illum habentibus, aut quid proportionale in eodem carentibus ad nutricationem propriam poſcũt. Sed hos quatuor humores bruto habente, qui putrediuem pati poſſunt, vt hominum, imo facilius quàm hominum, quod victus rationem ſibi decentem ad vitandas putredines obſeruare adeò exactè vt homines nõ valent: quia ad humanum libitũ cicuria moueantur, tertianas, & quartanas, & continuas, ac cæteras omnes febriũ differentias eſſent paſſura, prout hic vel ille humor putreret: quod, vt dixi, nõ cõtingit, ac plini' cap. 1. lib. 7. ſcripſit, dicẽs. ✠ At hercule reliquis omnibus hominibus per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus, certis peſtifer calor remeat horis, aut rigor: neq; horis modo ſed & diebus noctibuſq; trinis quadrinis ve, etiã anno toto. ✠ Porrò ſi bruta tertianas aut quartanas febres paterentur: nouiſſet homo, qui equũ aut mullam poſſe iter agere in diebus intermiſsionis experiretur: & in cæteris acceſionũ minime. Eadem q; ratione acipitrem aucupex febrire intermitente febre intelligeret, quòd nemo eſt expertus, ergo falſũ eſt per modnm explicitum à Galeno febres generari.

¶ Tertia ratio. Præciſo cerebro iis neceſſe febrem, & bilis vomitum ſuperuenire, vt Hippocrates Aphor. 50. 6. teſtatur. Et vulnerato vẽtriculo, aut iecore, ſeu veſica, ſtatim febre corripi vulneratũ cõſpicimus: ſed hoc genus febris non ortum ducit ab ſpiritibus ſuperinflammatis ab inſcindente, quem ſuppono gladium frigidum eſſe neq; ab aëre intrante vulnus, quem volo frigidum, aut temperatũ fore: neq; ab humoribus vitiatis, quos inculpatos eſſe fingo: neq; à membrorũ ſubſtãtia, vt ethicæ, ergo in aliud principium calor febrilis reducendus eſt, & non in eas cauſas, quas Galenus recẽſuit. 3. Ratio.
Validiſsimaq; ratione præcedẽs roboratur. Galenus in commento vigeſimi ſeptimi Aphoriſmi, ſexti libri ſic inquit. ✠ Verum quod cõmune eſt vſtioni, ac punctioni, nunc

ſanè

ſanè Hippo. conſuluit caueri, hoc
eſt, multam ac ſubitam euacuatio-
nem. Sic enim videtur contingere,
vti ait, ſcriptum eſt etiam ab Eraſi-
ſtrato exquſitius de iis, qui aqua in-
tercutem laborant, in pluribuſq;
compertum dicit experientia mul-
tam ac ſubitam euacuationem fe-
bres & mortem afferre. ※ Quæ fe
bres nullum genus ſortiri poſſunt
ex his, quæ Galenus commentus eſt.
Supereſt ergo aliud eſſe quærendũ
principium & originem.

4. Ratio. ¶ Quarta ratio. Si accidiſſet febres
putridas fieri, obſtructo aliquo vi-
ſcere, vel aliquibus vaſis internis ob
turatis, & prohibita efflatione acri-
um, & mordacium effluxionum, vt
Gal. teſtatus eſt tertio cap. de febriũ
differentiis libro, impoſsibile vide-
tur à taliun ſuperfluitatum deten-
tione febres oriri: cùm ipſæ febres
calores intẽſiores ſint, quàm qui be
ne habentes afficere ſolent. Illatio-
nis bonitas ex hoc patet, quòd con-
ſimiles ſuperfluæ acres exhalatio-
nes retentæ potius refrigerare nati-
uum calorem ſolent, quàm intende
re, vt vaſa flammam continentia
oſtendunt, cùm adeò obturantur, vt
nullum exitum huiuſmodi fumis
concedunt. Et expirationis cohibi-
tio ad mortẽ perducẽs etiam docet
Quod idẽ Gal. euentibus conuictus
in libro de cauſis morborum teſta-
tus eſt, cùm inter refrigerantes cau-
ſas prohibitam communicationẽ
caloris natiui cum aëre extrinſeco
etiam recenſeat, dicens cap. 3. ※ Si-
cuti igitur ſi extrinſecam flammã
à communicatu circunfuſi aëris ſe
pares interiectu furnuli, vel cucur-
bitulæ, vel cuiuſpiam alterius rei ſi-
milis, ſtatim extinxeris: eodem mo-
do ſi animalibus caliditatem cohi-
bueris atq; intercluſeris, ita vt nul-
lum cum aëre exteriori habeat cõ-
municatũ, ſtatim exitium afferas.

¶ Neque enim euadi hoc argumẽ
tum poterit, ducendo eiuſdem Ga-
leni decretum parum infra relatã
ſententiam, quod huiuſmodi eſt. Improbat quædam in nis argum ti ſolutio,

※ In corpore autem obſtructo,
quod à fumeo excremento obſide-
tur, aut febris accendetur ob inter
cluſam interius fuliginoſam euapo
rationem, aut ſtrangulabitur atq;
extinguetur calor inſitus, atque na-
tiuus. Vtrumque vero horum ac-
cidet pro multitudine excremento
rum, aut magnitudine obſtructio-
nis. Nam ſi fuliginoſa ſuperfluitas,
quæ euacuari expetebat, plurima
fuerit, atq; obſtructio vehemens, pe
riculum imminet, ne calor natura-
lis ſtrangulatus quodãmodo ab ex-
crementis extinguatur. Quod ſi ſu-
perfluitas pauca fuerit, & obſtru-
ctio parua, febris accẽditur. ※ Nõ
enim vitatur, vt dixi, ratio relata:
quia etſi concedamus verum eſſe,
quod Galenus teſtatur, ex ommimo
da ſcilicet prohibitione expulſio-
nis fuliginoſæ ſuperfluitatis calo-
rem in totum extingui, ex medio-
cri obſtructione augeri flammeum
calorem quis vnquam vidit? Nemo
certè. cùm fuligo ipſa flamma mi-
nus calida exiſtens, & nata per vlte-
riorem calefactionem in flammã
conuerti, vt fumi lucernarum recẽ-
ter extinctarum docent, potius ſi re
tineatur, natiuum calorem penden
tem ab ſpiritibus flãmæ ſimilibus
erat fuligo extinctura, q̃ intenſura.

¶ Exemplum enim, quo Galenus
deceptus eſt, cùm in principio fer-
mè ſecundi capitis de cauſis morbo
rum narrans cauſas calefacientes di
xit. ※ Ita quoque ſi hybernis tem-
poribus in ampla domo ignem ac-
cenderis, atq; omnes meatus obſtru
xeris.

xeris, per quos ſpirandi habeat facultatem, interius calorem excitabis: quòd ſi quaque verſus patentes exitus liqueris, nihil amplius effeceris. Sed non aliter balneæ atq; fornaces, ſuum interius augent calorem. Ex quo euidens eſt, anguſtationem augendo calori occaſionem præſtari. ⁂ Ex his inferens, febres ſuboriri propter moderatas fuliginum detentiones. Nihil deinceps ſufficiet ad imponendum vllis medicis quantũuis hebetibus, quòd euentus recenſitus non probat flammeum calorem ignis intenſiorem reddi, obſtructis foraminib⁹; quàm ante obſtructionem erat. Sed plures domus clauſæ partes, & incluſum in triclinio aërem calidiorem fieri quàm prius foret. Quod ſibi nihil fauet vt probet quod ipſe erat oſtenſurus, cordis ſcilicet calorem ſimilem flammeo ignis, à quo in totum corpus febris diriuanda erat intenſiorem factum fuiſſe per obſtructionem fuliginoſarum ſuperfluitatũ, quàm prius eſſet, cùm harũ in corde detẽtio potius ipſum infrigidet, quã calefaciat, quia ipſæ corde minus calidæ ſunt, vt idem Galenus teſtatus eſt lib. 1. de difficultate reſpirationis, dicens. ⁂ Quæ enim velut fuliginoſa, ac fauilloſa, & fumoſa recrementa appellamus in caliditatis genere, ea omnia terrea ſunt & velut ſemicocta cum innato calore, quemadmodum fumus cum igne. apparent enim in hoc euidenter acria omnia, & calida, & fumoſa materiæ recrementa, oſtendentia ſuſceptam quidem eſſe in ſeipſa ignis vim, non tamen ad huc penitus ab igne ſe ſuperata: flãma enim ita nata eſſet, & non adhuc fumus eſſet. ⁂ Euadere enim non poterit Galeni ſectator, proteruiẽdo, quòd & ſi fumoſa, quæ à materiis vi ignis eleuantur, ſint igne minus calida, quòd fuliginoſa, quæ ex putridis humoribus noſtri corporis ſurgũt, nõ nobis minus calida ſint. Primò, quòd Galenum aduerſum ſe habebit, qui ſemicocta ea nominauit, collata innato calori eadem in fumũ vertenti. Et rationẽ quoq;. Si enim noſtro intenſiore calore non afficerentur, vt fumoſa fierent minimè poſſent ex humorali corpore in fumum conuerti. Ab intenſiore ergo, quàm ipſa ſint, aut ab æquo ad minus calore erunt in fumum conuertenda: à remiſsiore nempe impoſsibile erat, quòd potius ab hoc humor inſpiſſandus & denſandus eſſet, quàm in fumum conuertẽdus. con ſimili ratione improbaretur, qui propteruire auderet fumoſas exhalationes humorũ putridorum inflammam verſas à cordis calore, calidiores corde ipſo eſſe: atque ab his oriri calorem febrilem. impoſſibile nempe eſt à corde igneum calorem in aliam rem gini, niſi ipſum eodem calore fuerit affectum. cum vt predixi nullum calidũ aut frigidum calidius, aut frigidus ſe producat, modo cauſa, quam indagare cupimus, erat, quæ ſit genitrix tam ingentis caloris qualis in febrientium cordibus contingit. Petent quipe principiũ, qui credentes cor febrientium adeo calidum eſſe vt ignire vapores, ſiue exhalationes poſsit. prædictam cauſam aſsignat, alia quoque ratione priores aberrãt: quia per putrefactionem non habiliora reduntur putrefacta, vt ignea fiant, quàm ante, cum euentus doceant, ſtercora boum & aliorum animalium actu putreſcentia minus apta comburi eſſe quàm trãſacta putredine ſiccaque verſa his

enim furnos agricolæ calefaciunt. vltimo vapores á pituita orientes inepti ſunt inflammari, ergo pituitoſe febres non contingent.

5. Ratio. ¶ Quinta, Vlterius ficta iam prædicta obſtructione in aliquo vaſe, vel viſcere, & retentis excrementis mordacibus, vt Galenus fingit: quid ii poterunt conducere ad calefaciẽdum corpus totum, prout in febribus calet. quãuis Galeno demus particulam patientem obſtructionem ſupercaleſcere à fuliginoſis recrementis? Nihil certè, ſecundum meã ſententiam. Nam ſi particula illa obſtructionem patiens foret (exempli gratia) vena aliqua cruris, non video quomodo calor febrilis aſcẽſurus erat in cor, quin prius perciperetur alteratio facta à calore aſcendẽte à crure verſus cor, & ſi à brachii vaſe etiam caloris febrilis communicatio oriretur, idem eſſet experiẽdum: quod nemo in tertianis, neq; quartanis, aut cõtinuis febribus vnquam expertus eſt.

6. Ratio. ¶ Sexta. Modus quoq; relatus generationis febriũ minimè quadrat c modo recẽſito à Galeno generationis frigoris, rigoris, & horripilationis antecedẽtis febres tã in libro. 2. de ſymptomatũ cauſis, quàm in libro de palpitatione, tremore, & rigore, & cõuulſione, & in aliis locis. Et ante omnes ducamus Galeni decretum de cauſa rigoris antecedentis febres ex ſecundo citato Galeni lib. de ſymptomatum cauſis, vbi inquit. Sed & citra exemplum ex ipſamet re inuenias licet, motam cauſam, quieſcente magis eſſe infeſtã: quoties videlicet agitur per corpora ſenſibilia, veluti in oculis eſt propoſitum. Neque enim de ſuccis, qui in venis & arteriis fluunt, eſt diſputatio, ſed de iis, qui in carnibus ſunt, & toto corporis habitu. Quoties igitur aliquid per hæc violẽter agitur, ac ad cutim defertur, neceſſe eſt dũ carnem cutimq; permeat, omnia in quæ incidit, pũgat, ſtimulet, diuidat, ac vulneret. Quòd autẽ omnis mordax & dimota cauſa, ſiue ea calida, ſiue frigida ſit, animal in horrorem, ac rigorem ducit, primùm quidem ex talibus intellexiſſe licet, ſi ſano corpori feruẽtem aquã ſubitò infundas, aut ignis ſcintillas incutias, ſtatim horrore vexabitur. Iam cùm vlceratæ particulæ cauſticum medicamentum imponitur, primùm quidem horrent, deinde rigent, mox etiã febricitant nonnulli. Quid, quòd tertianæ febres, quæ omniũ febriũ maximè bilioſæ, calidæq; ſunt, omnino maximo horrore infeſtantur. quantoq; ſynceriores tertianæ ſunt, tãtò etiã rigor in iis incidit vehemẽtior. Quæ omnia minimè conueniũt cũ Gale. decreto de humore intra vas aliquod, aut in viſcere vllo inflammato contento, inde febrim gignente, propter fumoſas exhalationes incluſas. Nam ſi humor hic expanſus ſupra membra ſenſitiua eſt horroris & rigoris cauſa, neceſſũ erit obſtructionem aperiri, & exitum liberum eſſe collatũ fumis detẽtis, cùm corpori humoroſo, qui craſior multò fumo eſt, patuit exitus: ac tunc maximè febris ſi adeſſet, pauſare: & ſi abeſſet, minimè inuadere perſpiratione conceſſa debebat: & putrido ſi inde ortum haberet, quòd vas clauſum foret, vlterius nõ erat proceſſura. Quæ omnia per oppoſitũ contingunt.

¶ Euẽtus ille, quẽ Gal. cõmemorat de medicamẽto cauſtico particulæ vlceratæ impoſito, vnde rigor ſuboritur, & poſtea ſæpiſsimè febris infeſtat, expreſ-

expreſſe docet: nequaquam febriles calores ortum ducere poſſe à retẽto humore,qui putret, vel à fumoſa fuligine, quæ diffları prohibetur. Nã tunc cùm cauſticum medicamentum particulæ patienti vlcus iniici tur,non in vaſe aliquo interno humor nec fuligo obſtruitur magis q̃ prius, quàm admoueretur erodens medicamen : ergo vt primitus calor febrilis non vrgebat, neque poſtea vexare deberet, quod non conſpicitur. Dicere enim illam non eſſe febrem putridam, quæ inuadit poſt cauſticum aſperſum vulneri, ſed ephimeram nominari, non excuſat. Nam ſpiritus vi medicamenti ſuperinflammari non potuiſſent niſi continuatim particula, ſcilicet, quæ vulnus patitur, prius inflammata, deindeque ab ea ad cor vſque calore febrili delato per ſpiritum aut membra corpus inflammaretur. quod nemo vnquam experitur. Etiam quòd ſi ab ingentia cõcuſsionis ſpiritus calerent, vt aliquis ſuſpicari potuiſſet, neceſſum eſſet omnes rigores ſubſequi febriles calores, cuius contrarium Galenus ſecundo libro de Symptomatũ cauſis.cap.5.dixit, ſcribens. ※ At vetus quidem ſermo eſt, rigori febrem ſemper ſuccedere, non tamẽ eſt in totum verus, etiam ſi quis eũ commodè determinet, id quod etiam facere par eſt, amicè potius veterũ dicta interpretãtibus, quàm maliuolè arguentibus. Verum tamen ne ſic quidem verus eorum ſermo eſt, ne ſi determinans dixeris, qui citra externam occaſionem ex corpore noſtro concutientes rigores oriuntur, hos febris neceſſariò ſequitur. Quippe non nobis modo, ſed etiam multis, qui nos præceſſerunt, iam viſi concutientes rigores ſunt ſine febre: non tamen ita validi, ac qui legitimas tertianas, quartanàsue præcedunt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent ſanè eiuſmodi rigores vitioſam ſequi victus rationem, cùm homines in deſidia ſe repleuerunt, ac ſæpe à cibo ſe lauarunt. Cùm verò ipſæ ciborum qualitates frigidioris ſæpe ac pituitoſioris temperamẽti ſint, prõptiſsimè qui ſic ſunt affecti, rigoribus, qui ægrè recalfiã, capiũtur. ※ In quibus verbis manifeſtè docet febrẽ non ſemper ſequi rigores, quod prædixeramus.

¶ Si iterum euadere putas rationem noſtram per eandem, quam duxi Galeni ſententiam, quòd ibi fateatur ipſe in redundantibus pituita propter deſidiam & vitiatam victus rationem rigores ſine febribus contingere, & non in aliis temperaturis: quod nempe non ob aliud aſſertum ab eodẽ ſuſpiceris, quàm quòd in his ſpiritus inflammari propter concuſsionẽ apti non ſint, vt in aliis: ſequeretur, ſi id verum eſſet, quòd bilioſi quicunque, ac ſanguinei ſponte velint ſic propria agitare membra, vt rigentium ſolẽt moueri, quòd febre diaria forẽt corripiendi: quod falſum eſt. Etiã melancholici, quorum ſpiritus terreſtres minus apti videntur febrilem calorem ſuſcipere, quàm pituitoſorum, ineptiores futuri erant reſcipere poſt rigores ephemeras febres, quàm pituitoſi, quod non eſt teſtatus Galenus. Ac etiam quòd parum ante finem libri de tremore, rigore, conuulſione loquens de huiuſmodi rigoribus, quos febres non conſequuntur, dixerit ex autoritate Praxagoræ ortum ipſos ducere, à vitreo ſucco inflãmari inepto. Per quod patet nõ eẽ febres ephemeras

Quædã futilis euaſio increpatur.

illas, quæ rigorem illum erant ſucceſſuræ, ſed putridæ, cùm à phlegmate vitreo ortum duxiſſent, ſi ipſum imflammaretur. Et hoc modo rigoris in ſecundo de ſymptomatum cauſis excogitato à Galeno dimiſſo, quem oſtendimus non conuenire cum forma, quā in ſecundo de febrium differentiis gignendi febres putridas protulerat: oſtendamus etiam neque quadrare relatū modum generationis febris putridæ cum alio per quem putauit rigores gigni in libello de tremore, rigore, & conuulſione.

¶ Ibi enim capite ſexto ſic inquit Galenus. ※ Neque enim quando alimenti defectu caliditas conſumitur, aut cùm eius copia illa grauatur, nec quando effecta caliditas impotēs claudicat, imbecillaq; redditur, rigorem fieri reperias: ſed quando valida, & expanſa impeditur. Vnde duplici motu & compoſito effecto, pugna accidit, vt in trementibus contingit, verum aliter. In tremētibus enim motus mixtus fit, quòd vires corpus mouētes ſint inualidæ, dum membra eleuare adnituntur, quæ ruunt in contrarium renixis: hic verò motu naturali caloris violenter impedito rigor accidit. Vt enim neque ſubſtātia læſum neque tono per vniuerſum extendi & ferri corpus nititur, impeditum & vi ad intra truſum ad principia redit: vbi perſiſtere impotens (ſubſtantiæ enim ſemper mobili mors eſt quies) aceruatus, & quaſi in ſeſe coactus vnitus non ad intra in inuetitum extenditur, ſed impetu vehementiori vſus quaſi ſolutus vinculis interim progreſſum vetantibus obſiſtit, ea propellere, & apertos meatus facere feſtinans, ſic illis obuius tenetur, & à veloci motu remoratur, quo corpus occurſu totum quatitur. Quicquidque præ occurſu vltra tenuatum eſt, rurſus intra impellitur, ceu aliquid in occurſu paſſum fuerit, & iteratò ad principium reuertitur. Vnde commotus iterum fortius concurrit, quo rurſus occurſu etiam repulſum vſque occurrit & repellitur, quoad ſint quæ noxia adfuerint. Cùm dolore ſic vtique hic affectus eſt, quaſi cæſo corpore verberibus, & impariter motibus vtriſque fatigato. Enimuero innatus noſtri calor naturaliter habens æquis diſcurſibus, & expeditis vſus, tempore & metro motus in ſe rediens opportunè explicatur. In rigore verò neq; coactionis motus ſunt, neque expanſionis, ſed verius ipſum intra redire affirmabis. Vtar autem nominibus veterum, non meis, reſilire, intrudi, reprimi, confugere, ad extra motum effringi, trahi, exilire, emergere. Veterum inquam, virorum nomina hæc ſunt, recta ac ducta omnia, affectūq;, vt potiſsimum eſt, apertè declarantia. Cōcuti autem, quæ ſunt corporis omnia, & agitari, feruere, & quēcunque in rigore imparem ſine ordine inuoluntarium motum in inæqualibus vehementibus, & violentis incurſibus, & ſubſultationibus vapore facto naturali calido perfici affirmo. Vnde rigoribus magis quâm naturaliter habens incaleſcit corpus, & effunduntur ſudores: quod quando multis occurſibus iam abſq; obice, quæ oberant, fuerint extruſa, exactèq; tranſpiret, tribus cauſis calefieri corpus eſt neceſſe. Quòdq; concluſus pluries ne reſpirare poſſet multiplicatus in profundo eſt. Et quia vehementer ad extra eſt expanſus. Tertiò, quòd in ictibus, concurſibusque, & violentibus

létibus motibus accreſcere nata eſt caliditas. Lignum nanq; , lapideſq; ſi contriueris, ignem incendas. Innatus etiam ſpiritus natura calidus, ſi vehementius moueatur, excandeſcet magis. ☙ Quibus omnibus verbis in compendium quoddam redactis, hoc tantum ex eis elicies, inordinatum motum ſpirituum, quos calorem, aut caliditatem nominat Galenus, eſſe cauſam rigoris ipſos enim interius incluſos propter præſentiam rei ſubitò motæ ſupra membra ſenſitiua, occaſionẽ dicit eſſe frigoris extremitatum, & omnium partium extrinſecarum corporis: expanſionem quoque ſubitam eorundem, & inteſtinam retroceſsionem ſæpiſsimè factam cõcuſsionis in rigore accidentis cauſatur. Tandem non aliter quàm phyſici credunt, prohibitis exhalationibus, que in terræ viſceribus includuntur, ſurſum exire, & ipſis id efficere conantibus, terram ipſam tremere, Galenus opinatur rigores in hominibus generari. Quod minimè cõuenire videtur cum febrium putridarum cauſa ab eodem relatã. Nam ſi putridi humoris fuligo in aliquo vaſe, aut viſcere detenta, eſt cauſa febrilis caloris: tunc cùm incipit obſtrui viſcus quoduis, aut vas quodcunq;, inceptura erat caliditas creſcere, & ſine rigore vllo præcedente febris erat inuaſura. Quia neque eſſet vnde terror foret incutiendus, quæ ſpirituum retractionis cauſa foret, quia paulatim calor, & non ſubitò inuaſiſſet. Neq; rigores ſemel finiti iterum per circuitus eſſent inuaſuri. Et ſi enim Galeno demus propter primam inuaſionem caloris terreſieri naturã, caliditas illa permanſura neceſſario foret, donec fuligo, & humor putridus, quæ incluſa in obſtructo vaſe erant, & iam cùm rigor inuadit patebant, diſcuterentur, & à corpore excernerentur: & nihil manſiſſet in obſtructo vaſſe illo, quod circuitus rigoris & febrilis caloris cauſa foret. In alio enim vaſe obſtrui, quod ſecundum reditum tertianæ efficit, & in alio quod tertiam inuaſionem gignit, & in alio qui quartã, delirium eſſet confiteri: maximè in nothis tertianis & quartanis, quarũ primæ duratio ſextum menſem attingit, vt quartanarum, cùm in plurimum integrum annum non raro etiam annos tres, & quatuor, & ad ſeptimum vſq; porrigãtur: nam in conſimilibus euentibus imaginari adhuc tam multiplicem vaſorum quorundam, & poſt aliorum, & ſubinde reliquorum obſtructionẽ impoſsibile videtur.

¶ Septima, Exemplum quoque illud de ſtercorum cumulo paulatim putreſcente, & per interualla quædam efferueſcente: de quo in fine capitis primi de febrium differentiis Galenus meminit, vt per id demonſtraret modum per quem febriles circuitus fiant, ineptũ valde eſt, & non plus in ſtercore putreſcente, quàm in lignis cùm inflammantur procedens. Vt enim accidit in cumulo ingenti lignorum ſuperpoſito flammæ, flammam, quæ ex nouis lignis fit, aliquando creſcere, aliquando imminui, aliàs quaſi in totum extingui, & poſt reſurgere: prout materia inflammanda magis vel minus apta concipere ignem eſt, ſic ſtercorum diuerſæ partes prout putreſcere, aut non putreſcere ſunt aptiores, vel ex propria aptitudine, aut ex caloris ſolaris, vel continentis maiore, vel minore approximatione magis, aut minus illæ putrẽt.

Quod exemplum nequaquam quadrat cum certo reditu de tertio in tertium aut de quarto in quartum, aut de die in dié. Si enim per modũ recẽſitum ſtercorum putreſcentiũ humores corporis putreſcentes febres gignerent, non eſſet vnde certus reditus febrium ſuccederet. Sed ſi ſemel de tertio in tertium fieret exacerbatio, iterata reditio in eodem die, aut in ſequenti, aut in quarto futura erat, prout aptior vel ineptior eſſet humor: & rariſsimum foret de tertio in tertiũ, aut de quarto in quartum, aut quotidie affluxere, quod non experimur, quin oppoſitum certas reditiones frequenter accidere, incertas rarè.

¶ Reddere enim pro cauſa redituum certorum naturam humoris: & quòd bili conueniat de tertio in tertium putreſcere, & melancholico ſucco de quarto in quartum, vt pituitæ quotidie, delirium eſt. Nã ſi putredo exedens, aut depaſcens humorem putrere aptum, eſt cauſa febrium putridarũ, vt Galenus eſt teſtatus, qualiter poteſt in naturam bilis putreſcentis reduci putreſcere hodie, & cras non, & perendie redire putrefactionem: cùm tunc in tertia die quanquam ineptus eſſet humor putredini eſſet febris inuaſura, quòd ex natura humoris, & non ex aptitudine vel ineptitudine putredini, febrium reditus fierent.

¶ Etiam non eſt qualiter intelligi poſsit, pauſante ſemel putredine in aliqua vna materia, quæ putreſcebat, poſsit redire in reliquã, quæ nondum putruit, niſi ob aptitudinem illius, quæ promptitudo nequaquam poteſt eſſe vniformis, niſi imagineris vnciam vnam (verbi gracia) bilioſi humoris putreſcere hodie, & aliam vnciam non ante putrere eſſe aptã, quàm ab hinc tertia dies accedat, & aliam vnciam eiuſdem humoris eãdem normam & proportionem ſeruare cum ſecunda vncia, quàm ſecunda cum prima, & per eandem methodum quartam cum tertia procedere, qua tertia cum ſecunda proceſsit. Quos tonos à muſicis inſtrumentis obſeruari eſt difficilimum, quanto magis à fortuitis euentibus aptitudinis vel ineptitudinis putredini.

¶ Coniungere enim cum promptitudine humoris ſimul facultatis expultricis humanæ vim, vt ordo redeundi febres in certis diebus obſeruetur, vt Vgo Senenſis medicus non indoctus eſt teſtatus, nihil prodeſt. Credidit enim in plurimum accidere eſſe talem proportionem inter virtutem expultricẽ particularum continentium choleram, & ipſam choleram, quæ excerni debet, vt de tertio in tertium ipſa ſit nata expelli, & virtus humana ſit apta expellere illã. Quod ſi ita contingeret, non eſſet expectanda putrefactio in bili, vt in tertio expelleretur: ſed ſiue adeò putreſceret, vt fuliginem putridam ex ſe mitteret, quæ cor calefaceret, ſiue minus putreret, ipſa excernenda eſſet, & febrim eſſet genitura. Quod apud Galeni ſectatores impoſsibile foret, cùm deeſſet fuligo humoris putridi, quo cor caleret ex defectu perfectæ putredinis bilis expulſæ. Multas alias rationes aduerſus duos modos recenſitos redituum febrium in certis diebus adducere poſſem, quas tranſgredior, vt octauam rationem proponam ex relatis emanantem.

Octaua

atio. ¶ Octaua ratio. Si vapor calidus, ſeu fuligo putrida calida eleuata ex putrente humore cor calefaceret in febribus putridis, indeq; adeò intenſus calor, qualis in febrientibus ſentitur, oriretur, neceſſum foret, parum ante mortem febrientium, & cùm ipſi moriuntur, ac poſt, intẽſiorem calorem, qui eos tetigerint, percipere, quàm in vllo antecedente tempore febris. Conſequentia patet. Nam ſi putreſcens humor, ac eiuſdẽ fuligo calida cor petẽs cauſa foret, vt cordis calor intenderetur, aut augeretur, ſeu in ignem verteretur, indeq; totius corporis caliditas maior in febriẽtibus perciperetur, tunc maximè id facturus erat, cùm minimè à natiuo calore, quem dicunt cõtrarium eſſe naturali, reprimi, ac cohiberi fuligo putrida poſſet: & cùm morti proximi, & iam mortui, ac qui diu eſt, quòd vita ſũt functi, aut, non reprimere, vel mitiſſimè reprimere humorum & fuliginum putreſcentium calorem poſſint: neceſſariò ſequitur in relatis temporibus calorem febrilem maiorem ſentiẽndum in febrientibus: ſed euentus contrarium docent. Experimur enim multos, qui ex febribus moriuntur, ferme frigidos ſentiri, & omnes parum poſt obitũ aut frigidos, aut parum calidos, eoſdẽq; quando diu eſt, quòd mortui ſunt, in totum frigidos percipi. Ergo nõ à putreſcentibus humoribus calor immodicus febriẽtium oriebatur vt Galeno eſt opinatum, ſed aliunde, & vnde nos exponemus.

¶ In caſum porrò conaretur aliquis diſſoluere prædictam inſolubilem ac demonſtratiuam rationem, dicẽdo, quòd ideo in proximis morti ægris, & in iam deploratis tantus calor non percipitur, quãtus in ſtatu febris, quòd caliditas naturalis iam tunc deſit, & in totum deperdi properet, ex qua & præternaturali calor adeò intenſus, vt febrilis eſt, euadebat, & ſine qua præternaturalis humoris putrentis, & eiuſdem fuliginis caliditas, non niſi remiſſa & exigua eſſe poterat. Nam qui hæc teſtaretur, parum abeſt, vt contradictionem veram eſſe concedat. Si enim contraria mutuò ſe corrumpunt, & quæ eiuſdem ſunt ſpeciei accidentia ſe intendunt ac augent, caliditas naturalis, & contraria naturæ eiuſdem ſpeciei & diuerſarũ ac contrariarum forent: quòd eſt admittere contradictionem. Conſequentia patet. Si enim caliditas præternaturalis contraria naturali nominatur, ergo quia altera alteram corrumpat, talis dicitur: nam aliâs contrarii nomen nullo modo ſortiri poſſet, vt contrariorum definitio docet. Et ſi altera ſine alia remiſſior exiſtit, vt aduerſus fatetur, eiuſdem ſpeciei erunt, cùm nunquam calor per abſentiam frigiditatis ſibi cõtrariæ remittatur, quin intenſior reddatur, neq; frigiditas per abſentiam caloris intendi deſinat. Se ergo intendere hos calores, ac ſimul eoſdem ſe remittere, faſſurus eſt aduerſus quod, vt dixi, eſt cõtradictionem admittere.

¶ Vlterius vt horum pertinacia conuincatur, demus inter calores eſſe ſpecificam differentiam, aliunq; eſſe naturalem ſiue cæleſtem in humido natiuo, ſeu radicali, vt alii nominant, inſitum, alium elementarem reſultantem ex miſtione elementorum nos conſtituentium, quendam putredinalem ex humoribus putreſcentibus ortum ducentem, reliquum peſtiferum à venenatis rebus orientem, vt

huius tempeſtatis quidam ſcriptor
medicus dixiſſe videtur, id vſurpãs
ex Gentile Auicenæ commẽtatore,
quod ingens delirium eſſe in noſtra
exacta phyſica vltra retro dicta do
cebitur,& nonnihil de eodem, fini-
ta hac ratione,agetur. Nihil certè
hoc conducet aduerſo, vt noſtræ ra
tionis vim fugiat. Nam non ob id,
quòd etſi ex immodico calore pu-
tredinali, à quo in febrientibus ca-
lor inſignis reſultabat,& totum cor
pus calidius quàm tempore ſanita-
tis ſentiebatur, natiuus calor tende
ret in corruptionem, cùm febriens
ægrotaret,aut in totum diſparetur,
cũ æger moreretur, ipſe proximus
morti,aut eiuſdem cadauer frigida
ſentienda forent: cum etſi per indu
ctionem ignei caloris in aliquam
ex noſtris particulã, vita illius par-
tis deperdatur, nõ deſinit talis pars
dum ignis adeſt,calidior multò ſen
tiri,quàm dum viuebat. Ad cuius
normam quanquam per inductio-
nem caloris elementaris,aut putre-
dinalis,ſiue peſtiferi, calor natiuus
corrumperetur, nõ diſiturum erat
corpus ægrotãs,& eiuſdem cadauer
calidiora ſentiri,aut adminus æquè
calida, vt cùm corpus febriebat, &
per putredinalem calorem calidius
ſentiebatur, quàm dũ bene valebat.
Si enim tanta vis calefaciendi eſt in
calore putredinali, vt nos reddat
multò calidiores, quàm dum ſani
ſumus,vt ignis efficit: cùm durante
igne, membra noſtra ſiue viua ſint,
ſeu vitam amiſerint,calida per eius
præſentiam percipiuntur, certe no
ſtrum corpus,vt diximus, perſeuerã
te putredine, calidum ſentiendum
eſſet, vt dum febriebat. Nempe ob
id, quòd febriens proximus ſit mor
ti,aut iam ſit vita functus, putredo
humoris,nõ decreſcit,& minor red
ditur,quin neceſſario augetur, ma-
iorq; continuo fit, deficiente facul-
tate vitali & naturali noſtra, quæ
humorem putreſcentem à putredi
ne compeſcat, & retrahat: fœctore
cadaueris, & halitu ægroti morti
proximi id teſtante. Quanto enim
magis putida eſt aliqua res, tan-
tò etiam magis putrida erit cen-
ſenda.

¶ Quis enim,qui præteritum erro
rem tueretur,adeò deliraret,vt dice
ret putreſcentes ſuccos febricitan-
tium proximorum morti, ac mor-
tuorũ,minus calidos eſſe, quàm eo-
rum,qui in ſtatu ſunt febriũ,quòd à
nòſtro natiuo calore tunc cõcoqui
procurentur, & in morti proximis,
ac mortuis, à natura deſtituantur?
Nam ſi cõcoctio in nociuo nihil a-
liud procurat,quám ad mediocrita
tem tam modum ſubſtantiæ, quàm
calorem, & frigus, ac alias qualita-
tes immoderatas pecantium ſucco-
rum reducere, vt ex cõmento illius
Apho.primæ particulæ. Concocta
medicari opportet, & mouere non
cruda. ac innumeris aliis locis elici
tur. Potius cùm vigoroſior vis no-
ſtra con concoctrix foret,reprimen
da eſſet caloris putredinalis immo
derantia,quàm augenda. Suſpicari
enim,quòd motio, quæ fiebat à na-
tura nitente concoquere ſuccos pu-
treſcentes,eoſdem calidos febrili ca
lore redderet,indeq; in mortuis fri-
geſcere, quod deſit vis naturalis mo
uens,præterita inſania maior eſt,ex
perientibus nobis ſanguinẽ, & quoſ
uis alios ſuccos ex nobis ſanis,aut fe
brientibus extractos, & quantunuis
poſt extrationem concuſſos, motoſ
q; calidiores nõ ſentiri, quàm cum
ex corpore extrahebantur.Nec vllã
humidam rem agitatam,iam quòd
ex motu vllum calorem concipiat,

tam

tam intenſum, vt febricitantium, acquirere, niſi vas continens ex immodico motu caleret, indeq; ſuccũ contentum calefaceret.

¶ Et omnis euadendi modus quã tunuis proteruis cauillatoribus auferatur, ſoluamus quandam fictionem, qua quis ex aduerſis euadere argumentorum noſtrorũ vim fortaſsis opinabitur. Dicet enim nonnullus, quòd cùm Galenus aſſeuerat putreſcẽtes ſuccos calorẽ febrilem producere, non id teſtetur, niſi cùm à noſtro natiuo calore ſunt in actum calefaciendi redacti, ſecus ſi extra corpus extrahantur, & actuationem, quam vocant, amiſerint. Tunc enim dicet aduerſus, nihil in conuenire nõ calidos percipi, quin frigidos ſentiri. Vt enim opiũ quod deuoratum nos vehementer infrigidat, cùm reiicitur ab ore, calidũ percipitur: ſic bilem putreſcentem, & intra corpus nos calefacientem, propteruient ii, extra nos non calefacere, quòd deſit, vt dixi, actuatio facienda à noſtro naturali calore. Porrò ſi de hoc poteſtatiuo calore Galenus loqueretur, cum febres fingit ortum trahere à calore putredinali, nequaquam dixiſſet lib. 2. de differentiis febrium capite quinto, quod in regio morbo, & ſi redũdet bilis, non febriant, qui hunc morbum patiuntur, quòd bilis non putreat. Suffeciſſet enim poteſtatiuus calor bilis in actum redatus à naturali calore patiẽtis arcuatum morbum, immodicè calefacere, & in febrem impellere ægrotantem, cùm bilis ipſa, teſte Galeno in libello de inæquali intemperie contextu ſexto, calidior ſit omnibus ſuccis ac partibus noſtri corporis. Etiam qui hæc dixiſſet, à Galeni mẽte quammaximè diſcederet, quòd ipſe manifeſtè in duobus libris de febrium differentiis, ac in complurimis aliis locis, cùm loquitur de calore putrido humorũ facientiũ, febres nulli rei cõparat, niſi calori ſtercorum putridorum, qui actualis, ſeu formalis eſt, & non poteſtatiuus. Tertiò, quòd ſi id verum foret, nulla febris ex pituita ortum trahere valeret. Nam ipſa quantunuis putrens, & ſi actu calida ſit, poteſtatiuè frigida neceſſariò futura eſt, vt Galen. 2. de febrium differentiis, & in aliis locis docet. Modò ſi calor actualis putreſcentis pituitæ eſt cauſa febrilis caloris in febribus phlegmaticis, vt Galenus in citato loco docet, hunc eundem compellẽdus eſt quiuis dicere, eſſe cauſam omnium aliarum febrium putridarum.

¶ Tandem cum extracti ab ægris ſucci, qui putreſcunt, ſtatim frigẽt, etſi plus extra corpus quàm in corpore putreant: qui ſapit, & furore non corripitur, facilè intelliget, humorum putredinem cauſam nõ eſſe caloris febrilis, ſed cor noſtrum frequentius & velocitus agitatum, quàm tempore ſalutis, indeq; calidius verſum, vt infra explicabimus, producere febres. Roboratur principalis octaua Ratio retroducta.

¶ Neque dici poterit, quòd obſtructi ſucci perſpiratione prohibita, calidi ſint, & poſtquàm extrahuntur, frigidi reddãtur, quòd in liberum continentem delati, refrigerẽtur. Nam ſi fingamus ſanguinẽ putridum, à quo febris concluſa orirетur, ex inciſa vena immediatẽ traduci in aliquod vas eiuſdem figuræ ac dẽſitatis cum vena, à qua ſanguis extractus eſt: neceſſariò, ſi putrefactio, & prohibita tranſpiratio cauſa forent caloris febrilis, adeò calidus ſentiendus eſſet ſanguis ille in relato vaſe ficto incluſus, vt dum à vena

vena extrahebatur. Cuius oppoſitũ
experimenta docent. Putare enim.
quòd ſanguis in prædicto vaſe refri
geretur à vaſis frigiditate, nihil pro
deſſet, quòd etſi calidum vas eſſet,
tam ſanguis, quàm vas illud ad fri-
giditatem ſe reſtituerent, quod non
euenturum erat, ſi calor putredina
lis illius ſanguinis tãtæ vis foret, vt
calorem adeò intenſum, vt eſt cor-
dis febrientis vinceret, & augeret, &
in febrem impelleret ægrotantem.
ipſe enim potens futurus erat vaſis
illius ficti calorem conſeruare, &
augere, vt ſtercus ex putredine ca-
lens incluſum in ſimili vaſe, vas ip-
ſum calidum redderet.

¶ Et quòd promiſſerim improba
re fictionem illam Gentilis, ac iu-
nioris medici de quatuor caloribus
ſpecie differentibus, quos fingunt
in nobis quãdoq; reperiri, id aggre-
dior: quanuis non exiguus labor ſit,
quæ aliis fingere placet, nos dedoce
re. Porrò cùm mihi diu ac noctu
meditanti, quid vero ſimile reſpon
deri poſsit meis argumentationi-
bus, quibus diuellere aliquod falſũ
dogma conor, vt vero ſimile illud
dilluam, ſepe inter diſceptandũ de
re illa cum aliis noſtris commilito
nibus contingat: neſcio quæ imper
tinentia à me non præmeditata, ab
illis vt certiſsima effutiri, quæ ite-
rum ſcribere ac improbare cogor:
ne ſi conſimilis euaſio alicui fortè
ſatisfaciat, veterem errorem ample
xetur, Siſiphi labori meum confe-
ro, & meritò in me reiiciendum di
ſtichon illud aſſeuero.

Somnia cuncta licet mendaces ſol-
uere vulgi.
Oedipus inſudet, non ſatis vnus e-
rit.

¶ Verùm querela hac dimiſſa, ad
rem veniendo, improbare aſſertio-
nẽ illam de quatuor caloribus ſpe-
cie differentibus, quos dixi à relatis
authoribus fingi, ordior. Ac vt veri
tas pateat, & omnis euadẽdi modus
ab aduerſis auferatur, Quæro ab il-
lis, cùm hanc ſpecificam differen-
tiam inter calores aſtruunt, an lo-
quantur de caloribus accidentibus,
an de corporibus calidis. Si de his
vltimis ſe loqui dixerint, impro-
bari non poterunt, quanuis rem im
pertinẽtẽ dixerint. Verũ enim eſt,
quòd nr̃a corpora ex quatuor ele-
mẽtis actu in nobis manentibus cõ
ſtant, in quibus calorem aëris & ig-
nis eſſe neceſſum erit, & vnũ ex qua
tuor calidis recenſitis à Gentili, &
nouo illo autore citato in nobis eſ-
ſe compellimur confiteri. Etiam
quòd cor noſtrum ſpirituoſam ſub
ſtãtiam ex puriore parte ſanguinis
producat, quæ delata per arterias
in vniuerſum corpus ipſum calefa-
cit, & in membra quandam occul-
tam diſpoſitionem animæ noſtræ
conuenientem, & ſine qua ipſa cor-
pus non informaſſet, inducit. nega-
re quoq; non poſſumus. Nam etſi tã
to caloris gradu ab igne calefieret
corpus vt ab ſpiritu vitali, anima
corpori non adeſſet, quia defeciſſet
relata occulta qualitas inducenda
ab ſpiritu, vt corporis noſtri partes
laqueo adeò conſtrictæ, vt defectu
tranſitus ſpirituum per arterias in
interitum tendant, probant, quòd
earundem corruptionẽ vitare nul-
lo modo poſset ignis, aut aëris tãtus
calor, quantus partibus illis deeſt
ob cohibitum tranſitum ſpirituũ,
quòd ignis non valeat relatam qua
litatem occultam inducere. Indeq;
non immeritò hæc ſpirituum ſub-
ſtantia ab his cæleſtis calor nomi-
naretur

naretur eſſetq; ſecũdũ genus corporum calidorum hoc. Reperiri quoque in nobis febrientibus, aut non febrientibus humorem putridum, qui indubiè cum putredine calidior eſt, quàm abſq; illa omnes confitemur, tertiumq; calidorum corporum hoc nominari, & quòd etiâ putreãt humores, & vltra calorem venenatam qualitatem acquirant omnibus compertum eſt, quartum q; calidum hoc eſſe affirmamus. Tandem quòd relata quatuor corpora calida, elementa, ſpiritus, humores putreſcentes, humores venenati, ſpecie differant, nos non impugnamus. Reprehendimus tamen, quòd cum de febre loquantur, quæ calor quidam inens noſtro corpori eſt, non erat, vt quid agerent de ſpirituum proprietate occulta: vnde calor in ipſis exiſtens cæleſtis nominatur. Nam diuerſa accidẽtia ſunt, calor & proprietas illa, etſi eidem ſubiecto inſint, vt diuerſus eſt calor magnetis à proprietate ipſius. Neq; etiam erat, vt quid calorem putredinalem humorum miſcerent cũ venenata qualitate eorundem.

Illi quoq; decipiũ tur, qui propter euentum alium de aëre ambiẽte & calefaciente nos et de medicamentis & cibis calefacientibus eos, qui ipſa deuorãt credunt remiſſum calorem putridi ſucci poſſe intendere intenſiſsimum cordis, vt relata remiſsiora cordis calore, ipſum calidius redunt. Rationibus enim antecedentibus & euentibus ſufficienter probauimus, remiſſum nequaquam poſſe intendere ſe intenſius, qnin quòd contrarium admiſtum remiſſo vim habeat remitendi intẽſius. Ideo nempe, quòd non adeò remittant & moderẽtur calorem cordis, & aliorum membrorum calefactorum ab ſpiritu calido cordis aër calidus, & medicamenta calida dicta, vt aër tẽperatus, aut cibi, ſeu medicamẽta temperata, aut frigida, ſicut valde minus calida ſolent. accidit cordi noſtro, ac toti corpori per medicamenta, aut aërem calidiorẽ corpus calidum ſentiri: vt aquæ feruẽti per admiſtionem aquæ pauxillum minus feruentis. Vt enim etſi aqua illa minus calida ſit, quàm erat, calidior manere dicitur, quàm ſi per aquam frigidam ſibi admiſtã aut per calidã, ſed minus calidam, quàm quæ pauxillũ moderabatur calorẽ feruẽtioris remitteretur: ſic cor noſtrum, ac noſtra membra, cibis, & medicamentis, & aëre, ac aliis rebus dicuntur calefieri. Non quòd illa calorem cordis poſsint intendere, ſed quòd alia non adeò calida plus frigiditatis ſibi admiſtum habentia valeant plus temperare cordis & tocius corporis calorẽ, quàm priora. de quibus non plura quòd nonnulla ex his paulo ante ſcripta ſunt, vt etiam ad dictamdum alia tranſire liceat.

¶ Nona, Si verum eſſet, quod Galenus teſtatur ſecundo de ſymptomatũ cauſis, & in fine ſeptimi cap. lib. de palpitatione. &c. Cùm dixit in rigoribus tertianis ſentiri quendam ſenſum doloroſum, veluti acutiſsimarum pungentium ſagittarũ, ob ſcilicet bilem expanſam ad cutim, quæ febris venturæ poſt rigorẽ cauſa futura erat, falſum eſſet, quod idem prædixerat in primo de differentiis febrium cap. v. fuliginem humoris putrefacti in vaſe aliquo obſtructo calefacere particulam obſtructam, & ad corvſq; aſcendere eãdem calefactionem per fumoſas illas fuligines delatam. Nam ſi humor, qui rigorem gignit, & à quo fe- 9. Ratio.

bris

bris poſt originatur,in carnoſas, &
ſenſibiles partes diſpartitur, nequa
quã incluſus dici poterit in aliquo
vaſe, neque eiuſdem fuligo incluſa
calorem poſſet producere,cùm diſ-
flari,percutim valeat: iam quòd ad
carnem cuti proximam expanſa ſit
ex Galeni aſſertis,quà enim corpu-
lentus humor rigorem efficiens e-
xiit,fumoſa fuligo tenuior exire va
lebit.

Increpatur quædã falſa ſentẽtia galeni affirmans quod in rigoribus quartanarũ ſitis non moleſtet rigẽtem.

¶ Et quòd meminerim ſententiæ
Galeni adductæ ex fine ſeptimi ca-
pitis libri de palpitatione,tremore,
& rigore,& conuulſione. poſtquàm
& in calce relati capitis verba ſequẽ
tia digna taxari exarata ſunt.

⁜ Quartanam qui paſsi ſunt,rigo
rem ſi ſit vehemens, ad vſq; oſſa pe-
netrare aiunt, rigoribus ab ambien
te frigidiſsimo effectis planè ſimi-
lem.Cæterùm tritæo,& ardenti fe-
bri, id quartanæ tamen nõ commu
ne addimus,quòd vel rigentes pluri
mi, caliditatem internam ſentien-
tes, ſitiunt, quorum neutro qui ha-
biti quartana ſunt afficiuntur. ⁜
Ideo venia petita à Galeno adeò ex
perto medico, falſum id eſſe, quod
in adducto contextu teſtatur, mani
feſtiſsimi euentns docent. Nunquá
enim quotquot medendos à quarta
na morbo ægros per totam vitam
ſuſcepi,alio ſymptomate magis eos
vexari obſeruaui,quàm ſiti,cùm ri-
gent.Cuius contrarium Galenus di
xit.Si enim incontinentes, & nobis
medicis non obtemperantes in me-
dela quartanæ in aliquem periculo
ſum morbum incidere cõſpicimus
in plurimum hydrops eſt, ob aquæ
immodicum potum in hora,qua ri
gent.Hoc obiter duxi, vt lectoribus
cauerem à falſitate loci illius à me
increpati.

10 Ratio. ¶ Decima ratio. Neque ſi febres
putridæ fierent per modum, quem
Galenus,& Auicena, ac cæteri me-
dici horum ſectatores opinati ſunt
reddi vlla cauſa poſſet, cur aliquæ
continuò affligant, aliæ per inter-
ualla.Cauſari enim,quòd in conti-
nua humor intra venas putreat, in
intermittentibus extra, non excu-
ſat. Quòd ſi intermittentium hu-
mor, qui febris cauſa coniuncta di-
citur,in tertia die putreat: quia ex-
pellitur de venis extra eaſdẽ,vt Aui
cena fen prima quarti dixiſſe vide-
tur,aduerſaretur hoc ſententiæ Ga
leni adductæ ex primo lib. de febr.
differentiis. vbi expreſsè aſſeruit fu
liginem putridam detentam intra
vas obſtructum fore cauſam inten-
ſionis caloris febrilis.Etiam alio de
creto illius, quo faſſus eſt prohibitã
efflationẽ eſſe cauſam putrefactio-
nis.Si enim in die, in qua humor ex
pellitur à vaſis internis, ſiue exter-
nis ad carnes muſculoſas, febris in-
termittens inuadit, nequaquam ob
id quod tunc putreat & prius non,
inuadet,ſed ob aliam rationem.Cõ
ſequentia patet, quòd tũc excretus
humor ab obſtructionis loco in po
roſitates carnis muſculoſæ proxi-
mæ cuti ſi putrere paratus eſſet per
prohibitam efflationem, conceſſa
libera reſpiratione per relatam ex-
pulſionem, à putredine ceſſare de-
bebat, cuius contrarium ipſi affir-
mant.

¶ Vndecima ratio. Vlterius Gale 11 Rati
nus.2.de febrium differentiis.diſtin
guit febrim ortum ducẽtem à mul
titudine ſanguinis, à ſebre oriente
ab eiuſdem putredine: ergo & à bili
qui calidior ſuccus quàm ſãguis eſt,
poterit emanare proportionale du
plex febris genus: alterum à putre-
dine ipſius bilis: aliud ab eiuſdem
multitudine, quæ nullus ſcripſit.

Sed

quandam præſefert,quod in affectu reſimatus anguſtiam meatus dicit Galenus eſſe ægritudinẽ: & cauſam vocat præcedẽtem ſimitatem naſi, quaſi tempore poſsit præcedere reſimatus anguſtiã meatum naſi, ambobus affectibus nihil aliud exiſtentibus, quàm naſus taliter ſe habens, putà, naſus cauus in parte extima, & in curuus verſus intimam. Illud enim curuum, quod verſus cutim exteriorem faciei prominere debebat,cùm decẽter naſus formatus eſſet,aut cùm aquilini naſi nomẽ ſortiretur,in totũ, aut in parte, prout maior aut minor ſimitas infeſtat, verſus intimam reprimitur in quouis reſimo, vbi neeeſſariò anguſtior eſt via naſi. Vt neceſſum eſt in quouis circulo partem eius,quæ eſt verſus centrum,eſſe cauam,& ſuperiorem extimamq; eſſe conuexam. Et vt aberraſſet, qui dixiſſet, cauitatis partis infimæ circuli, cauſam eſſe curuitatem extimæ partis,aut econtra: ſic aberrare videtur Galenus, cùm dicit anguſtiæ meatus naſi,cauſam eſſe reſimatus. Sed hoc diluitur confitendo in rigore verum cõcludere contra Galenum rationem relatam,ſed illum voluiſſe dicere eſſe cauſam reſimatũ anguſtiæ, quòd poſsit fingi prior natura reſimatus, quàm anguſtia. Vel forſan litera non ſic legenda eſſet, ſed ſic, Cauſa verò præcedens inferens ſimitatem naſi,eſt cauſa anguſtiæ meatus eiuſdem.&c. Vt vocet cauſam procatarticam,ictũ ſcilicet, aut aliud quoduis cauſam reſimatus & anguſtiæ meatus,& non vnum affectum cauſam alterius,qui idem cũ priore eſt. Sed hæc mittamus, vt aliud, quod ad rẽ medicã quid plus quàm præcedentia attinere videtur,diſcutiamus.Dixit enim in primo cõtextu, quòd anguſtia meatuum ſit ægritudo,vt prædixi,& cũ nihil aliud hæc anguſtia ſit, quàm partes naſi ſic cõfiguratæ. Et ſtatim infra ſecundum contextum, quæ ſequuntur, ſcribit. ⁂ Aegritudinũ aũt cauſæ ſunt germina, quæ meatus interſerant. In primis enim obſtructio eſt ægritudo,quoniã & ipſa prima officit operationi.Nõnulla verò ſunt,quæ toto genere ſunt præter naturam, veluti lumbrici, & vermes quidã minuti,quos græci aſcaridas vocãt, & in veſica lapis, & in oculo grãdo ⁂ Nam ſi conſequenter ad præcedentis contextus ſententiam,proceſsiſſet Galenus,non erat vocaturus vnguem morbũ,vt in fine ſecundi contextus eandem nominauit. Neq; etiam lapidem in veſica morbũ nominaturus erat, vt in fine tertii contextus dixit, ſed obſtructionẽ morbum dicturus erat,& lapidẽ, & pterygion cauſam morbi, vt prædixerat de germinibus, quæ meatus obcludũt.Cui dubio nihil aliud dicẽdum videtur, quàm quòd Galenus in illis verbis nobis innuat, non inconuenire eandem rem certo modo conſyderatam dici morbum, & alio morbi cauſam. Si enim pterygion conſyderatur, vt immediatè, ideſt,nulla alia re diuerſa media nocens ſenſibiliter operationi viſus, morbus dicitur. Ac eodẽ modo lapis in veſica eandem nomenclaturã ſortitur: ſine medio enim etiam operationibus veſicæ ſenſibiliter eſt impedimento. Verùm ſi relata aliter animaduertantur, putà, vt talẽ reſpectum ſeruantia cum partibus oculi vnguis, & cum collo veſicæ lapis:quanquam hi reſpectus,qui relationes nominantur,non differant à fundamentis & terminis, vt in noſtro antecedẽte opere docuimus, &

ſic reſpectus ille, qui obſtructio dicitur, nō differat à veſica obſtructa & lapide obſtruēte, vt ſic ſe hæc habent: tamen cum hoc verū eſt, quòd lapis poteſt illius reſpectus cauſa dici. ipſe enim vt accedens foramini veſicæ obſtructionis cauſa intelligitur. Et eodē modo de vngue dices.

¶ Hæc omnia & ſi obiter perfunctioreq; dicta ſint, non parū prodeſſe exiſtimo his, qui accuratius Galeni ſententias rimantur. Illis enim, quibus nihil intereſt omnia Galeni aut alterius authoris verba ſcrutari, ſed ſufficere ſibi putāt, aliquas genericas medēdi methodos noſcere, vt iis piſcari quos valuerint numos ab imperito vulgo valeant, morborū cauſis neglectis, ſine quarū dignotione, quòd ab ſcopo rectè medēdi quàmaximè aberraturi ſūt, omnes quātūuis ignari ſciūt, illis in q̄ quos dixi, ſuperiora minimè ſcripta ſūt.

Alia ſoluitur obiectio.

¶ Et quòd noſtri moris ſit nulla, quæ obiici poſsint aduerſus noſtra placita indiſcuſſa relinquere, ideo eadem exarare nō grauabor. Obiurgabit fortè aliquis, quòd ſi vera ſūt, quæ nos retulimꝰ, neceſſario in omnibus ſcabioſis, aut elehantioſis, qui ſanguinē putridū in venis habēt, febres eſſe ginendas, quòd ex affectione ſanguinis & vaporū eiuſdē tendētiū in cor, ipſum cōcutiendū velociter & frequēter eſſet, indeq; febres erāt euēturæ, oppoſitū euētibus mōſtrātibus. Quæ obiectio cōtra Galenū & eiuſdē ſectatores indubie procedit, & verſus noſtra decreta nequaquā militat. Ipſis. n. illā ego obiicio, ſic arguendo. Si putredo melancholici ſanguinis alicuius vaſis particularis, aut nōnullæ inflāmationis ſufficit febrē continuā excitare: ergo à fortiori, vt inquiūt, vel ab alio dialectico loco, ſi id quod minus videtur ineſſe ineſt, ergo id quod magis, vniuerſus melancholicus ſanguis infectus tāta putredine, quāta ſanguis elephācioſorū eſt, febrē erat concitaturus. Nō enim in febribus ortū trahētibus à ſanguine melācholico verè dici poteſt, vniuerſum eſſe putrefactū, vt in relatis: cū ſanguine miſſo ex aliqua vena illius, qui patitur febrē melācholicā experiamur ſæpe primā ſanguinis lancē putredinē oſtendere: ſecundā verò minimè, ſed oppoſitū experimur, ergo antecedēs ex quo ſequitur falſum erit. Quòd enim parū profit Auicenæ euaſio, quam fen tertia quarti cap. primo tractatus tertii vbi de lepra (ſic enim morbum hunc, quem Græci elephantiaſin dicunt, Arabes nomināt) agens retulit, notiſsimū eſt, ibi enim dixit. ⁂ Lepra eſt infirmitas mala proueniens ex ſparſione choleræ nigræ in corpore toto, quare corrūpitur cōplexio mēbrorum, & forma ipſarū, & figura eorū. Et fortaſſe corrūpitur in fine eius ipſorū continuitas, ita vt corrodantur mēbra, & cadant caſu, qui fit ab vlceratione. Et eſt ſicut cancer communis corpori toti: fortaſſe enim vlceratur, & fortaſſe non vlceratur. Et eſt aliqua, quæ cum patiente eam: manet tempore longo valde. Et melancholia quidem quandoque expellitur ad membrum vnum. Et facit accidere duritiē, aut ſephiros, aut cācrum ſecundum diſpoſitiones ſuas. Et ſi fuerit ſubtilis dominans, proueniet eſtiomenus: & ſi expellitur ad ſuperficiem cutis, eueniet illud, quod nominatur baras, & morphæa nigra, & impetigo, & his ſimilia. Et quaudoq; ſpargitur in corpore toto, & tunc ſi putrefiat, proueniet febris melancholica: & ſi aggregetur, & non putrefiat, euenit lepra. ⁂

Quo

Quo putauit argumētum relatum euadere, verum nihil illius dicta valent. Si nempe inter putrefactionis cauſasGalenus in locis ſupra citatis & citatus Auicena prima fen quarti Canonis obſtructionem potiſsimam eſſe aſſeuerāt,certū erit, quòd vbi maior multitudo humoris craſſi & viſcoſi obſtruentis redundauerit,ibi putrefactio intenſior proueniet:ſed in elephātiaſsi ſanguis craſſior & viſcoſior eſt,vt Aëtius ca.120. ſermonis primi tetrabibli quartæ inquit cùm refert. ✱ Apprehenduntur autē hac affectione viri magis, quàm fœminæ, atq; inter illos magis,qui craſſum, & viſcoſum, ac atra bile redundantem ſanguinem habent. ✱ Ergo in ſic affectis obſtructio maior, & inde putrefactio ſanguinis intenſior erit, indeq; febre maiore quàm quartanam patiētes erant corripiendi,quod non accidere Auicena ipſe teſtatus ſupra eſt.Super eſt ergo ab his, qui cū Galeno ſentiunt in modo generationis febrium putridarum, minime poſſe cauſam huius diſparitatis & diſcriminis dari, quæ à nobis facillime aſsignatur.

Cauſa cur in elephātia febris non fiat, in quartanā patiētibus gignatur,

¶ Supponendo quoddam notiſsimum, ac omnibus phyſicis aſſertū, eius naturæ eſſe vim noſtram perceptricem noxiorum, quòd niſi à rebus,quæ velociter,& notabiliter immutant,non afficiatur. Quis enim dubitat, adeò ſenſim ac pigrè poſſe calorem induci in manum alicuius hominis, quòd & ſi duobus vel tribus gradibus eiuſdem afficiatur manus,nullam triſtem, neque doloroſam ſenſationem inferant ? Quo facillima eſt obiecti ſolutio. Cùm enim in elephātia affectis adeò ſenſim malum ſurrepat,vt Aëtius cap. citato teſtatur, dicens. ✱ Cæterū affectio ipſa non ſolùm ob id grauis eſt, quòd indiſſolubilem ferè habeat ſtructuram,& apparatum, ſed quòd principia generationis & inuaſionis eius fermè ſint ignota. Quum enim circa ſuperficiem iam veſtigia eius apparent, tunc non gignitur,ſed perficitur,intus à viſceribus initio facto. ✱ Inconuenit nihil,quòd vis ſēſatrix cordis, & vaſorum continētium ſanguinem vitiatum leproſorum, & ſcabioſorum non immutetur ab horum malis affectibus immutatione ſenſitriee cō pellente veloces & frequentes ſyſtoles & diaſtoles cordis & arteriarum fieri : vt cùm ſanguis, aut bilis, qui febrem efficit, ſolet immutare.ii enim humores & reliqui,qui febrem proritant ; multò velocius,quàm leproſorum,& ſcabioſorum graſſantur. Teſtatur id multos iuuenes temperatos & robuſtos bonis ſuccis præditos ſæpe ex acceſione ad aliquē ægrotantē febre peſtifera correptum, velociſsimè eodem genere morbi laborantes,affectos euadere. Neque deſunt euentus nōnulli, qui hanc ſolutionem verā eſſe probent: & inter reliquos hic eſt, quòd ex leui ictu capitis enſe facto, ſæpe accidat interire ægrum intra quartamdecimam diem,quòd velox,& ſubita fuit plaga: & alium à morbo Gallico oppreſſum nō tantùm corruptionem cranii, ſed & myringarum cerebri patientem, nulla febre corripi.

¶ Porrò ſi qui Galenum æmulantur in febrium cauſam reddendo idem quod nos dicere conarētur, ſtatim in mendacio deprehenderētur. Si nempe faterentur tam in leproſo quàm in febriēte & ſcabioſo ſanguinem melācholicum putridum eſſe, & putridiorem eſſe leproſorū.

quàm febricitantiũ, vt nos fatemur, neceſſariò ſi febrilis calor ortũ traxiſſet à vaporibus ſanguinis putridi in febre ſanguinea, vt Galenus fatetur, etiam in lepra febris percipienda eſſet: & tantò maior, quãtò morbifica cauſa maior, ac deterior & calidior eſt.

¶ Quis enim credẽdus eſſet, ſi proteruiret, non eſſe putrefactionẽ ſanguinis melancholici leproſorũ tantam, ac ſanguinem eorundem adeo calefacientem, vt ſynochorum, aut patientium quartanam: cùm materia cancrorum ex ſententia Galeni. 3. libro de ſymptomatum cauſis ſit eiuſdem eſpeciei cum materia elephantiæ, ibi enim ſic inquit. ⁜ Ad eundẽ modũ in tota quoq; animalis mole, quæ velut priuatio eſt, in crudis iſtic conſiſtit ſuccis, quæ tanquam deficiens eſt functio in ſemicoctis: ſicut praua in vitioſis hoc loci ſuccis. Porrò ex his vitioſis ſuccis, eryſipelata, cancri, gangrenæq; naſcuntur: præterea phagedenæ, carbunculi, vlcera ſerpentia, aliaque eiuſmodi. In nutriendi autem actione, priuatio quidem actionis in atrophia eſt, deficiens verò nutricio in gracilitate: vitioſa, in leucis, & elephantiaſi cernitur. ⁜ Quod etiam Paulus primo capite, libri quarti teſtatur, dicens. ⁜ Si enim cancer veluti elephantiaſis quædam vni obortus particulæ inter morbos inſanabiles, vel ab ipſo Hippocrate relatus eſt, quanto magis elephantia, ceu totius corporis cancer aliquis, ab omni abhorrebit remedio. Cùm enim atra bilis, ex qua huic affectui origo eſt, duplici modo generetur (vel enim ex melancholico ſanguine, fæculentioreque, & veluti eius limo, vel bile flaua, vtriſque nimium vſtis, naſcitur) ſub rubicundam quidem elephantiaſin mitiorem quodam modo, Vt autem verius dixeris minus malignam, prima ipſius differentia procreat, reliquam verò & maligniorem, in qua totum corpus fœdatur vlceribus, & extrema decidunt, altera flauæ bilis ſupra naturæ modum aduſtæ ſoboles producit. ⁜ Si ergo vtraque materia tã cancri, quàm elephantiæ ſiue lepræ relatæ ſpecies melancholiæ putrefactæ ſunt, quod docet exeſio, ac depaſtio, quã in membris canceratis & leproſis fieri videmus: ac putor horrendus & intolerabilis prædictarum partium, non eſt, cur non ſuſpicemur, quin pro certo habeamus in relatis morbis ſanguinem melancholicũ, aut atram bilem eſſe multo maiore putredine affectam, quàm in ſynocho, aut quartana continua, aut intermittente. Putidum quippe ſpirare odorem elephãtioſos dixit Galenus in de tumoribus libro. ca. decimoquinto, ſcribens. ⁜ Melancholica affectio & ipſe elephas eſt. Primam quidem generationem ex ſanguine melancholico habens: ſpatio verò temporis ipſius nigræ plus ſanguine fit, cùm male olentes ſunt. ⁜ Porro negare ſenſũ verè dicere poſſemus eos, qui non confiterentur leproſorum & ſcabioſorum ſanguinem infectionem putredinalem habere, experientibus nobis, ab ſcabioſis ſæpiſsimè per venæ ſectionem extrahi ſanguinem nequaquã rubrum, ſed albicantem, aut virentem, ſeu liuentem, qualis educi ſolet à febrientibus ſynocho morbo, aut à pleuriticis, & aliis, qui infeſtãtur à morbis ortum ducentibus à ſanguine putrido.

¶ Certè & ſi ſanguis putridus extract⁹ à febriẽtibus caleat, & qui ab

ſcabioſi

ſcabioſis,aut leproſis exit nō caleat, id nō propter putredinem accidit. Qui enim plus putret, calidior futurus erat, ſed febris ſanguinem calore alterat per modum à nobis explicitum.

Ex quibuſdā ſententiis gal. mꝓbatur opinio eiuſdē de cauſis febriū putridarum.

¶ Miror quippe, quod non ſit experrectus à ſopore & inſcicia, qua in hoc negotio de cauſis febrium erat opreſſus Galenus, cùm eius ſententiam quarti capitis ſecundi de febrium differētiis lego, quæ huiuſmodi eſt. ⁂ Si igitur neque putreſcat, neque vehementer per partes deferatur atræ bilis humor, nunquàm efficiet quatriduanæ exquiſitæ circuitum. Et quidem regii morbi paſsionibus diuturnis melancholicæ ſplenis ægritudines & colores in toto corpore fœdi proportionales ſunt, herpetibus etiam, atq; eryſipelatibus, quæ ex flaua bile cōſiſtūt; cācri, & phagedenæ correſpondēt. Neq; in illis verò, neq; in atræ bilis morbis neceſſariò febricitant, niſi prius atra bilis putreſiat. ſemper enim ſuis natura viribus vtens, quicquid optimum fieri contigerit, his quæ aluntur partibus aſsimilare: quicquid verò alienum cogatur excernere. Quòd ſi aliquando ob craſſitudinem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, aut aliquam meatum obſtructionem, aut propter ſui imbecillitatem, totum quod eſt vitiatum nequeat expellere, neceſſe eſt, vt ſi id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrūpatur. Neq; enim fieri poteſt, vt aliquis quiſpiam ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, ne dum qui ita deprauatus, vt naturæ cultus ſit expers: ſed alterum omnino ſequitur, vt ſcilicet cōcoquatur, apponatur, atque aſsimiletur ſolidis partibus animalis, aut corrumpatur, & putreſiat. Sic in his, qui morbo regio, atque atræ bilis paſſionibus infeſtantur, quando bilioſi humores ſuperabundantes diutius corpus obſederint, febres ſuperueniunt. Sæpius etiam aut hepatis, aut ſplenis affectus attulit febrem, quādo ſcilicet hæ, quas diximus nuper paſsiones, aut ex inflammatione, aut obſtructione cōtigerint. ⁂ Si enim diutius durare aliquem humorem vitiatum in corpore neceſſario cauſa eſt putrefactionis illius, vt ipſe teſtatur Galenus, quomodo potuit aſſerere in morbis atrabiliariis, quos recenſuit, non contingere febres ob defectum putredinis, cum elephantia morbus adeò diuturnus ſit, vt ſæpe per viginti aut triginta annos ſine febre perduret: & ſplenis obſtructiones per totam ferme vitam nonnullos citra febrē infeſtent, vt & vtraque fœdi caloris ſpecies, illa ſcilicet, quæ regius morbus, & alia, quæ nigra icteritia nominantur? Nempe ſi perdurare vitiatum humorem in corpore, eſt putredinis eiuſdem occaſio, in his præſertim morbis, quos recenſuit, maximè relatorum morborum humores putridi futuri erant, vt ſunt: & cùm non febrire huiuſmodi ægrotantes nouiſſet, aliam cauſam febrilis caloris inueſtigaturus Galenus erat, & deſiſtere à propria opinione tenebatur.

Caput nonum.

In quo ex quadam Hippocr. ſententia facile ellicitur aberraſſe Galenum inredendo cauſam rigorum febriliū, & ipſarum febrium.

ET quia de regio morbo loquutus Galenus in relato contextu eſt, animaduertere licet, quòd huius morbi euētu quodam cum ſcilicet poſt ſeptimum in regione Hippocratis, & ante ſeptimum quandoq; in noſtra, febres finiũtur, vt relatus ſenex referebat ſexageſimo ſecũdo aphoriſmo quartæ inquiens. Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum. quaſi dicat poſt ſeptimum bonũ, hoc tantũ erat certè obnoxius Galenus reſipere, ac noſcere ſe aberrare in reddendo cauſam rigorum, cùm dixit in libro de ſymptomatum cauſis, rigorem prouenire ob ſubitam delationem humoris ſupra partes muſculoſas ſenſitrices: nam nulla celerior mutatio, quàm ea, quæ in relata criſi per ictericiam contingentē poſt ſeptimum poteſt accidere. Neq; ſupra partes acutioris ſenſus deferri humor poteſt, quàm cùm bilis illum regium morbum faciens, defertur per muſculos antequam cutim pertingat, & per cutem ipſam humanam ſatis acutum ſenſum habentem. Et nullus rigor tunc cōſpicitur, vt euentus docent: nam ſi accidiſſet, Hippocrates explicaturus erat, vt alia minoris momenti exprimere ſolet. Hinc ergo manifeſtè ſequitur, non vnde ſuſpicatus Galenus eſt, rigores oriri, ſed aliunde. De quibus poſt (Deo concedente) agemus. Etiam febris non erat tunc ceſſatura, cùm bilis putrida expāſa ad cutim, adhuc in ægrotāte maneret, cuius fumi in cor calorem erāt impreſſuri, ſi vera eſſent Galeni placita. Cuius contrarium euētus docēt, vt retuli.

¶ Illud quoq; quod ſcripſit Galenus in adducto cōtextu de cancris, & phagedenis, quos morbos pares eſſe dixit herpetibus & eryſipelatibus, non parum conducebat Galeno, vt per ea, quæ contingunt in his morbis, inferret fuliginem humoris putridi non eſſe, quæ calorē cordis auget, ſed quid aliud. Nā ſi à fuligine oriretur febrilis calor, quando redundans bilis, ipſa excreta ad cutim humanā eryſipelam procreans, ſtatim febris inſurgit. Etiam in cancris & phagedinis febris vidēda eſſet, quæ minimè comparet. Teſtari enim, qui Galenum ſectatur, in initio eryſipelæ gignētis febrem bilem putrere, & in cancro per anni ſpatium infeſtante, melancholicum ſuccum nequaquam putridũ fieri, potius inſanientis, quàm vera dicere volentis aſſertio eſſet. Porrò nos facillimè huius diuerſitatis cauſam reddimus, quòd fumi flauæ bilis motæ verſus cutim, adeò cor ſubitò infeſtant, vt ipſum compellāt veloces & frequentes diſtenſiones & contractiones efficete, vnde febris oritur. Et quòd melancholicus ſuccus paulatim excretus, & ſi in cor fuligines impellat, quia illas adeo ſēſim reiicit, vt minimè harũ nocumētũ percipere valet, in motus relatos non inſurgit, vnde febris non accidit. Sine illo enim motu cordis febris contingere non poteſt, tuncq; febris in relatis cancris contingit, cũ adeò deprauatus eſt humor melancholicus, vt corporis partes iam velociter exedat, ac depaſcat, hanc enim velocem exeſionem nocumētum ſenſibile cordi neceſſariò inferre, propter colligantiam eius cum omnibus partibus humani corporis, indubitatum eſt.

¶ Quippe alius modus excogitari

poteſt

poteſt vltra relatum diſcriminis le
proſorum non febricitantium, &
quartana correptorum, qui ſic cum
noſtris placitis quadrabit, quòd Ga
leni ſectatoribus prodeſſe quicquã
nõ valebit. Aſſerem⁹ enim hoc mor
bi genus adeò ſæuum, vt eſt elephas,
ſeu elephantiaſis, ſiue lepra (hæc e-
nim omnia nomina ſortitur) intan
tum terrere naturam, vt nõ audeat
vitalis cordis facultas motrix dia-
ſtoles, & ſyſtoles ipſas aggredi, quia
victa ſuccumbit: & minimè molia-
tur malum extirpare, quod innuere
Hippoc. videtur inter alios locos a-
phoriſmo. 51. ſextæ, cùm inquit.
✠ Quicunq; ſani dolore capitis re
pentè capiũtur, & ſtatim muti fiũt,
& ſtertunt, in ſeptem diebus pereũt,
niſi febris apprehenderit. ✠ In cu
ius commentatione Galenus prope
finem ſic retulit. ✠ Quibus ſanis
dolor in capite repente aduenerit,
cauſam referre oportet in primis
ad ſpiritum flatuoſnm: interdum
verò & ad influentis vniuerſim ma
teriæ multitudinem, quam & nunc
ad cerebrum fuiſſe delatã indicant
caſus, qui poſt dolorem ſuperuene-
runt, per quos & quòd ſit quædam
materia pituitoſa commonſtrãtũr,
atq; idcirco febris ſuperueniens ſol
uit diſpoſitiones, vt quæ calefaciat,
extenuet, atq; reſoluat ſpiritum fla-
tuoſum, & pituitoſos humores. ✠
Porrò cùm morbus hic eſt adeò ſæ-
uus, vt mortẽ indubiè illaturus ſit,
nõ conatur facultas cordis exequi,
vt dixi, motus illos, quibus ſibi calo
rem cõſciſcit, indeq; totum corpus
febre inflammat. At cùm viget vita
lis vis, corde velociter & frequenter
moto, febrim proritat, quæ diſcutiẽ
do in vapores morbi cauſam, ægrũ
ab inſtanti periculo liberat, vt Gale
nus fatetur. A quo exigere placet, vt
propriis ſententiis cõfutetur, quod
febris genus erit illud, quo relatus
morbus medetur. Diariam dicere
non poterit, nam neq; à ſole, ne-
q; à motu, neq; ab aliqua alia proca
tartica cauſa ſpiritus inflammari
in iis poterunt: quin vnde frigidita
tem immodicam contrahant, ma-
nifeſtè habent, puta pituitã aut ſpi-
ritum flatuoſum, ille enim tantum
relati morbi cauſæ à Galeno aſsig-
nantur. Putridam autem exiſtima-
re febrẽ hanc impoſsibile eſſe, mul-
tiplici ratione oſtenditur. Primò,
quòd ſi humores pituitoſi illius, qui
euaſurus eſt, putredinem poſt mor-
bi apprehenſionem contrahunt, ve
ro ſimilius erit, quòd illius, qui inte
riit, pituita putreat, magis à faculta
te concoctrice deſtituta, vnde inten
ſiorem febrem concitatura ſit. Etiã
hoc febris genus à pituita ortũ du-
cens, febrem quotidianam, aut eam
quam laticam Auicena nominat,
erat genitura quarum vtraq; longæ
durationis eſt. Cuius oppoſitũ euen
tus monſtrant, quòd breuiſsimè in-
tra quatuor, aut quinq; dies ſimul
cum morbo deliteſcit. Tertiò quia
putrefacto humore illo, qui caput
infeſtat, potius calorem illaturus e-
rat partibus ſupernis cranii, quòd
caloris ſit aſcendere, quàm infernis
cordis. Etiam cùm morbus à flatuo
ſo ſpiritu oriretur, non poſſet dice-
re Galenus, illum putrẽtem eſſe cau
ſam febris putridæ, cùm nunquam
adeò delirauerit, vt putrefactionem
ſpirituum putet eſſe vllius febris o-
riginem. Tãdem hæc, quæ omnino
aberraſſe Galenum probant, nobis
ſolutu facillima, per modum, quem
expreſsimus, ſunt.

¶ Adducere in hunc propoſitum
decretũ aliud eiuſdem fermè ſentẽ
tiæ cũ præcedẽte ex aphoriſmo. 44.

Sextæ vbi ſic inquit Hippo. ⁂ Quibus ex ſtillicidio vrinæ, ileos ſuperuenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit. ⁂ Superfluum eſt. Quod tamen ſæpe ſum expertus, & nõ parum conducit ad improbandũ Galeni placitum de modo generationis febrium, tacere non placet, quã plures febrientes acuta febre fuiſſe à me viſos, qui cum delirio ingenti (phrenitim Græci appellant) correpti fuere, ferme in infebricitationẽ peruenerunt, ac motus arteriarum parum à naturalibus diſtantes exercuerunt. Quod non aliunde prouenire valuit, quàm ex eo, quòd natura ſuccumbens, deſiſtat ab opere incepto augendi ſcilicet per ſyſtoles & diaſtoles proprium calorem: vel quòd vergens verſus caput morbifica cauſa nõ magnoperè infeſtet cor biliosis fumis natiuum calorem extinguentibus, indeq, deſiſtat cor velociter & frequenter, vt prius, agitari. Eſſe autem eas febres, quæ in delirium ducunt, ſæpius magis mortiferas, quàm aliæ vllæ omnes nouere. Neque per hæc vllus putet, nos atteſtari non accidere quãdoq; in phreniti intenſam febrem. non enim adeò ignauè rei medicæ euentus obſeruamus, quod vtroſq; nõ ſæpe notemus. Quippe vbi vires potẽtiores ſunt in plurimum febris ingens cõtingit, cum hæ non ſuccumbant, indeq; ab opere dilatationis & cõſtrictionis minimè deſiſtant, vel cùm tam ingens copia bilis adeſt, quòd non deſit in ſignis portio in cor tendere, vltra eam, quæ in caput repit. ex opoſitis cauſis remiſsior. ſuppurati quos phiſicos vocant, non raro poſt ſudores ſine febre ſentiuntur. propter eandem quam dixi cauſam.

Caput decimum,

In quo vnde cõtingant febres vnius tantum diei, quas ephemeras dicũt, & plurium dierum quas putridas & hecticas nominant, explicatur.

RELATO in genere modo, per quẽ febres putridæ fiũt & excluſis formis, quas Galenus exiſtimauit cauſas eſſe earũdem, ac diariarum, ſupereſt rationem reddere horum tam frequẽtium euentuum, quales ſunt, quos ſepiſsimè experimur, ſcilicet aliquas febres tantùm per diem infeſtare, vnde ephemerarum nomen ſortiũtur. Alias cõtinuò affligere, ſed certis diebus exacerbari. Nonnullas de tertio in tertium inuadentes, in intermediis diebus pauſare. Reliquas per quartos dies moleſtantes, in duobus diebus ad infebricitationem venire. Cæteras quotidiè graſſantes, per cuiuſuis diei aliquas horas euaneſcere. Nempe cùm ego inter improbationes ſententiarum Galeni, vnam & non contemnendam obiectionem exarauerim, quòd ſi verũ eſſet ab humoribus putrentibus tertianas febres ortum ducere, etiam bruta omnia, quæ in vaſis quatuor, vt homines, humores continent, tertianis eſſent infeſtãda, quod nullus expertus eſt, quàm maxime teneor huius diſcriminis cauſam reddere, aliâs ratio noſtra nullam aduerſus Galenum vim habebit.

¶ Primò ergo tam citæ deliteſcentiæ febrilis caloris, qualis febrium ephemerarum eſt, cauſam eſſe reor, vaporoſam, ſeu fuliginoſam materiam harum febrium eſſe, & non cõ

pactã & ſolidam inſignẽ ſubſtantiã humorũ, qualis earũ, quæ putridæ nominantur, occaſio eſſe ſolet. Si enim diuturnæ durationis affectionum, quibus ægrotare ſolemus, cauſa in plurimum eſt materia craſſa aut lenta, oppoſitæ contraria cauſa neceſſario erit. nempe cùm ſubſtantia vaporoſa & fuliginoſa tenuis manifeſte ſit, inde oritur, durationẽ ephemerarum breuem futurã. Porrò cùm multimodi diariarum febrium ſint; quædam ab immodico exercitio, aliæ à ſole, vel igne, non paucæ à frigore poros cutis obſtruẽte, quamplures ab ira, à bubonibus non raræ ortum trahentes, omniũ harũ vaporoſam, aut fuliginoſam ſubſtantiam cauſam eſſe dico. Immodicus enim motus adeò corpus calefacit, cùm motui inſita ſit vis calefaciẽdi per modum quem in alio opere exprimemus, vt inde humores corporis, & ipſius ſubſtantia caleſcentia in vaporem diſſoluta, & ſanguini totius corporis ac cordis miſta, ipſum cor proritent, quoniã vapores ſpiritus vitales obruunt, & extingunt, ſtimulatumq; cor in motus diaſtoles & ſyſtoles ſeſe accingit & hos exercens multò velocius, ac frequentius, quàm ſolitum erat, mouetur, vnde immodicum calorem gignit, & vapores, & fumos, qui à motu, vel ſole, aut aliis cauſis fuerũt eleuati, & non diſcuſsi, in totum intra viginti & quatuor horas abſumit, & euaneſcere efficit. Vt enim exercitium ſæpe ſolet laſsitudinũ nonnullam ſpeciem afferre, quod diutius perſeuerans, eandem in totum aufert: & medela illius, quem genuit, morbi eſt, ita calori febrili ex exercitio accidit. Quis nempe iter agendo non expertus eſt, in prima die cùm è domo proficiſcitur adeò quandoq; laſari, quòd putet ſe non vlterius in die ſequenti procedere valiturum, qui tamen motum proſequens, agiliorem in ſecundæ diei nocte ſe percipit, & in tertia plus quàm ſecunda, donec in vltima agiliſsimum ſe inuenit: nec ob aliud, quàm quòd calor ex motu primo acquiſitus valuit, eliquare humiditates & in muſculoſa membra propellere, quæ dolorem inferunt, & poſteriorum dierum motus illas in totum conſummunt. Porrò febrili calori, vt dixi, non diſsimile contingit. Quod enim eleuatum fuliginum eſt, & minimè conſumptũ, id omne per febrim ampliatis corporis viis natura diſcutit, vel ſenſibiliter excernit. Si enim ꝑ ſingulas ſpecies diariarum febrium procedas, in omnibus vapores, aut exhalationes cauſã eſſe earũdem inuenies, certe eas, quæ â motu, aut ſole oriuntur, relatum vaporem pro cauſa habere, vero ſimillimũ eſt. Ex vigiliis, & cura immodica, & triſticia, aut ira, etiam fumoſas fuligines eleuari, omnibus compertum eſt. Vigiliæ enim immodicæ exiccando, & ſi diutinæ non ſunt, etiam calefaciendo, quia ſimiles motui exiſtunt, vt Auicena. 2. fen primi Canonis. cap. 13. doctrinæ. 2, dicit, eaſdem eleuãt, vt meditatio continua retrahendo ſpiritus ad cerebrum, eiuſdem eleuationis fuliginũ cauſa exiſtit. Triſticia per mox relatum modum, febrim diariam concitat. Ira in cor ſanguinem & bilem impellendo, etiam vaporum & exhalationum origo eſt. Frigus & balneæ, quæ cutẽ adſtringunt, difflationẽ exhalationũ prohibent, vnde ſanguini eas commiſcent. Fames, grauedo, inguinum inflammatio, cruditas, per conſimiles relatis modos, ac per alios eleuationis fu-

nis fuliginum cauſa exiſtunt. Quo manifeſtè liquet, verum eſſe quod prædixi, cauſam diariarum febriũ materiã eſſe vaporoſam. Nam cur quoq; præciſſe ꝑ viginti & quatuor horas perduret hoc febris genus parum infra exprimemus.

¶ Porrò norma generationis febrium, quam retro prædixi, exactè intellecta, cùm vera illa ſit, nihil quod inconueniat, lector reperiet, vt impoſsibilia innumera ſequebãtur ad aſſerta à Galeno, & eiuſdem ſectatoribus. En enim, quòd obiectio illa prima, quam aduerſus relatos ſcripſimus, cûm diarias febres non fieri vt eſt hucuſq; opinatũ diximus, ob id quòd ipſæ in principio validiſsimæ futuræ erãt, verſus aſſerta à nobis non militant. Dicemus enim febrem principium mitius, quàm ſtatum habere, quòd calor cordis ex motu dilatiuo & conſtrictiuo non adeò intenſus eſt in exordio motionis, vt poſt: velut etiã eius, qui per horam exercetur, & dimidia hora trãſacta remittere ſucceſsiuè motũ incipit, calor mitior eſt in initio, quàm in medio tempore, & in fine parẽ principio calorẽ habet.

¶ Secunda quoq; ratio, quæ oſtendebat, nequaquam ab ſpiritibus acciri poſse tam ingentem calorem, qualis eſt febrilis, à nobis facillimè diſſoluitur, confitendo illatum. Ille enim calor ſibi, vt prædixi, per motum concicit cor, quem poſt ſpiritibus, & ſanguini, & toti corpori impartitur.

¶ Tertia quoq; ratio, quæ innitebatur fundamento illi, quòd ſi verũ eſſet aſſertum à galeno, nõ eſſent paratiores aliqui homines febribus diariis à ſole, vel motu, vel ira, quã alii, nobis nõ aduerſatur. Negamus enim conſequentiam; ac rationem diſcriminis aſsignamus per hoc, quòd illi, qui multis, aut vitioſis ſuccis redũdat, plures fuligines nocuas in cor impellunt, quàm alii.

Caput. xj. In quo reditur cauſa præciſſe durationis viginti & quatuor horarũ febriũ ephemerarũ, & diuturnioris intermitẽtium, vndeq; intermiſio in febribus contingit oſtenditur.

SI quæſieris cauſam durationis præciſſæ viginti & quatuor horarum, quoniam quæ retuli, in totum non ſatis faciunt, hanc reddere copioſiorem exordior. Ac prius aliarũ intermitẽtium febrium cauſam explicabo. Quam vt facillime tyrones intelligant (prouecti nempe in re medica nullis exemplis indiguiſſent) ſciendum, nõ eſſe admiratione dignum, ſi quis contemplans duos palæſtritas, quorum alter altero potentior foret, & imbecillum intra horã humi validior proſterneret, & ſtatim per horam victor quieſceret, vt in palæſtra amiſſas vires recuperaret: quòd ſi alius eiuſdem ferme formæ cum præcedente palæſtrita victo in luctam prouocaſſet victorem, prædicere relatum contemplantem: iſte alter luctator, intra horam ferme ſuccumbet, vt prior, quòd nouerit eadem proportione excellere victorem nouum inimicum, qua victum excellebat. Ad cuius normã remur tertianarum & quartanarũ reditus fieri. Cùm enim in tertianis bilioſus humor putreſcens, aut immodice

modice redundans, ſanguinem cordis inficit, ineptumq; reddit nutritioni, & ſpirituũ reſumptioni, cor ſanguinẽ calefacere curat, vt bilioſum ſuccum, & fuligínoſas exhalationes in halitum difflet, & ſanguinem purum reddat (calidi enim eſt ſegregare eterogenea, & congregare homogenea) eiuſq; humoris, atq; exhalationum tanta copia difflata, & quæ difflari non valuit, à corde & ſpiritalibus membris adeò diſtãter ſeiuncta, vt non inferat ſenſibile nocumentum cordi, ſtatim febrẽ pauſare cẽſemus. Quòd ſi quod ſupereſt poſt primam febris inuaſionem, nihil, aut inſenſibile eſt, nunquam febrem vltra redire opinamur. Cùm autem inſignis portio vitioſi ſucci ſuperfluerit, iterato febrim redituram pro comperto habemus. Atque ſi par priori humori, alter qui in cor repſerit, fuerit, & vires æquæ, in eodem tempore ſecunda febris finietur, in quo prima acceſio finita eſt, vt de palæſtritis dicebam. verũ ſi multitudine, aut tenacitate, ſeu virium diuerſitate differrẽt hæc, reditum in plurimum ſeruaturũ eã normam quamdicam, autumamus. Multitudini ſcilicet humoris, atq; eiuſdem lentori, ſiue tenacitati, & virtutis naturalis imbecillitati, celeriorẽ inuaſionẽ tribuimus, paucitati vero vitioſi ſucci, & minimè lẽto, & facultati naturali vigoroſiori ex oppoſito temporis ſpatium maius damus. Itaq; ideo quôd bilioſi ſucci putridi, vel plus iuſto in corpore redundantes, non tam multi ſunt, vt pituitoſi, neque tam lẽti: vt ipſi, febris de tertio in tertium diẽ affligẽtis procreatiõis cauſa ſũt. Pituita verò, & quòd multa ſit (poſt ſanguinem enim ſuccus plus abundans hic eſt) etiam quòd maximè lẽta, quotidiani circuitus eſt cauſa. Melancholicus verò humor, etiam ſi craſsior quàm bilis & pituita ſit, qua de cauſa citioris reditus febris occaſio futurus erat, tardius differri calorem febrilem ſui paucitate, & lentoris priuatione efficit. Inter omnes enim corporis ſuccos huius minimum eſt, quem minimè lentũ eſſe, eſt quoq; notiſsimum, quòd terræ ſit cõſimilis: quæ quanuis craſſæ ſit conſiſtentiæ, nullam tenacitatẽ habet, quia maximè ſicca ſit: vnde niſi aqua, aut alia re humida madeat, ſimul agglutinata non reperitur.

¶Porrò qui exacte, quæ antecedũt de febrium cauſis à nobis dicta nouit, facilè intelliget, quòd bilioſi ſucci, qui proportionales igni ſunt, facilius difflabuntur, & in halitum digerentur: per calorem commentũ à corde celeri & frequenti motu proprio ſyſtoles & diaſtoles, quàm vlli alii. Etiam quòd reſidui, qui nedum reſoluti fuerint, promptiores erunt à corde, & membris ſpiritualibus ſeparari, quàm cæteri omnes, quibus cauſis reditus febris magis cùm relati humores cholerici redũdarent, cunctandus eſſet, quàm cum melancholia ſupercreſceret, aut vitiata foret. ſi aliud non obſtaret, virtutem ſcilicet naturalẽ imbecilliorem reddi per febres, quarum occaſio eſt humor cholericus, quàm cũ occaſio ſunt cæteri humores, quòd plures ſpiritus et corporis humani partes, cæteris paribus, reſoluuntur, cùm febrilis calor agens in cholericos humores igni proportionales, ipſos inflammat, quàm cùm in alios operatur. Vndehumor bilioſus, qui reſtauit in corpore, poſt priorem febrim tranſactam, quanuis ſatis longè à corde fuerit expulſus, citius ad membra

Cauſa acceſſionũ febriliũ iterum reditur.

membra ſpiritualia ſerpendo, ac re
pendo accedit, quàm quartanæ hu-
mor : ibiq; ſanguinem intãtum ſuis
fumis inficit, vt cor ſenſibile illud
nocumentum percipiens, cogatur
iterum febrem concitare: quia, vt
dixi, facultas naturalis non valuit
adeò diſtantem à corde bilem con-
tinere, vt demum cordi damnũ nul
lum inferat. Euentus certè docent,
ſeptem tertianis puris infeſtãtibus,
graciliorem & debiliorem ſentiri
ægrotantem, quàm viginti quarta-
nis inuadentibus quo docemur, om
nibus paribus exiſtentibus, plus im-
becillitari humanas vires in tertia-
nis quam in quartanis. Neq; parum
adiuuat tertianũ reditum agilitas
bilis, quæ & ſi cum finitur febris ſa-
tis diſtanter à corde ſeiungatur in
die quietis, ſui leuitate verſus cor fa
cilius, quàm omnes alii humores aſ
cendit, vnde patet quòd ſi non diſta
ret à corde bilis multò plus, quàm
pituita, vt diſtat, citius quàm ipſa
cor infeſtaſſet, & celerioris febrilis
reditus cauſa foret. Quotidianam
in quo vis die infeſtare, inde oritur,
quòd maior, vt dixi, humoris pitui-
toſi copia in humano corpore, quã
vtriuſq; bilis redundat: atq; quòd
tenacior glutinoſiorq; cæteris hu-
moribus ſit, quamobrem non adeò
diſtanter à corde impelli in fine pe
riodi febris valet, vt cholera, aut me
lancholia. Itaq; cordi proxima ma
nens in horis quietis, citius verſus
cor fertur, & ipſa, vel eiuſdem fumi
cor adeò infeſtant, donec tam velo-
citer & frequẽter ipſum moueri cõ
pellãt, vt inde febrilis calor exigua
quietis intercapedine iteratò reſul-
tet.

¶ Quartanam febrem ortum du-
centem à melancholico ſucco, non
niſi de quarto in quartum infeſtare
ob id cõtingit, quòd cùm pauca hu
ius humoris copia in ſanis ſit, atque
minimè glutinoſam conſiſtentiam
hic humor habeat, q̈do putret, ſi-
ue in corpore redundat, ſuis fuligi-
nibus, aut ſeipſo cor infeſtando, in
relatos motus conſtrictionis & dila
tationis inſurgere ipſum cõpellit.
quibus febrilis calor cõcitatur, qui
in halitũ difflare fuligines illas no-
cuas, & humorem ipſum immodi-
cè ſanguini cordis admiſtũ valeat,
aut adeò diſtanter à corde illa pro-
pellere, vt nullũ ſenſibile nocumen
tũ cordi tũc poſsit inferre, ac quieſ-
cere cor per triduũ admittat. Quo
ſpatio tranſacto, cùm verſus cor no
ciuus humor ſemper rependo pro-
ximior & proximior fiat, non ante
relatum ſpatium trium dierum po
tuit cordi ſui ſubſtantia; aut ſuis fu
mis nocumentum inferre: quia per
maius interſtitium quàm pituita á
corde ſeiunctus eſt. Etiam quòd & ſi
per æquam, aut paulò maiorem aut
minorem diſtantiam, quám bilis, à
corde ſeiungitur melãcholicus hu
mor: quod neq; multitudine, neque
lẽtore reſiſtere facultati expultrici
valeat, redeundi facultas verſus mẽ
bra ſpiritualia nõ tãta illi propter
ſuam grauitatem inſita eſt, vt chole
ræ, quæ leuiſsima inter omnes hu-
mores recenſetur. Quæcunq; dixi-
mus, quadrare cum euentibus notiſ
ſimum eſt. Nam et ſi reditus febri-
les quam dixi normam ſeruent, ſæ-
piſsimè hanc illos inuertere conſpi
cimus: cùm humores vel plurimi
ſunt, aut lenti valde fuerint, ſiue na
turalis facultas ægrotantis imbecil
la. duplices nempe tertianas homi-
nes aliquos infeſtare frequenter noſ
cimus. Ftiam in ſpatio viginti qua-
tuor horarum tres & quatuor rigo
res, ac totidem febriles calores mo-
leſtare

Sed febris illa, quæ oriretur à multitudine bilis non eſſet dicenda putrida, quòd nulla putrida fuligo à bili illa non putri eleuata cor calefaceret: ſupereſt ergo falſum eſſe quod teſtatus fuerat Galenus febriū cholericarum cauſam eſſe humorē bilioſum putridum, emittētem ex ſe fuligines putridas ad cor.

ıædā futi- ſolutio a- ntur & in patur.

¶ Soluere enim nō potes per diſcrimen, quod ſufficere nonnulli exiſtimauerunt, non valere ſcilicet tantā bilē gigni, quæ ſat ſit facere febrim ſine putredine ipſius, quæ immodicè augetur, quòd natura non ſit adeò amica choleræ, vt ſanguinis, ideoq; ſtatim vt ipſius bilis inſignis multitudo redundat, à natura dimiſſa putreat. Primò, quòd id ad placitum dictum, & nulli rationi innixum videatur: cùm experiamur in febribus cholericis ſæpiſſimè bilem amaram ſynceram, aut pituitæ commiſtam reiici per vomitum ſine vllo putore, in colore & reliquo modo ſubſtantiæ ſimillimam illi, quæ in foliculo felleo naturaliter continetur, quæ ſine putredine eſt, & per huius reiectionem febrem ceſſare, quod manifeſtè docet, ex illa non putri cholera emanaſſe febrē illā. Proteruire quidem choleram illam putridam eſſe non poſſet aduerſus: quòd Hippocrates in de humana natura libro per relata media, per quæ ego, probauit ſanguinem, & cæteros humores mutuò inter ſe diſtare, dicens. Quo enim modo hæc inter ſe ſimilia ſint, quorum neque colores ſimiles videntibus apparent, nec ad manuum tactum ſimilitudo aliqua eſſe deprehenditur. Secundò, quòd non video, qualiter ex hoc, quòd redundet plus iuſto bilis, & in tanta quantitate, quòd febrim facere ſuffeciſſet ſui calore, vt ſanguis eadem minus calidus ſua multitudine valet, ſequendo Galeni placita: ideo putreat, ſi putredini, quæ febrim eſt productura, neceſſariò obſtructio in aliquo vaſe, vel inflammatio in aliquo viſcere eſt coniungenda. Si enim immodicus ſanguis multò craſſior cholera, liber & ſine obſtructione per venas vagatur, cùm febrim citra putrefactionem affert choleram ſupercreſcentem per eaſdem non obſtructas deferri poſſe quis negabit.

¶ Duodecima ratio. Item, quòd 12. Ratio.
memoria conſequar, apud Hippocratem, quem Galenus vnicum medicinæ numem eſſe aduerſus nonnullos medicos ſæpe contendit, febres aliter fieri, quàm à redundantia humorum non legitur, & prout vnus vel alter abundat, ſic hoc, vel illud febris genus procreari, & non quòd putreant, aut non putreant, ipſe fatetur. Quod inter multos huius authoris locos probat: non tantùm ille, qui prope finem libri relati de humana natura ſcribitur, verum & multi alii. Sed prius illum, quem prædixi, ducemus: quanuis pars illa genuina ipſius Hippocratis non ſit, vt Galenus vult. Series illius hæc eſt. Febres plurimæ à bile fiunt. Species ipſarum quatuor ſunt, præter eas, quæ ab occultis doloribus generantur. Nomina ipſarum ſunt, continens, quotidiana, tertiana, quartana. Continens itaque appellata, à plurima, ac meraciſsima bile prouenit. Vbi nullam memoriam bilis putreſcentis agit Hippocrates, ſed quòd continens à plu-

rima & meracisſima bili (talis enim eſt non putrens cholera) proueniat, fatetur.

¶ Sed relato loco dimiſſo, quòd aduerſi eſſe Hippocratis nō admittent, etſi apud eundem alia quamplura à ratione multo relatis magis deuia legantur, adducamus in primis illud ex ea parte libri de humana natura, quam germanam, & Hippocratis eſſe idem Galenus eſt teſtatus: quod huiuſmodi eſt.

※ Bilis autem per æſtatem, ac Autumnum corpus poſsidet. Id quòd inde cognoſcere potes, quòd homines ſua ſponte hoc tempore bilem vomunt: & in medicamentorum potionibus bilioſiora purgantur, manifeſtum fit & febribus, & hominum caloribus. ※ In quibus verbis expreſſe docet, ob id, quòd in æſtate bilis redundet, non quòd putreat, febres ex ea fieri, quod nos probare cōtendebamus. Aliud eiuſdem Hippocratis ex primo libro de morbis prope principium idem refert. ※ Morbi quidem igitur vniuerſi fiunt ex his quidem, quæ in corpore inſunt, tum à bili, tum à pituita. Ab externis verò, à laboribus, & vulneribus. Sed & á calido & ſupercalefaciente, & à frigido ac ſuperfrigefaciente, & ſicco ac ſuper reſiccante, & ab humido ac ſuperhumectante. Et bilis quidem ac pituita vnà cum naſcientibus gignuntur, & ſunt in corpore, aut plus, aut minus. Morbos autem exhibent, partim à cibis & potibus, partim à calido ſupercalefaciente, & à frigido ſuperfrigefaciente. ※ Vbi nullam mentionem putredinis bilis aut pituitæ Hippocrates fecit, vt aſſeueret, quòd hi humores putreſcētes febres efficiant, ſed redūdare hos plus iuſto, vel eſſe eoſdem calidiores aut frigidiores, eſſe cauſam omniū morborum, dimiſsis cauſis externis dicit. putredine eorundem omiſſa. Calorem enim humores relati à ſole, & à motu, & ab alimentis citra putredinem trahere teſtatur. Idem per vniuerſum quartum librum de morbis Hippocra. affirmat, præſertim cùm ſic refert. ※ Si verò humor alius alio copioſior fuerit, febris ex hoc homini oboritur. ※ Et nō longè à citatis verbis. ※ Et ſi quidem à multis humoribus valde ſuperetur, febris ex hoc modo oboritur. ※ Et infra citatos locos.

※ Corpus ab humore priore ac recenti repletum caleſcit, & febris ex hoc homini oboritur. ※ Nunquam mentionem agens de putredine, niſi vt per ſimilitudinem partium corporis humani putreſcentium, & depaſcentium proximas, declaret modum humorum ſupercreſcentium in febribus, & conſumentium reſiduos optimos, à quibus ſpiritus vitales fiebant, & corpus hominis nutriebatur: quod in relato quarto de morbis libro ſub his verbis ſcriptum eſt. ※ Si verò multus fuerit afflixens humor, fruitur: & conſumitur ad morbum etiam alius, qui prius ſalubris erat, & tali modo homo moritur, fruitur autem, ſi morbus non amplius ſufficiens alimentum habuerit, & conſumitur ab humore bono, qui in loco dolente exiſtit. Primū enim propinquum aſſumit, deinde lōgius depaſcitur, donec conſumptum fuerit, & non amplius ineſt in corpore alimentum: alimentū autem eſt homini humor leuis. Quemadmodum igitur, vt certum eſt, putrefa-

ctio

factio primùm paulatim fit, ſi maximè calefiat: poſtea vbi iſthic alimentum putrefactioni non amplius ſufficit, depaſcitur de ſano, initio ſumpto à proximo ad totum corpus, donec totum quicquid carnoſum eſt, putrefecerit, poſtquàm verò in totum depaſta eſt, alimentum putredini conſumitur. Sic ſanè etiam in morbo. Sumpto enim à loco illo initio, vbi iſthic alimentum ſufficiens non amplius ineſt, depaſcitur vlterius, à proximo initio facto. Poſtquā enim per totum graſſatus fuerit, alimentum morbo cōſumitur: & alius ſalubris humor non ſuperat: ſi hoc fiat, homo moritur. ⁂ Sufficere relata puto, vt ex his, quiuis intelligat Hippocratem idem quod nos inter arguendum contra Galenum diximus, voluiſſe.

13. Ratio. ¶ Opinari enim quòd in bubonibus, aut inflammationibus crurum aut brachiorum, ſeu aliarum partium diſtantium à corde febres continuæ quandoq; proueniāt, quia fuligo putrida ab illis partibus aſsiduè deferatur vſque ad cor, inſanire eſt, ſi vera ſunt, quæ idem Galenus in libro de vſu pulſuū ſcripſit. Ibi enim refert, compreſsis arteris, expurgari fuligines incluſas in eiſdem, fuliginibus exeuntibus per earundem arteriarum poroſitates. Si ergo arteriæ quantūuis à corde diſtantes continuo mundātur per cōpreſsiones frequentes, & veloces à fuligine putrida intra ſe incluſa preſertim cùm homo febrit; quòd tunc velocius & frequentius arteriæ mouentur, quomodo poterit fuligo illa tranſmiſſa à vena, vbi humor putret, ad arteriam proximā (quia omnis vena proximam ſibi habet arteriam) & ab arteria in cor, ipſum calefacere; percipere non poſſum? cùm prius quàm cor pertingat, per innumeras compreſsiones arteriæ erit ab arteria eliminata. Et quòd prædixerim Galenum in libro de pulſuum vſu dixiſſe, quòd arteriæ per proprias poroſitates, cùm comprimuntur, expurgantur, ideo ſententiam eiuſdem ex relato loco adducere viſum, quæ in hunc modum habet. ⁂ Nam ſi in ipſo cordis corpore vis illa vnde cōtrahitur ac dilatatur in omnes arterias per tunicas earum influens ſic eas cogit, aperitque quemadmodum ipſum cor: vtique ſicut illud cùm dilatatur, ea quæ oſculis ſuis appropinquant, trahit, cum contrahitur, expellit: ſic & arteriæ cū ſe aperiunt, ad ſe vndique trahunt: cùm contrahuntur, in omnem partem expellunt. Quid autem ſibi hoc velit, quod vndique, & in omnem partem dixi, adhuc clarius faciam. Numeroſi in arteriis meatus partim veluti ſpiramenta in earum ſunt tunicis, partim oſculorum ſpecie in inteſtina, & ventriculum, & externam hanc cutim finiuntur: quin etiam continuatæ tū ſibi, tum verò cordi maximis ſcilicet meatibus, vel potius vniuerſis ſuis capacitatibus ſunt. venis verò non perinde magnis meatibus, ſed ipſarum quidem anaſtomoſes, ſenſum noſtrum effugiunt. Vnde ſi ipſis, ceu parum conſtantibus meritò fidem abroges, per alia certè, quæ veteribus ſunt prodita, eos eſſe credas, neque in poſtremis ex hac rei euidentia. Si quis namque accepto animali quouis ex iis, quibus amplæ apertæque arteriæ ſunt, veluti boue, ſue, aſino, equo, oue, vrſo, ſimia, pardali, homine ipſo, vel ſimilium aliquo, magnas,

multaſque illi arterias vulneret, vniuerſum animalis ſanguinem per eas exhauriet. Huius rei periculum ſubinde fecimus: & cum ſemper vacuatas cum arteriis venas deprehendiſſemus, veram eſſe ſentētiam de cōmunibus arteriarum & venarum oſculis, & communi de vna in alteram per ea tranſitu, nobis perſuaſimus. Quippe per hos tranſitus, arteriæ dilatatæ, ex venis trahunt, contractæ contra, in eas regerunt. ſicuti nimirum per ora, quæ in cutem finiuntur, quicquid halituoſum fumidum ve excrementum habent, id excernunt. Recipiunt aut ex circundato nobis aëre, non exiguam in ſe portionem. Atq; id eſt, quod Hippocrates foras introq; ſpirabile totum corpus dixit. ⁂ In quibus verbis ſatis planè quod prædixeramus verum eſſe patefecit. Et ne ducēdo ratiōes alias, quibus probem non poſſe fieri putridas febres per modum, quem Galenus, & cæteri medici, qui illum ſunt ſequuti, eſt opinatus, lectorem immorer: docere modum, per quem ipſe, & cætere omnes, tā quæ diariæ, quàm quæ hecticæ dicuntur, faciant, auſpicor. Statim enim vt id explicuero, ſpero neminem, niſi delirum, noſtro dogmati non aſſenſurum: citraque improbationes alias cuius notam futuram veritatē noſtram doctrinæ, ac falſitatem aliarum

Caput ſeptimum.

In quo modus hucuſq; ignotus per quem febrēs fiunt oſtenditur.

Et vt dicenda facile intelligantur, animaduertendum primò, quòd cùm aliquis effectus ſic aliquam ſpeciem quorumuis entiū, ſeu animatorum, ſiue inanimatorum ſequitur, qui in nulla alia viſitur, hoc non niſi ab aliquo principio actiuo aut paſsiuo ſemper nato comitari relatam ſpeciem, & nullam aliam proueniat. Ratiocinari enim, & ridere, ſic homini contingunt, qui in nulla animantium ſpecie, quàm in humana ratiocinium, neque riſus inueniantur, vt hinire non niſi equis contingit. et vim tractiuam ferri habere, non niſi magneti accidat, & trahi â magnete non niſi principio paſsiuo ferri conceſſum ſit, & alii conſimiles effectus peculiares alicui ſpeciei ſemper â principio naturali conſtitutiuo illius ſpeciei proueniunt. Si enim ab hoc ortum non duxiſſent, poſsibile eſſet in indiuiduis aliarum inueniri, quod nō accidit.

¶ Secundò animaduertendum, quòd affici continuis, quotidianis, Tertianis, & quartanis, ac quintanis febribus ſic peculiarie eſt hominibus, quòd nulli ſpeciei animantum contingat. Quis enim vnquam vidit, vt inter arguendum dixi, aliquot ex brutis tertiana febre, aut quartana correptum. Nemo certè. Si enim his afflixi brutum accidiſſet, facilime id nouiſſemus, ex antecedentibus febrem rigoribus, & ardore ſubſequente in tertiis, aut quartis, ſeu aliis

aliis diebus: quod nunquam in mulo, equo, aſino, leone, aut alio beſtiarum, aut auium genere conſpectum eſt. Quod Plinius lib.7.cap.50. confirmat, dicens. ※ Ergo pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum muſicum centum & quinq; annis vixiſſe ſine vllo corpori incommodo. At Hercule reliquis omnibus per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus, certis peſtifer calor remeat horis aut rigor, neq; horis modò, ſed & diebus noctibusque trinis quadrinisùe, etiam anno toto. ※ Ex his qui vis elicere manifeſte poteſt, putredinem humorũ tantum, neque ſupercreſcentiam eiuſdem plus iuſto poſſe fore cauſam febrilis caloris redeuntis per certa interualla tertiæ, aut quartæ diei, ſiue aliorum quorumuis. Si enim alterũ relatorum aut ambo ſimul cauſa fuiſſet intermittẽtium febrium, non eſſet vnde hic affectus peculiarius homines, quàm cætera bruta inuaſiſſet, cùm non minus in brutis quàm in hominibus putredo, & redundare humores contingãt. Cùm ergo putredo febrium intermittentium cauſa eſſe non poſit, vt Galenus dixit, neque auctum aliquem ex humoribus eſſe, tãtum ſufficiat, febrem efficere, vt Hippocrates dixiſſe videtur, velut antecedentes rationes palam oſtenderunt, reſtat in aliquod aliud principium humanum minime brutis conueniens, recurrendum eſſe. Et cùm hoc non niſi humana forma, quæ eſt anima rationalis, aut diuerſa membrorum hominis figura, & ſitus eſſe poſſint, cũ in cæteris naturalibus principiis vegetandi & nutriendi paria nobis bruta concipiantur: hæc ergo duo inſimul, aut horum alterũ neceſſario ſequitur comittaturum febrium intermiſsionum.

¶ Galenus quippe quærens hoc commune principium febriũ, cùm videret à pituita & à melancholia frigidis humoribus ſupercreſcentibus calorem febrilem emanare, vt à ſanguine & bile calidis, putredinem commentus eſt, quam res exteriores tam calidas, quam frigidas inuadere & in eas, vt plurimum calorem procreare, experimur, & hanc inuadentem humores calidos & frigidos efficere affectum febrilem calidum teſtatus eſt, minime cauens inconueniẽtia, & impoſsibilia, quæ ſuæ opinioni ſunt obiecta. Atque hoc, quod manifeſtiſsimum erat, eadem methodo eliciendum, bruta, quæ humores natos putrere habent, vt homines, febres tertianas, & quartanas, ac reliquas habitura, quæ ipſe non experiebatur.

¶ Quartò conſyderare expedit, quòd quanuis ſolum relatum augmentum humorum, aut putredo eorundem, non poſsit eſſe cauſa febrium per interualla redeuntium, vt probatum eſt, quod tamen indubitatum eſt in plurimũ ambo hæc, vel alterum illorum contingere in iis, quæ febriunt.

¶ Quinto animaduertere decet, non paucos certi generis affectus, quos paſsiones alii vocant, datos eſſe hominibus, vt per hos ſalutem præſentem ipſi conſeruent, aut amiſſam reſtituant. Quod Galenus libro ſecundo, de ſimplicium medicamentorum facultatibus capite decimo ſeptimo prædixerat, inquiens. ※ Contingit autem ad tuſsim impetum cieri inæqualitate quadã in gutture præter naturam proueniente. Quippe cùm ſpiritus

per puram leuemq; ferri viam conſuetos, ſi quando in eminentia quædam impingat, tumultum quendã, ac velut inæqualem concuſsionem in gutture efficit, atq; ita ad tuſsim animal prouocat. Nam vt alias quoque multas natura hominibus ſalutis gratia ingenitas indidit paſsiones, ad eundem modum & ſternutationem, & tuſsim: ſternutationem quidem, vti ea, quæ in naribus infeſta moleſtaq; ſunt, propellerent: tuſſim verò, vt quæ in gutture. Neque à relatis paſsionibus diſsimiles ſint vomitio oris, & fecum, & vrinæ vltra conſuetum ordinem expulſiones, tremores quoq; ſiue cõcuſiones nomines, qui in epilepticis contingunt, cum cerebrum vicioſis ſuccis plenum ſeſe cõcutit, vt illos à ſe excernat.

¶ Sextò. Sciendum calidius quod eſt in corpore noſtro cor & ſpiritus ab eo genitos fore. De corde vltra ea, quæ retro à nobis ſcripta ſunt, cùm argumentabamur contra modum excogitatum à Galeno generationis febrium diariarum, Galenus de temperamentis libro. 2. idem teſtatur, inquiens. Iam cordis caro omnibus his tãtò eſt ſiccior, quãtò eſt durior: calidior verò non modò his, ſed etiã omnibus planè corporis partibus. Quod etiam ſenſu clarè debrehendas licet in pectoris animalis diſſectione, ſi digitum in ſiniſtrum eius ſinum immiſeris: inuenies enim locum hunc omnium, quæ in animali ſunt, non paulò calidiſsimum.

¶ Spirituum calorem; præſertim vitalium, ingentem eſſe, materia ex qua ipſi fiunt, & efficiens planè mõſtrant. Galenus enim de Hippocratis & Platonis placitis lib. 7. relata duo ſpirituum vitalium principia expreſsit, dicens. Spiritus igitur qui in arteriis continetur, vitalis & eſt, & dicitur, qui in cerebro animalis, non quòd ſubſtantia animæ ſit, ſed quòd primum eſt eius ibi habitantis inſtrumentum, qualiſcunq; ſubſtantia poſtea fuerit. Sicut verò vitalis ſpiritus, & in arteriis, & in corde gignitur, materia generationis ex inſpiratione, & humorum exhalatione ſumpta, ita animalis ex vitali perfectius concocto oritur, quippe cùm oporteret ipſum exquiſitiſsimam omnium immutationẽ adipiſci. Quòd ſi materia ſpirituum eſt aër inſpiratus, qui calidus & humidus eſt: & exhalatio humorum tenuiſsima & igni ſimilis euaporatio, neceſſariò materia huiuſmodi apta erit conficere rem ſatis calidam cum preſertim concoctor eiuſdem cor calidiſsimum omniũ membrorum ſit. Sed cor eſſe quod coquit expreſſe dixit Galenus incitato loco, ſupcreſt ergo verum eſſe quod prædiximus. Et vltra id experimenta illud docẽt, nã corde icto vniuerſus calor perit. porro ſpiritus vitalis igniculus ille eſt, quẽ prometheum ſuffuratũ adiis fuiſſe Pœtæ. referunt.

¶ Huius ſpiritus expanſionem à corde in totum corpus fieri inter multos alios locos Galenus docuit in libro, quẽ inſcripſit, An ſanguis in arteriis natura contineatur, Quã probare inter alia opinatur ex hoc, quòd ſi ita non fieret, quòd per vniuerſum corpus ſpiritus expanderẽtur hominũ motus exerceri, vt eis libuiſset, non liceret. Per ſpiritum nempe credit defferri à capite in pedem velociſsimê vim motricem pedis. Quod in hominibus falſum eſt, ſecus fortaſsis in brutis. Sufficit enim vt pes hominis moueatur,

quòd

quòd anima rationalis exiſtés in cerebro imperet motum, quem eadé numero exiſtens in pede exequitur. Nõ enim alia anima eſt pedis, quàm cerebri: neque pedis anima, pars eſt animæ cerebri: ſed illa eadem numero, quæ in cerebro eſt, eſt quoque in pede, vt in noſtro opere iam planè oſtendimus. Sed hoc miſſo delatio ſpiritus à corde in totũ corpus, aliter probari quàm Galenus mollitus eſt ſufficienter poteſt. Et inter multa, quod nũc (vt quod propoſui probem) ſeſe offert, eſt, motus tam celeres, quales conſpiciuntur in hominibus lætitia geſtientibus, & in his, qui pauent, vel quibus ſubitò aliquid valde triſte nũtiatum eſt, fieri nõ poſſe, quám à ſpiritibus celerrimè motis. Videmus enim non rarò homines per inſignem lætitiam, aut pudorem, rubore ſubitò perfundi, & alsos præ metu celerrimè pallere: quorum diuerſorum colorum tam inſignis, ac celerrima variatio non ſanguini, ſed ſpiritibus tribui poteſt, quòd ille non adeò agilis ſit, vt tam ſubitõ & ad cutim duci, & à cuti interius in alto corporis recondi valeat.

Iã hic vera febris eſsentia exprimitur,

¶Quibus iactis fundamentis, ſcié dum eſt, febris eſſentiã nihil aliud eſſe, quàm quédam calorem immodicum ſenſibiliter operationes hominis lædentem, productum in toto corpore à natura hunc gignere moliente, tam per impulſum velociſsimum & frequentiſsimum ſanguinis & ſpirituum à corde in arterias vniuerſi corporis, quam per ſuperincaleſcentiam eiuſdem cordis ex velociſsimo & frequẽtiſsimo motu expanſionis & conſtrictionis ſuæ quàm etiam ob calorem allectum ex celeri motu arteriarum ſe comprimentium & expandentiũ. Hanc febrem non in alium vſum naturæ gignit, quàm vt per eius vim ſuperflua, quæ corpus humanum malè afficiunt, difflentur, aut concoquantur, & concocta per ſenſibiles corporis meatus patẽtiſsimos redditos ob febrilem calorem excernantur, & alia naturæ humanæ incommoda reſarciantur.

¶ Hanc febris definitioné, vt more logicorum procedam, bonam eſſe vel ex hoc conſtat, quòd genus & differentiam cõtineat. Calor enim immodicus, genus eſt: & differentia illius à cæteris per id exprimitur, quod à natura febrilis productus ſit in toto corpore per impulſum ſpirituum vitalium plus iuſto calidorum à calore cordis intéſiore, quàm qui ſolitus erat afficere, cùm bene valebat homo, quem cor in ſe procreat velocius motum, quàm cõſueuerat. Stat enim ab igne, vel ſole, vel ira homines immodicè calere, & tamen febrientes nõ dici ob id, quòd vel calor eorum non ineſt toti corpori, ſed tantùm extimas corporis partes alteret: aut quòd etſi vniuerſum corpus poſsideat, non à corde originetur vt genitus ab eodem in relatum finem. Cuius ſignum eſt, quòd ſole, vel igne, aut ira abſente, ſtatim reprimi calor incipit, donec in totum aufertur. Quod minimè accidit, cùm iã à corde calor febrilis in totum corpus manat, effecturus quod prædiximus. quacunq; enim cauſa procatartica ablata, adhuc febrilis ſtatim remiti non incipit, ſed diu perſeuerat.

¶ Vt ergo relata planiſsimè intelligantur, animaduertite nullum inſtrumentum aptius eſſe ad ſentiendi, & mouendi, ac nutriendi, cæteraq; omnia alia naturæ opera exercẽdum, quàm ſpiritũ, vt Galenus lib.

3.de locis affectis.cap.5.refert.Et lib.
7.de placitis Hippocratis & Plato-
nis,& multis aliis locis ſcribit. Cũ
ergo aliquis humor in corpore ſen
ſibiliter redundat, ſeu multitudi-
ne inutilis, ſeu corruptione noxius,
quem per ſenſibiles vias oris, aut in
teſtinorũ, ſeu veſicæ,vel alios meat⁹
excernere natura nõ valet: vt hũc è
corpore in vaporis modũ extirpet,
febrim ſæpiſsimè procreat, quæ cũ
calore natiuo cordis intenſior futu
ra eſt,à corde ex propria natura ca-
lidiſsimo omnium corporis parti-
cularũ gigni non potuit,indeq; cõ-
pulſum cor proprium calorẽ inten
ſiorem reddere miro id modo fa-
cit: neque aliter quàm ſeſe velocius
ac ſæpius quàm ſolitum erat cõtra-
hendo, ac expandendo, vt epilepti
ci cerebrum, vt per hunc velocem
& aſsiduum motum, eiuſdem ſub-
ſtãtia plus quàm propria poſcebat
natura caleret. quo commento etiã
totius corporis arterias, & venas eiſ
dem proximas calefecit,quòd arte-
riæ ab eodem ortæ continuatim ca
lorem ſuſcipiant, quem neceſſariò
propter propinquitatem venis cõ-
municant,ac vtræq; reliquis omni-
bus corporis partibus calorem im-
partiuntur, ſpiritu & ſanguine arte
riali,qui à corde in arterias trãſmit
titur, febrilem calorem etiã in eaſ-
dem inducentibus: & quòd à corde
ſolito calidiore tunc emanent, vn-
de calorem intenſiorem, quàm ſui
moris erat, adduxerint: atq; etiam
quòd ocyus moti ſpiritus quàm ſo-
liti erant, tã ex ingenti impetu, quẽ
acquirunt ad velocem cordis con-
ſtrictionem, quàm ex veloci quoq;
expanſione arteriarum cordi proxi
marum, ad quam neceſſariò ſequi-
tur eorundem velox tractio, ne va-
cuum proueniat,ipſi iidem ſpiritus
calent,& etiã ſe refrigerari, vt cùm
homo ſanus erat,prohibent. Adeò
enim pigre cùm valemus deferun-
tur ſpiritus à corde vſq; ad diſtãtes
arterias,vt liceat interea, quòd ali-
us ſpiritus reddit ambienti aëri, &
partibus corporis noſtri minus ſpi-
ritibus calidis, eorundem calorem
à priore ſpiritu conceptum repri-
mere, vt totum corpus non ſic exu-
rat,vt in febrili ſtatu ſolet.

¶ Neque tantùm in præteritos
vſus deſeruit relatus intenſus calor,
ſed etiam cum natura, quæ cor gu-
bernat prouide ſeu improuide ope
ratur, in omnibus enim ferme cau-
ſis morbificis extirpandis calore eo
dem ipſa vtitur,niſi cùm adeò vita-
lis vis ſuccumbit, ſeu quòd ipſa ſim
pliciter imbecilla ſit,ſiue quòd col-
lata morbificæ ingenti cauſæ ſecũ-
dum quid imbecilla dicatur, quòd
de ventura intempeſtiua morte nul
la ſit ambiguitas. Hac de cauſa in
morbis nonnullis exitialibus, præ-
dixit Hippocrates,ſi febre corripiã
tur qui patiuntur, ſæpe ſpem vitæ
promitti.

¶ Prædixi,quòd vt omnes ferme
morbos & cauſas morbificas exter-
minet,gignatur à natura inpluri-
mum febris,vt explicem,quòd quã-
quàm ſoluta vnitas non ortum tra-
hat ab humore vllo immodice re-
dundante,aut quam maxime vitio-
ſo,ſed ſæpe ab enſe, vel alio inſcin-
dente,etiã inibi febris gignitur.For
taſsis enim prouenit hoc quia dece
pta natura cordis conficit febrem
ſuo velociſsimo & frequenti motu,
quaſi putaſſet, quod per hunc calo
rem poſsit ſubuẽtum ire vnitati ſo
lutæ in iecore, liene, aut veſica, ſeu
quouis alio membro vulnerato ſoli
to febrim inferre, ſtatim vt dirũpi-
tu r,nedum expectata inflammatio
ne,vt

ne, vt ſolita natura eſt ſubuenire re
dundantiæ,aut malitiæ humorum.
ſeu quòd ab aliquo incōmodo cor-
di ob vulnus illato proritetur ip-
ſum, & quaſi vellicetur, vt ſyſtoles
& diaſtoles velociſsimas & frequen
tiſsimas efficiat.

Caput octauum,

In quo ſoluũtur dubia quæ
ſequi vidētur ad cauſas fe-
briũ à nobis præ meditatas

IAM quòd oſten-
ſum eſt febrem fie-
ri non poſſe, vt hu
cuſq; opinabantur
Galenus, & cæteri
medici eiuſdem ſe
ctatores, & modum, per quem fiat,
docuerimus, ſcrutandum videtur,
cùm motrix cordis vis non ſit volũ
taria,ſed naturalis, qualiter redun-
dantibus humoribus in cruribus,
aut brachiis,aut ſoluta vnitate ieco
ris,aut lienis(verbi gratia) ſtatim in
ſurgat ipſum in veloces & frequen-
tes diaſtoles & ſyſtoles,hoc enim po
tius opus rei agentis cum cognitio-
ne, quàm merè naturalis videtur.
Opem enim ferre cor illis diſtanti-
bus à ſe partibus, ipſo noxam nullã
ex aliarum partium incōmodo pa-
tiente,potius,vt dixi,hominis alicu
ius miſericordis munus,quàm natu
ralis facultatis cordis apparet.
Quod quanquam aliquam difficul-
tatē præ ſe ferat, facilime diſcutie-
tur per ea, quæ parum ſuperius ſcri
pſimus. Diximus nempe,quòd for-
taſsis in his euentibus aliquod incō
modum infertur cordi: quod & ſi
ſub dubio dictum ſit, quia poteſt a-
lius modus excogitari,per quem cō
cuſsio in ſolita cordis fiat,citra re-
latum, tamen à me vt certiſsimum
& indubitatum habetur, conſenti-
re cor morbis omnium membrorũ
quæ arterias, & venas ſenſibiles, &
manifeſtas habent. Indeq; ſtatim vt
quiuis humor in vaſis quantũuis di
ſtantibus à corde redundat,ingentē
noxam inferens ſeu illaturus,infer-
tur cordi nocumentum ab illo eo-
dem humore, qui multitudine,aut
alio vitio redundat, quòd aliis ſit
cōmiſtus,qui à corde deueniunt, &
eiuſdem humoris vapores illos de-
uenientes inficiant, ac cōtinuatim
ad cor vſq; malum propellant. Cer
tè verò ſimile eſt,quòd ſi aliquis hu
mor in venis coxæ putrear, hunc ar
teriis ſibi coniunctis,& in quas tran
ſitus viciſsim ſit, affectum aliquem
noxium communicare,illasq; eun-
dem in cor trãſmittere, aut per ſim
plicem alterationem, ſiue per vapo
roſam aut corpulētam commiſtio-
nem cum benigno ſanguine cordis:
cuius malicia proritatum cor expã
ſiones, & contractiones veloces &
frequentes exercet, quaſi his ſit ex-
cuſſurus, quod ſibi infertur incom-
modum ab humore vitioſo: vnde
cor caleſcit motu caloris cauſa exi-
ſtente, & ſanguinem & ſpiritus cali
diores reddit. qui delati in totum
corpus, cùm ad locum vbi humor
vitiatus redundat,pertingunt,ab eo
dem maiorem, quàm ſolitum erat,
vaporum copiam difflant, qui ſan-
guini miſti, cor, atq; ab eo ortas ar-
terias eidem in motu proportiona-
les ocyſsime,& frequentiſsime mo-
ueri cogunt, vt à ſeſe incommodũ,
reiiciãt. Itaque ſibi prodeſſe eæ par
tes molientes per accidens inſigne
ſibi nonnunquam inferunt damnũ
donec totus ſit abſumptus humor,
iam enim tunc potiuntur concupi
tis. Verùm cùm ſoluta vnitas infe-

ſtat:vt

ſtat: vt cùm vulneratis mẽbris, quæ diximus, febris ſtatim corripit, non etiam ſine proritante cauſa in veloces & frequentes motus cor ſe atollit. Patefacto enim aditu aëri ambienti, & aliis immundis corporis vaporibus pervaſa illa dirupta, quæ inſignem colligationem cum corde habent, ſanguis arteriarum nocuis qualitatibus alteratus, cor vellicat, indeque ipſum velociſsimè moueri cogit, vt mox prediximus. Quo facillime á nobis ſoluitur illud argumentum, quod aduerſus opinionem Galeni obiecimus, referentes febres relatas orientes ſtatim vt iecur, vel lien vulnerabantur, non poſſe dici hecticas, neque putridas, ſuppoſito vulneratũ inculpatos humores habere, neque ephemeras, quia vnde inflãmarentur ſpiritus non habebãt preſertim ſi vulnus illatum fuiſſet in tempore hyberno: nam aër continens potius infrigidaturus, quàm calefacturus ſpiritus erat. Quam obiectionẽ Galeni ſectatoribus inſolubilem facillimè nos enodamus, vt audiſtis.

¶ Et quòd prædiximus, poſſe aliũ modum excogitari, per quem cogatur cor velociſsimè & frequentiſsime moueri, cùm febriles cauſæ adſunt, vltra illum, quem recèſuimus, in præſens id dicamus. Cùm enim forma hominis vltima, ſit anima rationalis, quæ nutriendi, & ſentiendi, & intelligẽdi munia exercet, quæ etiam indiuiſibilis eſt, tota in toto, & tota in qualibet hominis parte, nõ abſre dixiſſe videbitur: qui, cùm quæritur vnde oriatur, cor velociſſime moueri, cùm vnitas iecoris ſoluitur, aut cùm bilis in brachii venis redundat, reſpondeat, quia anima eadem numero, quæ eſt in iecore & in venis brachii, eſt in corde: quæ vt iecoris & brachii incommda repellat, per febrilem calorem cor velociſsime & frequentiſsime mouet, vitaliter & non mere naturaliter operando, nondum illato cordi nocumento, ſed cauens ventura mala.

¶ Itaque omnis febris eſt paſsio quædam commẽta à natura, vt corporis meatus patentiſsimos faciat quibus nocua à corpore per halitũ repellat, aut ea concoquat coctione qua ſint habilia ſenſibiliter à corpore extirpari: inter vomitum, ſturnutationem, pãdiculationem & totius corporis concuſionem, rigorẽ, & tuſsim annumeranda. Vt enim didiciſtis ex animaduerſione q̃nta vt relatæ paſsiones cõgenitæ animalibus à natura fuere ſalutis eorũdem gratia, ſic febris à natura hominis gignitur in relatũ vſum, quæ quanquam ægrotãtibus ſæpiſsime proſit, abſumendo humorem, qui aliâs interfecturus erat (ſãguine per illius humoris, qui redundabat, quãtitatem vel malitiam inepto verſo eſſe materia apta ſpiritibus vitalibus (ſine quibus viuere non datur) ii enim ex puriſsimo fiũt ſanguine, vt ſexta animaduerſio docuit) per accidens tamen febris nõnunquàm interficit, vt cæteræ paſsiões febris germanæ. Quis enim diu verſatus in re medica non obſeruauit nõnullos ægros ſæpiſsime tuſiẽdo, aut vomendo periiſſe, nõ tantum reiecto, quod nocebat, ſed ex debilitate acquiſita nullum alimentum diu continere in ventriculo valendo. Per quam normã febrilis calor immodicus intenſiõe, ſiue duratione genitus, vt exterminet, quod nocumentum inſigne infert, aut illaturũ humano corpori erat, vt pote aliquem vitioſum ſuccum, eundem in maio

rem

rem quantitatẽ ſuo calore & ſiccitate adauget præſertim ſi vitioſus ſuccus bilis eſt, & noxiũ pernicioſũ pernicioſius ꝑ accidẽs efficit, in oppoſitũ ſcopum natura quæ febrim genuit dirigere ipſum cupiente, iis euentibus contingentibus, cùm eſt adeò ingens humoris vitioſi copia, aut adeò inſignis malitia, vt neutiq; poſsit calore febrili diſcuti morbifica cauſa, niſi prius benigni ſucci maxima copia ſit abſumpta, vnde vires cõtinuo imbecilliores redduntur, donec in totum auferũtur, priuſquàm aut ſimul quòd morboſa cauſa ſit conſumpta.

¶Quis enim non experitur à quauis leuiſsima febre attenuari homines, quod per halitũ digerantur ſucci in vaſis febrientis cõtenti, & etiã nonnullæ eiuſdem corporis partes? Non enim conceditur cordi in illũ tantum locum, vbi morbifica cauſa reſidet, reiicere ſperitum & ſanguinem iuſto calidiores, & nõ in alias. Quia cùm ipſum (vt diximus) ex nocumẽto illato ab humore viciato ꝑ conſenſum ocyus, & frequentius ſolito moueatur, calidius redditur: vnde, & ſi nolit, vniuerſum ſanguinem & ſpiritus contentos in ſe & in arteriis calefacit, qui non tantùm abſumunt noxium, ſed & innoxium humorem. Intereſt tamen inter febres ſalubres, & mortiferas, quòd ea quæ nocent in ſalubri, prius in halitum, aut per ſenſibilem euacuationẽ abſumuntur, quàm virtus in totum deficiat, in mortali econtra.

liud dubiũ ıod obici ɔbis poſsit, luitur, & ıidã cõtex: ıs galeni di: :iles expli: ıntur.

Tandem ne noſtra verba litem ingerant cauilloſis medicis, quærendo à nobis, qualiter ergo deinceps nominanda ſit febris, an morbus, an morbi cauſa, an ſymptoma (hæc enim tria nomina ſortiuntur omnia, quæ contra naturã appellantur) dicam quòd prout medici fatentur, febres prouenientes ab inflamationibus eſſe accidẽs inflammationum, & eaſdem eſſe morbos, quòd immediatè læſionem ſenſibilem in operationibus humanis efficiunt. ac vt illi dicunt vomitionem, aut ſternutationem immodicas eſſe ſymptoma & morbum, ſic ego refero, febrem eſſe ſymptoma ſequens morbum in cõpoſitione, quãdo propter ſuperfluũ aut viciatum humorẽ in venis, qui eſt morbus in via, prouenit. Aut eandem eſſe ſymptoma ſequẽs morbũ intemperie: cùm propter ſolutam cõtinuitatem iecoris, aut lienis, aut alterius mẽbri ſuccedit, quòd tũc, vt diximus, intẽperies aëris nos continẽtis cordi communicata, eſt cauſa febrilis caloris, Quæ nempe morbus quoq; dicitur, pro quãto immediatè ſenſibiliter nocet operationibus humanis, tã animalibus, quàm vitalibus, & naturalibus.

¶Prædixi, dici quandoq; febrim ſymptoma ſequens morbum in cõpoſitione, cùm venæ aut arteriæ humorem indecentem continẽt, quod fortaſis aliquibus ſcrupulum inferet ob id, quòd nõ videant ipſi qualiter humor multitudine aut malitia noxius poſsit dici morbus in via cùm morbus ſit paſsio viuentis, indeq, viuenti ineſſe debeat à quoquã maximè natura ſubſtantiæ humoroſæ, & cuiuſuis alterius rei alieniſſima eſt, vt qui logicã didicere ſciũt. Et vt illos ab hac ignorantia vindicem, qui minus bene hæc, quæ ad dialecticam attinẽt, nouere, ipſi audiant, nõ omnem morbum dici paſſionẽ realiter, ſed ſufficere dici paſſionẽ denominatiuè. Febres enim & cæteri morbi intemperie, paſsiones dicuntur, quæ realiter inſunt viuẽtibus. Morbi verò in compoſitio

ne,vt

ne,vt ſextus digitus additus, aut lapis in veſica, aut humor vitioſus in venis, quæ ſenſibiliter operationibus nocent, non ſunt paſsiones reales,ſed denominatiuæ,id eſt, illis denominatur homo talis, vel talis, qualis ſine illis non nominaretur. Vt enim veſtis continetur in prædi tamento habere, vt Ariſtoteles in exordio prædicamentorum,& Autor ſex principiorum docuere, quæ tamen ſubſtantia eſt aut lanea, aut lintea,ſeu pellicea, ſiue cuiuſuis alterius naturæ.& veſte homo penulatus, aut armatus, ſeu calceatus nominatur,nullo horum inherēte homini taliter denominato,provt albedo & color eidem inſunt, ſed tantùm quòd penulam, aut arma, aut calceos habeat homo indutos, ſic homo dicitur calculoſus, quòd calculum habeat,aut æger in vis venarum,aut arteriarum, quòd tam ingentem copiam humorum, aut adeo vitiatam habet, vt ſenſibiliter operationibus naturalibus immediatè hæc obſint. Itaq; relata largo modo,& nō exquiſito paſsiones nominantur.

obiectio quędā ſoluitur.

Minimèq; obiicies aliquid,quod nobis noceat, ſi dixeris,huius lapidis iam geniti nullā eſſe in præſens cauſam, & hunc eſſe morbū, vt ego fateor, indeq; inferri poſſe, morbū ſine cauſa eſſe. Nam ego hoc conſequens concedam,vt & Galenus cōcedere tenetur, cùm confitetur hecticam febrē poſſe à ſole immediatè gigni, quæ iam cùm abeſt ſol durans,morbus nominatur,& eſt,& tamen tunc cauſam non habet, & ſi quandoq; habuit: vt & calculus nōnunquam cauſam materialem,ſuccum ſcilicet viſcoſum habuit,& efficientem renum aut veſicæ immodicum calorem,aut immoderatam frigiditatem,& iam eaſdem,nec vllam aliam habet. Quod Galenus li. primo methodi medendi cap.8. fatetur, cùm ſic inquit. ※ Eius autem affectus, qui actionem impedit cauſæ poſſunt quidem nō etiam eſſe: poſſunt autem & adhuc manere. Ergo diuerſæ omnino ab affectibus cauſæ ſunt. ※ Quæ enim de differentiis morborum cap.7.Galenus tradit, vbi ſibi nō conſtare videtur, explicari ſine magno negotio poſſunt. Primum enim dicit. ※ Illud quoque hoc in loco cognoſcere oportet, quòd ſæpius figura particulæ oblæſa aliquem ſimul meatum offendit, veluti in naſo aliquando vſu euenit, quòd ex ictu violento reſimatus,adeò internum compreſsit meatū, vt vel nullo modo, vel ægrè per ipſum reſpiraret. Conſtat igitur, quòd in huiuſmodi affectibus anguſtia meatus eſt ægritudo: nam primùm ipſa ſpirandi officium impedit: cauſa verò præcedens ſimitas naſi, quæ naturalem eiuſdem figuram deprauarit. ※ Infra hæc verò mox ſic refert. ※ In numero verò partiū ſimplicium ex quibus vnumquodq; conſtat inſtrumentū, duæ erunt ægritudinum differētiæ; cùm ſcilicet pars aliqua deficit, aut ſuperabundat. In vtraq; verò ipſarum aliæ differentiæ: nā ex iis, quæ ſuperfluunt,nonnulla ſunt ex genere naturali,vt ſi cui ſextus adnaſcitur digitus,aut in oculo vnguis,Græci pterygion nominant: aut in naribus germen aliquod carnis,aut alio copiam meatu aliud id genus conſtiterit. Ex his verò quædam erunt ægritudines ipſæ, veluti vnguis, nā ſi multum augmentum ſuſceperit, nonparum intuitum offendat,cùm pupillam obtenebret. ※ Quorum contextuum primus difficultatem

quandam

leſtare cognouimus, plurima bili aut notha redundante.aut debili exiſtente naturali facultate ægrotãtium euẽtibus recenſitis pares alios in melancholicis & pituitoſis febribus contingere, non tantùm medicis, ſed & indocto vulgo compertũ eſt, parũ quippe expertus medicus dici poterit, qui nõnunq̃ duas quartanas in eadẽ die infeſtantes vidit.

Durationis præciſſe vigiti & quatuor horarũ in ephemeris cauſa febrib9 exprimitur, & quando duę, vel tres ephemeræ coniũgi poſſunt declaratur.

¶ Pari ratione variari ſæpe durationem diariarum teſtamur. Adeo enim ingens eſſe poteſt multitudo fumorum inferentium cordi damnum, vt non tantùm per vigintiquatuor horas frequenter & velociter dilatari & conſtringi cor efficiant ipſi, verùm vlterius durare cogant. Idque eſt, quod Galenus parum poſt principium libri noni methodi medendi dicebat, cùm duas vel tres ephemeras ſucceſsiuè vnã poſt alteram poſſe contingere teſtabatur. Etiam tanta copia fuliginũ aceruari poteſt, quòd humores inficere valeat.hoc tranſire diariã in putridam Galenus in citato loco nominat. Durare tamen minus, quàm per viginti & quatuor horas diariam febrem,rarò non immeritò accidit. quia ſcilicet ſi adeò exigua foret exhalationum portio, vt corde in febrem concitato, per minus multò tẽpus quàm viginti quatuor horarum abſumeretur, cor in relatos motus dilatationis & conſtrictionis veloces & frequentes nõ concitaretur,quòd exigua ſit ſtimulatio,& non ſufficiens illud laceſſere.Cumq; forte fortuna contigiſſet quòd per minus, quàm relatum tẽpus febris infeſtaſſet. id accidiſſet, aut malitia paucarum fuliginum, quæ adeò vellicare,vt multitudo earundem valeret, ſeu imbecillitate facultatis vitalis,quæ ab exigua cauſa infeſtari poſſet,vt Galenus loquẽdo de rigore libro decimo methedi medendi.cap.4. dicebat. ⁜ At concuſsio quidem iſta,quæ fit in rigore,ſuccedet propter eorum, quæ feruntur excremẽtorum,tum multitudinem,tum acrimoniã,tum impetus celeritatem, tum laborantis virium infirmitatẽ. Nã & quæ multa paucis, & quæ qualitate ſunt inſigni, iis, quæ ita non ſunt, mordent magis. Pari modo & quæ cum celeritate feruntur,iis,quæ tardè. Iam vires vbi valentes ſunt, omnia contemnunt ac tolerant·vbi infirmæ ſunt redditæ, vel abs quouis offenduntur. ⁜ In vltimis verbis expreſſe ſcribendo imbecillitati non parum dandum, nam aleuiori cauſa prorritari imbecillam facultatem teſtatur.

Alia cauſa intermiſsionũ febrium redditur.

¶ Et quòd febrilis circuitus alia cauſa non diſsimilis præteritis reddi poteſt, ideo hanc non tacere decet.Cùm enim docuerimus febrem concitari tunc,cùm tanta copia fuliginis humoris redundãtis, aut putrentis ſanguini cordis admiſta ſit, vt cordi ſenſibile nocumentum inferat, coniectari poſſumus, febrem illã breuius redituram,quæ talẽ humorem pro cauſa habet,qui breuiori tempore has fuligines, ſeu vapores nocuos cordi trãſmittere valet: & cùm pituita inter omnes humores, qui intermittentium febrium cauſa ſunt, plures vapores nocuos ſui multitudine & cordis proximitate in cor impellat,inde cõtingit, febres ab hac ortum ducentes quotidie inuadere.Finita nempe vnica acceſsione febrili,ſtatim incipiunt eleuari vapores à pituita per actionem natiui caloris,cumq; breui tẽpore plurimi aggregentur: quia, vt retuli, pituitæ ingens copia in cor-

pore redundat, ipſi congeſti, & ſanguini cordis admiſti, in ſequēti die ipſum & cor immodica frigiditate inſiciendo, compellunt illud in veloces ſyſtoles & diaſtoles attolli, & deprimi: bilis verò, quæ paucior q̄ pituita eſt, & à corde diſtantior in fine febris propellitur, pauciores fuligines aggregādo, & tardius in cor tranſmittendo vſq; in tertium diē non valet, adeò ſenſibile damnum inferre, vt ipſum vrgeat febrim concitare. Melancholia autem quæ ambobus humoribus copia eſt inferior quæ etiam à corde, cùm febris finitur, lōgius, quàm pituita repellitur, non poteſt niſi in quarto die cumulum tantùm fumorum frigidorum & ſiccorum aggregare, quantus neceſſarius eſt, vt febris concitetur.

Caput. xij. In quo argumēta quædam cōtra cauſas à nobis aſsignatas de febriū circuitibus proponūtur ac ſoluuntur.

SI obiicis euētibus cōtraria nos affirmare, cùm in morbis, vbi inſignis copia pituitæ redundat, vt in apoplexia, cathoco, caro, & lethargo, ac paralyſi, & anaſarca, & aliis morbis ab hoc humore ortum ducentibus, minimè febris infeſtet, cum tūc maxime concitanda foret, ſi vera eſſent quæ diximus. Vapores enim eleuati à pituitoſis humoribus ſanguinem cordis infeſtantes febres prorritature erant, vt pituita eiſdem abſumeretur, indeq; calore febrili corripiēdus æger iuxta aſſerta à nobis foret: quod, vt dixi, euentus nō teſtantur.

¶ Huic obiectioni & ſi faciliter reſpōdere poſſem, negando euentus tales eſſe, quales arguēns affirmat: cū ſæpiſsimè in lethargo febris ſentiatur, vt Aëtius ſermo. 2. ſecūdæ tetrabibli. cap. 4. dixit, ſcribēs. ⁂ Aliquādo etiam in diuturnis febribus per circuitū cōtingit, ægrotos ſomno immergi, velut in quotidianis fit, & ſemitertianis, quādoq; etiā in quartanis. ⁂ Et in apoplexia quoq;, quā latini nōnulli ſyderationē nominant, pulſus veloces & frequētes tanguntur, & manifeſtus ardor exterius percipiatur. Vt plus veritas pateat demus in relatis morbis orientibus ab ingenti copia pituitoſorū ſuccorū febrē nō concitari, nōne inde inferre licet, nos falſa docuiſſe? minimè quippe. Cùm in prōptu ſit cauſa defectus febris in illis ægritudinibus, pituitæ ſcilicet tā inſignis redundātia, quòd potētior ſit ipſa cor infrigidare, q̄ motus cordis ipſum calefacere, vnde ſpūs frigidiores in totū corpus à corde procedētes frigere corpus efficiāt, & iidē cauſa ſint, vt arteriarū tardi & rari motus ſint. Eſſe enim ingētē copiā pituitæ, quæ in relatis morbis infeſtat, vel ex hoc patet, quòd expultrix naturalis vis nō valet illā à cerebro, mēbro adeò præcipuo protrudere, ſi. n. excreuiſſet: nō tam grauiter ægrū infeſtaſſet, hac ergo ipſo redundāte, citiſsimè per ſenſibilia & ampla vaſa in cor ſui grauitate deferetur. Neq; parū iuuat relatam frigiditatē cordis, & totius corporis ſpuū vitaliū extinctio, præſentia pituitæ frigidiſsimæ redūdātis in toto corpore, aut incorde tantum. Etiam eorundem ſpirituum tunc præſens penuria, quæ ingentiſſima eſt ſanguini cordis phlegmate multo ammiſto, quo ſpirituum generatio cohibetur, vitiata materia eorū (ſanguine ſcilicet puriſsimo)

ex qua gignendi erant. Ob hanc eandem cauſam vltra ſupraductas febrim nõ accidere in elephantiã patientibus poſſemus dicere. Vero.n. ſimile eſt, humorem melãcholicũ, præſertim nõ aduſtum in ingentiſſima quantitate redundãtem in venis & toto corpore leproſi, infrigidare adeò cor illius, vt & ſi velociter & frequenter moueatur, nõ poſſit motus, cordis ſubſtantiam calefacere. Qui humor etiam cor eorũdem efficiet pigerrimum ad dilatationem & cõſtrictionem, tam quòd ſubminiſtret cordi nutrimentũ grauiſsimum (talis enim ſuccus relatus eſt, cùm ſit terræ proportionalis) quàm quòd inficiat materiam ſpirituum vitalium, quorum influxu cor proprias exercet operationes.

rgumentũ ıctũ quod uerſus au: oris ſenten duximus ſoluimus, olubile eſ: a Galeni ſe :toribus o: nditur.

¶Certè validius argumẽtũ aduerſus ſentientes cũ Galeno eſſet, quòd ſi putredo humoris pituitoſi cauſa febrilis caloris foret, in omnibus patientibus paralyſin per annum, aut dimidium, ſeu per diutinũ aliquòd tẽpus, febris conſpicienda erat. Nã in his tã pituita intra venas mẽbri reſoluti, & totius corporis cõtenta, quæ cauſa antecedens nominatur, quám quæ in poroſitatibus mẽbri affecti includitur, putridior futura erat, quàm eius, qui quotidianã febrẽ patitur. Si enim inter putredinis cauſas obſtructio potiſsima à Galeno recẽſetur, imò hãc ſolã putrefactionẽ efficere ſæpe dixiſſe videatur, nõ eſt cur in reſolutis, quorũ venæ & arteriæ ſuperflua humiditate & frigiditate adeo concidere percipiuntur, vt parũ ſucci ſanguinei intra ſe cõtinere permittant, vnde reſoluta mẽbra gracilia redduntur, nõ ſit inſignior obſtructio, quã in febriẽtibus, calore febrili dilatãte, & attenuãte, & obſtructionẽ cohibẽte. Negare enim nõ putrere pituitã paralyticorũ, & atteſtari febrientiũ putridã pituitam eſſe, non ſolum ad libitũ dictũ, ſed abſurdũ videtur, tã ob rationẽ ductam, quàm quòd quæ expurgatur à febriẽtibus phlegma adeò alba, & tenax, vt quæ à reſolutis per deuorata pharmaca educıt, conſpicitur. Etenim ſi fortè ingẽtiore putore nares infeſtat à febrientibus phlegma eductũ, quàm reſolutorum, non inde inferre licet illud putridius eſſe, quàm hoc. Calor enim tam putorem quàm odorem auget, & fouet. Fortaſsis certè ſi ſolari vel igneo calore pituita educta à reſolutis alteraretur, putidior quam quotidianam febrem patientium fuiſſet.

¶Nonnulli quoq; proteruiẽt melancholiã cancrorum non eſſe putridam, & quartanã patientium ſic: quia cãcri non vlcerati nullum putorẽ ſpirent. Qui certè decipiũtur, cùm ſi illa ratione mouendi eſſent, primò oſtẽſuri erant, melancholiã ſyncerã affectorũ febre quartana putorẽ reddere. Quod minimè efficere valebunt: cùm neque ea, qua ſplẽ ſcirroſum febrientiũ redundat, malum odorẽ quantũuis proximi ſpleni efficiamur, ſpirat. Neq; quæ per ſanguinis miſsionẽ extrahitur. Si enim, quæ per aluũ expurgat, fœtet. non ob aliud, niſi quia per putidũ locũ, puta per inteſtina, tranſit.

¶Errat quippe, qui exiſtimat, putrentem melancholiã cancrorũ fœtorẽ ſpiraturã, quia inflãmationes ſuppuratas & apertas noſcimus, odorem virulentum ſpirare, ignorãs ille, quòd & ſi ſic eſſet, diuerſæ ſubſtantiæ cùm putrent, diuerſo modo afficiãtur. Ex calidis certè & humidis rebus putrentibus experimur, odores horrẽdos efflari, vt ex ſangui-

ne & carnibus quorũuis quadrupe-
dũ, & ex nõnullis ſeminibus putren
tibus,verũ ex innumeris aliis rebus,
cùm putrẽt, nullũ diſſlari peſsimũ
odorẽ,omnes ſcimus. Quis enim ca
rie cõſumpta ligna negabit,non pu
trere illa, fœtorẽ tamẽ nõ reddere?
Ac quis nõ videt, ex glebis putrenti
bus & nõ fœtẽtibus mures gigni, &
lanas techis per multũ tẽpus inclu-
ſas putredinẽ citra fœtorẽ pati. Fœ
tor enim nõ eſt paſsio propria putri
darũ rerũ:cùm & multa comitetur
entia in ſua naturali diſpoſitione
exiſtentia,neq; omnibus putridis re
bus conueniat: quia,vt dixi,frigidis
& ſiccis putreſcentibus nõ accidat.

Octaua ratio cõtra Gal.ſectatores ſupius ducta hic iterũ refertur & alia hic improbantur.

¶ Porrò ego capere nõ poſsũ,quo
modo Galenus,& eiuſdẽ æmuli, nõ
videant calorẽ febrilem nequaquã
poſſe trahere ortum ab humoribus
putreſcẽtibus,cùm ſi inde oriretur,
tunc calor intenſior futurus erat,
cùm homo proximior eſſet morti,
& etiã quãdo vita functus fuiſſet:nã
tũc plus quàm in alio tẽpore putri-
di ſucci à gubernatione ac cuſtodia
naturæ deſtituti liberius cæteros in
ficerent,& maiorẽ putredinẽ ſibi aſ
ciſcerent. Cuius contrariũ euentus
mõſtrant,proximos ſcilicet morti,
& defunctos in plurimũ frigere. Si
enim aduerſi teſtentur, extinctionẽ
ſpirituũ vitalium eſſe cauſam frigi
ditatis moriẽtium,vera fatebuntur
& noſtris placitis conſona, ab his e-
nim plus iuſto calefactis, oriebatur
calor intenſus febrilis, & ab eiſdem
moderatus tẽpore ſanitatis calor re
ſultabat: verũ ſi putredinalis calor
intenſior foret,q̃ ſpirituũ,vt proter
uientes rẽtur,iis extinctis, adhuc in
tẽſio caloris febrilis vigere deberet.
Plus quippe conferret ad caloris fe
brientis augmentũ auctio putredi-
nis,& humorũ putridorũ,quàm de-
fectus ſpirituum ad corporũ infri-
gidationẽ. Id certe, quod Auerrois
dicebat,metiri calorem extraneum
ad menſurã caloris naturalis,eſſe ve
rum nõ poteſt, ſi caliditas extranea
eſſet cõtraria naturali calori, nam
oppoſitũ euenturum erat. Vt enim
quia calor & frigiditas contrarian-
tur, tantum augetur calor, quantũ
frigiditas ſecum exiſtẽs remittitur:
ita tantum augmentanda eſſet cali
ditas putredinalis,quantum minue
retur caliditas naturalis,de his non
pauca ſuperius diximus.

Quedam inanis ſolutio improbatur.

¶Dicet alius,morientium corpo
ra propter intenſionẽ febrilis calo-
ris ortum ducẽtis à putridis ſuccis,
prope mortẽ ac poſt frigere,ex hoc,
quòd calor putredinalis valeat cor
pus ægri calidum intenſiore calore
afficere,dum ipſum ſufficienti calo
re cordis alteratum reperiebat: &
prope mortem & poſt interitum æ-
grorum,idẽ aſſequi non poſsit,quia
cadauera, amiſſa anima, acquiſie-
rint aliam complexionem ſecundã
diuerſam multò à priore viuentiũ.
Vt enim viuentiũ temperatura ca-
lore actuali aſſeruabatur, ſic cada-
uerum frigiditatem poſcat,quã vin
cere putredinalis calor non valeat.
Verùm hoc nihil prodeſſe, vt no-
ſtræ rationis vim euadãt,vel ex hoc
conſtat. Primò,quòd ipſi aſſerebãt,
vt diximus, calorem putredinalem
intenſiorem eſſe cordis calore, ac
tantæ vis fore,vt vincere eundẽ,etiã
ſi reſiſtat inductioni caloris putre-
dinalis poſsit.Ergo cùm cor,& par-
tes omnes corporis humani appetẽ
tes ſuæ formæ conſeruationem,quã
putredinalis calor,vt iſti credũt, ex
tirpat,cedũt, & ſuccumbunt calori
putrido victori, cũ febre homines
apprehẽdũtur.neceſsũ erit cõfiteri,
cadauera multo minoris reſiſtẽtiæ,

ac in

ac in putrefactionem tendentia, fu tura promptiora concipere febrilē calorem, quàm viuentia. Secundò, quòd Galenus primo de febriū differentiis.cap.quinto teſtatur, ſtercorum putredinem, quam ſimilem dicit eſſe humorū humani corporis putredini, adeo intenſum calorem producere,vt ignis inde quandoque oriatur. Et etiam euentus docent,lapides incluſos intra ſtercora putreſcentia calidos reperiri: ſed hi multò magis quàm cadauera frigiditati reſiſtunt: ergo vt putredo ſtercorū valuit lapides proximos ſibi calefacere, ita putridi ſucci in venis defuncti incluſi calorem putredinalem,febrim ſcilicet, quam in corpus viuens intulerant,potuiſſent cōſeruare. Minus enim eſt conſeruare productam qualitatem, quā in paſſum reſiſtens inducere eandem. Tertiò, quòd viuentium corpora morti proxima,non amiſerunt propriā temperaturā,quo aduerſus fauetur: & cùm multos morti proximos ex febribus frigidos per diem aut dies aliquos durare experiamur, impoſſibile videtur in iis putredinalem calorem per potiorem humorum partem vagantem, & fumoſas exhalationes in cor impellentem, nō immodicè calefacere cor, & ipſum reliquum corpus: aut ſi id defectu ſpirituum,per quos deferendus erat in totum corpus calor, non valuiſſet cor efficere,ſimplici alteratione, & relatis fumoſis exhalationibus ex putridis humoribus eleuatis,totum hominem non caleſcere, delirus tā tùm aſſeuerabit. Præſertim quòd hic adhuc cogēdus eſt dicere quod calore ille putredinalis intenſus, quando in nulla alia corporis parte perciperetur, ſaltim in loco vbi humor incluſus eſt, eſſet percipiendus, qui & ſi animal mortuū ſecetur,nō ſentitur.Et quòd hæc Galeni ſententia ſatis ſit per antecedētes rationes improbata, non eſt, vt quid agendo de his plus immoremur.

¶ Obiiciet fortè alius,nos inſufficienter aſsignaſſe cauſas circuituū febrium per multitudinē pituitæ, & paucitatē melācholiæ,& mediocrem molem choleræ. Quia dicet ille,quòd & ſi in ſanis corporibus illam proportionē humores ſeruēt, in ægrotantibus non inconueniet vice verſa eoſdem ſe habere. Quod ego meritò inficiabor. Qualiter.n. manēte vita exiſtimari poteſt, plus melancholiæ frigidæ & ſiccæ redūdare poſſe, quàm pituitæ natæ per vlteriorem coctionem in ſanguinē calidum & humidum verti. Sed vt pateat argumenti exigua vis,demus aduerſo, quod ſupponit, non enim inde quid contra noſtra aſſerta inferet. Concedam certè tantam copiam humoris melancholici quandoq; redundare, vt nō ſolum cogat ægrotantem febrire de quarto in quartum, ſed & quotidie affligere conſtringat, quod paſsim in patientientibus tres quartanas accidit. Etiam tantam bilis molem aggregari in aliquibus, vt duabus & tribus corripi tertianis compellat.Ac tantam pituitam ſupercreſcere in nonnullis, vt bis in quouis die febre infeſtari illum ægrotātem experiamur. Tandem ratio, quæ aſsignata eſt,certorum reditū, vigorē habere aſſeueramus, cùm humores non adeò excellunt quantitatem naturalem, vt cor frequentius inſtimulent,quàm in plurimum ſolent.

Alia obiectio proponitur cōtra cauſas itermiſsionū febriū & ſoluitur.

Caput. xiij. In quo

cauſa aſsignatur cur aliquæ febres per nonnullos dies vniformiter infeſtent, quæ continentes nominantur, & aliæ in ceſanter affligentes in certis diebus augeātur.

AVDISTIS iam modum, per quem accidere reditus febriū exiſtimamus, qui fermè ſimilis eſt excretioni ſanſanguiuis menſtrualis. ſupereſt tamen explicare cauſam, ob quam cōtinētes febres vniformiter infeſtēt. Etiam, quæ continuò affligunt, certum augmenti tempus habeant, tertianum, aut quotidianum, ſiue quartanum. Nec non improbare formas circuituū febrilium à galeno & cæteris medicis ſcriptas, & palàm mōſtrare, qualiter omnia, quæ obiecimus aduerſus eos, qui opinabantur, febres pendere à calore putridi humoris, minimè noſtris decretis aduerſentur, imò eiſdem faueant. Primùm ergo continentium febrium, quas homoteneas alio nomine appellant, cauſam aſsigno.

Continentiū febriū cauſa. ¶ Quam eſſe conſimilem præteritis reor, humoris alicuius tantā redundantiam, ſiue tam vitioſam diſtemperiem, vt nequaquàm cor valeat à ſe propellere, proritantē dilatationis & cōſtrictionis totam cauſam, aut eius ſenſibilem aliquā partem, quo in motu perſeuerante, neceſſe eſt febrem quoq; durare, ab illo enim immodico motu cor calefieri, ac inde totius corporis ſpūs calidos euadere, iam ſæpe diximus.

Cùm autem febris fuerit continua proportionalis, in illa diei hora augebitur, in qua cor protrudere à ſe inſignem portionem infeſtātis cauſæ non valuerit. Tunc verò ſenſibiliter imminuetur, cùm ſenſibilis portio fuliginum, ſiue humoris vitioſi à corde ſecernetur, & ſi adhuc maneat ſufficiens quātitas, quæ cor laceſſat, & ipſum in frequentes & veloces motus dilatationis & cōſtrictionis aſsurgere cōpellat. Cùmq; vitalis hæc vis ſit, quæ media inter naturalem puram inanimatorū & voluntariam hominum cōſiſtit, vt in Antonianæ Margaritæ parte prima docuimus, aliquando hanc augeri, & ſtatim imminui, nihil inconuenit, prout maiore, aut minore conatu ipſa inſurgit, & prout ſpirituum vitalium maior, aut minor copia in corde redundat, ad quorū proportionem, & materiæ infeſtantis auctionem, in ſecunda, aut tertia aut in quarta die calor febrilis augmentum ſuſcipit, & non rarò in eadē die bis, & ter, pluries, aut rarius.

¶ Præterire quidem indignum videtur Galeni errorē ac cætere familiæ eundem ſequentis, etiam admirari cogor, quomodo à ſuis erroribus non reſipuerint, quādo inquirunt acceſsionum febrium cōtinuarum cauſam. Si enim verum eſſet, quod ipſi autumant, in febribus ſcilicet cōtinuis proportionalibus, humorem putrentem intra vaſa includi, & in ſecunda, aut tertia, ſeu quarta die acceſsionis ipſum excerni de vaſis magnis ad parua, febrem tunc imminuendam potius quàm augendam faſuri erant, diſtantiores nempe à corde ſunt venæ paruæ q̄ magnæ. quòd ſi huic obiectioni reſpōdeant proterui, ipſos dicere ideo in tēſiorē febrē in dieb⁹ proportionalibus infeſtare, quoniam humor putredinem paſſurus ad cutis partes tūc putrecēs protrudatur, & in aliis intermediis diebus mitius affligat,

quòd nullus de nouo putreat ſuccus,ſed præteriti putreſcentis quædam exigua portio intra venas incluſa foueatur ab humoribus proximis,quo diſtingui continuam ab intermittentibus, in omnimodam infebricitationem deſinentibus affirmant. quia earum putreſcens humor extra venas diſtributus in totum exhalat. nihil quod proſit dicẽt. quãuis euaſio hæc manifeſtè eliciatur ex Auicenæ ſentẽtia fen prima quarti.tractatu.2.cap.primo. Si enim ob prædictam cauſam talem qualem experimur ſeruaſſent affligendi ordinem, quæ proportionales febres dicuntur, nullæ febres homoteneæ ſeu continentes accidere poſſent. Illationis bonitas manifeſtè patet. Quia ſi humor putreſcens intra venas non aceruatim & ſimul putret, ſed per temporis interſtitia partes eiuſdem putreſcunt, vt aduerſus teſtatur, febres continentes non vniformitatem, ſed augmenta & decrementa ſuſcepturæ erant. At ſi dixeris in homoteneis vniuerſos venarum humores,vel potiorem eorũdem partem ſimul putredine occupari, vt citatus Auicena in loco prædicto referebat, cùm dixit.

Et quando putredo eſt intrinſeca dominãs ſuper venas omnes, aut ſuper potiorem partem earum,quæ cordi proximæ ſunt, non ſunt forſan additiones & diminutiones apparentes. Statim obiiciam ego, ſequitur ergo, quòd humores putridi eſſe ſemper proximi cordi occaſio ſunt, vt febris vniformiter affligat, & eoſdem à corde diſtare, & iterum proximos eidem eſſe,efficere reditum febrium intermittẽtiũ, & auctionem proportionaliũ,quòd nos teſtamur.in quo noſtrũ vterque cum altero cõueniet: nobis noſtros aduerſos præexcellentibus in reddẽdo veram cauſam caloris febrilis, quod ipſi efficere minimè valent. Sed de relatis improbationibus ad præſens fuſius agere non videtur,vt negotium incæptum proſequar.

Capur. xiiij. In quo argumenta contra Galenum ducta contra noſtram ſententiam minimè procedere oſtẽditur,vbi quoq; cauſa reditur cur bruta nõ febriant.

QVOD ergo ex illis tribus, quæ ſcribere promiſi, ſupereſt exarandum, illud eſt, palã monſtrare, omnes obiectiones à nobis adductas, quæ ingentem vim contra Galeni ſententiam in re,de qua agimus, habent, nullatenus contra noſtra decreta procedere.Prior enim, quòd cordis & ſpirituum calor intenſior ſit,quàm putreſcẽtis humoris, nobis manifeſtè fauet: tantum abeſt, vt argumentũ contra nos dici poſsit, Ex noſtris decretis minime etiam infertur,ſecũdũ quod dicebamus ſequi ex aſertis à Galeno, bruta febres tertianas & quartanas paſſura, quod non experimur quin oppoſitũ vt Plinius lib.7. cap.50.teſtatur, atq; vt aues multæ ab aucupib9 & coquis interẽptæ iecur, aut aliud internũ viſcus tumidum habentes,& oues,ac alia innumera quadrupedia exta vitiata habentia oſtendunt, nam omnia hæc ſine febre vixiſſe compertum habemus.Nos enim nequaquam affirmamus putreſcẽtes humores calorem febrilem in corpus huma num procreare,ſed,vt audiſtis,cor ipſum ve-

loces

loces & frequẽtes dilatationis & cō
ſtrictionis mutus exercens, ſeſe cale
faciendo, ſpiritus vitales, & ſangui-
nem calefacere, indeq; totũ corpus
caleſcere. Quod genus motus cor-
dis ita fuit collatum à natura ho-
minibus, vt cauſæ morbificæ eorun
dem febrili calore extirparẽtur, vel
concoquerentur, quod nullis aliis
animantibus conueniat. Neq; ſecor
diter id effectum, quin cõſultò à na
tura prouiſſũ. Cùm enim humana
cutis quàm omnium animaliũ qua
drupedũ tenuiſsima ſit, aptaque vt
per eam humores trãſpirent, ac dif
flentur, meritò commenta eſt natu
ra febrilem calorem in hominibus
in relatum vſum, aliiſq; denegauit
beſtiis: quibus ſi conceſsiſſet idem,
quod hominibus, eleuata per vim
febris immodica vaporum copia,
& prohibita perſpiratione eorun-
dem per cutis dẽſitatem, maiora in
commoda, quàm commoda brutis
pareret. Aues autem etſi tenuiorem
multo cutim quàm beſtiæ habeant,
tenuitate à cuti humana vincũtur.
vt Ariſtot. 2. de anima. textu cõmẽ.
94. & cap. 40. de ſenſu & ſenſato do-
cebat. Sed quanq̃ pares cuti nobiſcũ
aues eſſent, cautè à natura prouiſũ,
febrili calore non mederi ſuis mor
bis, quòd cùm ipſis ſit volatus loco
inceſſus hominis & progreſſus be-
ſtiarum, & volatu celeri quem aucu
pando ſæpiſsime exercent, quaſi to
ta die frequenter & velociter pro-
pria corda dilatent, & conſtringãt,
non erat vt quid celeriorem motũ
conferret, qui calorem auium auge
ret: ille enim auctus, potius iam vre
ret, quàm diſſlaret. Eandem quoq;
ob cauſam vltra relatas, beſtiis qua-
drupedibus, quæ alimentum adecẽs
venando erant conſequutura, febrẽ
denegauit. In piſcibus marinis &
fluuialibus inutilem eſſe febrem, no
tiſsimum quibuſuis eſt. Non enim
tantùm potuiſſet prodeſſe calor fe-
brilis diſſoluendo in vapores mor-
boſam cauſam & cutim raram effi-
ciendo, vt tranſitui eorum cederet,
quantum obeſſet aqua fluuialis, aut
marina per eoſdem poros in piſcis
intima delapſa. Inſecta quia omnia
fermè frigida & ſicca ſunt, ſangui-
neq; carentia, ad expellẽdos ſuccos
nocuos febre non indigebãt, & quia
pauciſsimi reſpectu ſuæ paruæ mo
lis adhuc ſunt, & quòd ſibi diſpro-
portionalis calor febrilis foret. Etiã
quòd cuti, quantũuis tenuis denſiſsi
ma integantur, quæ vaporum exitũ
cohibuiſſet.

Quędã obi ctio propon tur & ſolui tur,

¶ Et quòd inter reddendum rela-
tam differentiam inter bruta & ho
mines videor affirmare, bruta om-
nia febre carere, quod videtur ad-
uerſari Plinii ſentẽtiæ octaui libri
de hiſtoria animalium cap. 50. de ca
pris. vbi Archelai authoritate eaſ-
dem per aures ſpirare, & nunquam
febre carere, teſtatur, dicens, Auri-
bus capras ſpirare, non naribus, nec
vnquam febre carere Archelaus au
thor eſt. Et alteri ſententiæ eiuſdẽ
libro citato. cap. 32. de ceruis. referẽs
prope finẽ capitis. ⁂ Febriũ mor-
bos nõ ſẽtit hoc animal, quin & me
detur huic timori. ⁂ Ideo ſatisfa-
cere iis duabꝰ obiectionibꝰ cogor.
Nullas enim alias, quòd memoria
conſequar, apud relatum authorẽ,
nec in vniuerſis libris de hiſtoria a-
nimalium Ariſtotelis, quæ beſtias
febrim pati dicere videantur, inue-
nio. Sed Plinium ipſum ſatis apertè
explicare prioris ſenſũ, verba eiuſ-
dem, quæ poſt recenſita ſequuntur,
manifeſtè oſtendunt. addidit enim.
⁂ Ideoq; fortaſsis, quòd anima, id
eſt, halitus his, quàm ouibus arden-
tior

tior, calidioreſq; concubitus. ⁂
Quaſi dicat, Non vera eſt in rigore
Archelai ſententia, ſed ſi aliquam
veriſimilitudinem habet, eſt, quòd
febrem Archelaus vocitet halitum
calidum caprarum. ſecundam ſen-
tentiam expoſitione non indigere
logici intelligunt, quia cũ dicimus
ceruum non ſentire febrim, ex nega
tione illa nõ poſſumus ellicere afir-
mationem, puta quòd alia anima-
lia illam ſentiant. Plus ergo Plinius
videtur ornatus cauſa ſic dixiſſe,
quàm quod cõtrarium ei quod præ
dixerat libro ſeptimo ſentiret.

¶ Tertium quoq; argumentum de
febribus inuadentibus homines ſta
tim cùm aliqua ex præcipuis corpo
ris particulis vulneratur, cùm no-
ſtris partibus faueat, non eſt, vt quid
diſſolui à nobis poſcat. Prædiximus
enim veloces & frequẽtes motus di
latationis & conſtrictionis cordis,
vulneribus recenſitis illatis, neceſſa
rio ſequi, quòd per illa vulnera cõti
nẽs aër, & ex corpore eleuati nociui
fumi, & ſpirituum vitalium acerua
ta reſolutio adeò cordis ſanguinem
inficiant, vt ipſum dilatari & con-
ſtringi frequenter & velociter co-
gant: quaſi per hoc cor putet, à ſe
excerni poſſe, quæ ſui ſubſtantiam
malè afficiunt. Atq; etiam, vt mul-
tum ſpiritum in membrum vulne-
ratum propellat. Quo inſtrumento
natura humana vtitur ad quoſuis
morbos depellendos.

¶ Quarta & quinta ratio etiam â
nobis ſoluta eſt. Dicebamus nempe
nos, fuligines ex humoribus putreſ
centibus eleuatas non eſſe, quæ calo
rem febrilem gignãt, & procreent,
ſed ſpiritus calidos factos à corde
verſo calidiore, per motum immo-
deratum humana corpora febrili
calore afficere.

¶ Sextam, & ſequẽtes rationes no
bis minimè aduerſari, notiſsimum
eſt. Quapropter & quoniam nõnul-
læ agunt de rigore antecedente fe-
bres intermittẽtes, de eis in præſen-
ti loco quicquam agere non placet,
quòd peculiarem tractationem de
hocce negotio inferius ſum habitu
rus.

Capur. xv. In quo fuſſe exprimuntur nõnulla, quæ ex noſtris aſſertis de febriũ eſſentia ſequuntur, obiectionibuſque quibuſdam reſpondetur. Veraq; cauſa cur febrientes moriantur, explicatur.

EX antecedentibus
placitis noſtris ſe-
qui videtur, febrẽ
medellam morbo
rum eſſe, morbũq;
minimè dici poſſe
Nam hanc ego fateor, commentam
eſſe à natura, vt cõcoquat ſuccos in
coctos, aut vt per halitũ eos difflet.
Sed id affirmare euentibus contra-
rium eſſe aduerſus obiiciet, cùm ne
mo ſit, qui inficietur febrem mor-
bum eſſe. Non enim tantùm periti
& imperiti medici hãc ægritudinẽ
eſſe referunt, quin ſine hac neminẽ
mori poſſe plurimi affirmant, quo
doctrinã noſtram labefactare Gale
ni ſectator putabit: maximè, quòd
ſi febris morbus non foret, morien-
tes febricitando à quo morbo inte-
rirent, explicare medici nõ poſsẽt.

¶ Huic argumentationi non ſine
diſtinctione reſpõdere expedit. Aut
enim inferre volunt aduerſi, ſic fe-
brem immediatè operationibus hu
manis perpetuò ſenſibiliter officere,
re, vt nunquam eiſdem proſit per ſe
vel

vel per accidens,& ſic, febrim mor-
bum nominari,negamus.Quin pau
cos hominis affectus tales inueniri
confitemur.Frigiditas enim ex ſym
ptomate adeo ſæuo,vt ſyncopis,etſi
nonnunq̃ grauis morbus ſit,quãdo-
q; medetur ſynochis, & aliis febri-
bus,vtGalenus teſtatur lib.9.metho
di medendi cap.40.venenoſarum e-
tiam rerum qualitates inductæ in
noſtrum corpus,nom ſemel, ſed ſæ-
piſsimè elephantiæ, & aliis morbis
ex venenis oppoſitis deuoratis me-
dentur,vt plurimi ſciunt, & harum
venenatarum rerum proprietates
in beneualentibus nõ tantùm mor-
bum,ſed interitum inducerent. In-
numeri quoq; huius ſortis affectus
humani inueniuntur.Aut aliud Ga
lenum ſectantes inferunt, febrẽ ſci-
licet operationes humanas per acci
dens ſæpe ledere: quanquam ex pro
feſſo naturæ,vt conferat illis, ſit ge
nita.Et id nos non inficiamur.Neq;
hoc peculiare eſt huic afectui, quẽ
& paſsionem, & ſymptoma nomi-
nare poſſes (de nominibus nẽpe cu-
ra pauca habenda eſt, ſcriptoris mẽ
te concepta) verũ vomitui, alui ex-
cretioni,ſternutui,& mille aliis cõ-
uenit affectibus. Omnes quippe ſci-
mus, redundante in ventriculo no-
ciuo humore,vel alimento,vomitũ
prodeſſe concoctrici facultati ven-
tris, quæ ob præſentiam expulſorũ
alimenta deuorata decenter coque
re non valebat,& poſt ſuperfluis ex-
cretis valet,eodem immodicè perſe
uerante,nocumenta non exigua vi-
tæ inferente.Alui purgationes mo-
deratas nobis cõferre,cùm incoctis,
aut vitiatis humoribus redũdamus,
notiſsimum eſt. Et has immodicas
multos in vitæ perniciẽ duxiſſe,etiã
eſt manifeſtum.Sternutationẽ quo-
q; relatam euacuationum normam
ſeruare,nemo ambigit. Cumq; quæ
rit aduerſus cauſam interitus febri-
entium,facilè illi reſpondemus,de-
fectũ materiæ,ex qua gignendi ſunt
ſpiritus vitales, in plurimum eſſe.
Vt enim ſuperius diximus, humor
vitiatus,aut plus iuſto in corpore re
dundans, inficit purã ſanguinis par
tem, ex qua ſpiritus vitales procreã
di erãt,qui ſimillimi flammulæ lu-
cidiſsimæ ſunt,vtGalenus in de pla
citis Hippocratis & Platonis lib.7.
videtur dixiſſe. Qua in tantum infe
cta,vt eorum copia ſufficiẽs pro vi-
ta aſſeruanda gigni non valeat, ſta-
tim æger moritur. Horum defectui
quanquam ſæpiſsimè febris medea
tur,ſanguinem purum per euapora
tionem ſuperflui reddendo,per ac-
cidens cùm immodica humorum
vitiatorum copia redundad,ipſum
febris ipſa auget, abſumẽdo vnctuo
ſam, & aëream illã puri ſanguinis
partẽ,ex qua vitales ſpiritus gignen
di ac diſtribuẽdi pervniuerſum cor
pus erant. Et ex relata differentia fe
bres ſalubres & mortales nominan
tur.Illæ enim ſalubres dicũtur,quæ
vt naturæ inſtrumẽtum ſunt, prius
difflare, aut concoquere humorem
noxium valent,quàm materia ſpiri
tuoſa in febrientibus deſit. Illæ au-
tem mortales,quibus oppoſitum cõ
tingit.Putare enim febrem continẽ
tem,exempli gratia, intra ſeptimũ,
aut quartumdecimũ, ſeu quemuis
alium diem decretoriũ ægrum in-
terimere, quòd tam ingentem calo
rem in membrorum ſubſtantiam
inducat,vt eo forma humana aſſer-
uari non poſsit, ſed deſtituere cor-
pus cogatur, vanũ eſt: cùm multos
ex exercitio,vel calore ſolari perci-
piamus, multò calidiores ſeipſis fe-
brientibus relatis febribus eſſe. Præ
ſertim cùm perdies aliquot ante o-

bitum

bitum cōtingat,ipſos neq; exterius, neque interius calere,ſed frigere,vt halitus frigidus ex pectore eductus & cutis exterior teſtantur. Porrò ſi diſproportionalis animæ humanæ foret caliditas febrilis, intēſiore calore exercitati aſſeruanda nō eſſet. Nēpe ſi caliditate vt tria aquæ forma conſeruari minimè poſſet, miraculum eſſet,calore vt quatuor nō corrumpi. Euadi enim non poteſt huius ſimilitudinis vis per differentiam ſpecificam inter febrilē & naturalem calorem, quia eſſe eiuſdē ſpeciei probauerimus. Etiam quòd febrientem proximum morti eſſe minus calidum,quàm ante ſæpiſsime experiamur:vbi ſi per diſtemperātiam calidā moreretur febriens, cùm vigebat calor putredinalis moriturus erat,& non poſt, cùm remittitur.

ebris e no nes. ¶Tandem febris,morbus,& ſymptoma, et morbi cauſa nominari deuerſis reſpectibus poteſt.Eademq; morbi medella potiſsima alia cōſideratione dicitur. Neque mirum hoc,cum ſcamonio,& tyro, & aliis calidis medicamentis idem contingat.Relata enim & ſi inducendo intenſiorem calorem quàm corpori humano conueniat, & venenatam vim,noceant, & calidum morbum nonuunquàm inferant, morbificā cauſam extirpando,conducunt, vt papauer,mandragora, & alia frigida per alium modum quandoq; cōferunt,nonnunquàm nocēt. Febris ergo prout ſignum eſt, infauſtum, & malum ſignum dici debet, quòd portendat adeò ingentem morficā cauſam in corpore includi,vt cogatur cor ipſum producere eādem,tamen vt cauſa eſt, proficua morbis medendis nominabitur. Conſimile huic vomitui, ſternutui, & aliis expulſionibus à natura commētis, vt morborum cauſæ depellātur,accidit,vt diximus. Iſta enim ſymptomata,ſiue accidentia(non enim inſiſto in illa vocabuli differentia, quā Galenus methodi medendi lib. primo capite nono ſcripſit)aut quouis alio nomine vocare velis, infauſtū omen ſunt,ſi tantum cauſa compellēs hæc fieri,animaduertatur. Prout tamē facultatis expultricis vim oſtendunt,ſignum iocundum,& auguſtum dicuntur, ac vtraque ſi immodicè perſeuerant, tam in modū ſigni quàm cauſæ pernicioſæ res nominandæ erunt.

¶Alius etiam opponere nobis poteſt,quòd ſi ii, qui exercentur velociores & frequentiores ſyſtoles & diaſtoles cordis habent,quàm cunquieſcunt, & ex meis confeſsis cor ipſum relatis velocibus & frequentibus motibus calet,ſpiritusq; calidiores quàm ante producit, & inde totum corpus calefit, ſequi videretur, calorem hunc nunquàm defuturum. Quòd ſi in aliquo tempore corpus ex motu calidius redditum coëgit cor velociores & frequentiores dilatationes & cōſtrictiones efficere, q̃ cùm homo quieſcebat, & deinde ipſæ arteriæ dilatatæ proprio motu totū corpus calafaciūt, vt ego atteſtor,impoſsibile videtur durante vita,hunc calorem deficere.Nam ſi cordis velocior & frequētior motus natus eſt producere calorem natiuo intenſiorem,& calor reciprocè cogit arterias frequenter & velociter agitari ad trahendum plus aëris,& maiorem copiam fuliginū expellendam. neceſſariò poſtquam ſemel huiuſmodi calor incepit,duraturus erat per totum tempus, in quo vires cordis ſufficiant motū continuare:cuius oppoſitum experimur.

Quædam ſubtilis obiectio cōtra noſtrum decretum de modo generationis febrium proponitur ac ſoluitur.

experimur. Cùm enim ceſſat motus exterior, in plurimũ calor corporis totius pauſat.

¶Cui obiectiõi æquè aduerſus vt ego reſpondere tenetur. Niſi negare vellit, velociorẽ, & frequentiorem cordis motum ipſum non calefacere, & frequentiorem & velociorem motum crurium, aut brachiorũ, & quorunuis aliorũ miſtorum id poſſe. Quod ultra hoc, quòd ad libitù, & abſque ratione aſſertũ ſit, impoſſibile etiã fore, qui cauſam cur miſta ex motu caleãt nouere, facilè intelligunt. de quo in opere de phyſico negotio edendo, ſi Deus conceſſerit, agam. Si enim ex motu cor caleſcit, neceſſarium erit ſpiritus calidiores, quàm prius reddi, ipſoſquè in totũ corpus digeſtos calidius corpus humanum efficere. Vnde eandem illationem, quam mihi opponebat arguens, & ſibi obiiciãm ego. Sed quia nec per hoc argumenti vis diluitur. ad argumentũ reſpondeo, quòd verum illũ inferret, ſi humana forma vtẽs cõplexione propria, & actuali remiſſa frigiditate, quæ cum cordis calore illo intẽſo ſimul compactitur, abſente motu extrinſeco, immodicũ calorem genitum ab arteriarum motu non corrũperet, vt aqua ſatis calida ab igne, ipſo abſente, per reſiduam frigiditatem calorem extirpat: at cùm hũc, pauſante extrinſeco motu, diſsipet, quẽ corrumpere forma humana prius quám motus ceſſaſſet, non poterat, quòd non tantùm motu artariarũ, ſed membrorum exercitio calor fouebatur, & corã ambabus cauſis caloris productiuis ſuccũbebat, ideo còtinuò poſt extrinſeci motus ceſſationem, calor ſucceſsiuè remittitur, donec in priſtinum ſtatum homo & arteriarum motus reddeunt. Porrò cùm contingit, ex ſuperfluo motu febrim inſurgere, calor febrilis perſeuerat, & ſi motus non adſit, quia humoris vapares aliqui vi caloris commoti & eleuati inficiẽtes ſanguinè, vt dixi, cùm de cauſis diariarum egi, cor proritant, & vellicant, ipſumquè in veloces & frequẽtes ſyſt oles febrim gignentes inſurgere cogunt.

¶Reſtat & dubio alio ſatisfacere. ambiget quippe vllus, impoſsibile eſſe fuligines humorũ putridorum delatas in cor ipſius calorem extinguere, vt ego arguendo contra Galenum ſuppoſui. Primò, quòd ſi ipſæ moderatæ fuiſſent in flamã vertendæ eſſent, vt modicis lignorum fumis contingit. Secundò, quòd experiamur, detento anhelitu, & fumis cordis expirari prohibitis, faciem rubore perfundi, quod potius teſtatur, caleſcere corpus, quàm frigeſcere. Etiam quòd ægris patiẽtibus ex frigiditate morbum pectoris præcipiant medici anhelitum continere vt thorax calidior euadat: quod minimè iuſſuri erant, ſi verũ foret per halitus detentionem cordis calorẽ extingui. Sed hæc obiecta vana ſũt. Primò nempe per id ſufficienter ſatisfacimus, quòd vt non quilibet fumus in flammam conuerti eſt aptus, quin aliquis exinguere eandem eſt promptus, vt fumus ex aliquibus metallis eleuatus moſtrat. imo qui fiũt ex eodẽ ſepo, vel cera ex qua flãma fit. ſi exire prohibẽtur eandem extingunt. Sic neque fuligo quælibet difflata à corpore ſufficit eſſe materia ſpirituum. Eſt enim ſpiritus vitalis flammula quædã ex puriſsimo ſanguine eleuata & non ex quauis materia gigni aptus, qui nõ Alia obiectio ſolui

paucis

paucis proprietatibus eſt dotatus. Secundum dubium per ſequentia diſſoluimus, quòd rubor faciei non teſtatur cor calidius eſſe, quàm ãte prohibitam expirationem, cùm ſi prohibitio perſeuerat, ſtrangulari, & frigeſcere, ac nigreſcere hominẽ conſpiciamus. Rubor enim ille, qui videtur in detinẽtibus ſpiritũ, non aliũde prouenit, quàm ex hoc, quòd fuligines intra cor, & pulmonem, & eiuſdem arterias incluſæ ſanguinẽ ad faciem impellunt, vt thoracis, & cordis capacitas cedat illis, & dimẽſionum penetratio non contingat. Tertiam rationem hoc, diluo quòd præceptum medicorum potius vergit in remedium pituitoſæ materiæ, quæ ſui lentore excreari eſt inepta, quâm in cordis frigiditatem: nam frigiditatẽ, neque calorẽ citra materiã infeſtare humanũ corpus, vt Gal. & eundẽ æmulantes credidere, vanũ eſt, vt ſtatim cùm de eſſentia febris ethicæ egero, oſtendã. Fuligines enim corpori pituitæ admiſtæ, ſuo calore atenuantæ pronã faciunt eãdem, vt vi expultrice pectoris expelli poſsit, quæ prius ſua tenacitate pulmoni inherebat.

…edã Gal. …io ex. 2. de diffe. feb. …oponitur, …a putauit …e probare, … poſſe a re…ndantia bi… febrim fie… ſed a putri…atum. ipſa …e ſoluitur …i icteri ca… …a exprimi… …r.

¶ Sed quòd Galenus ſecũdo de differentiis febriũ in exordio probare videtur, non ex redundantia bilis febrim gigni, cuius cõtrariũ nos prædiximus, neceſſum eſt eiuſdẽ rationem diſſoluere, ne tanti ſcriptoris authoritate, ac eiuſdem ratione nõnulli decepti, libentius ſuo falſo dogmati, quàm noſtræ pellucidæ veritati aſſentiatur. Verba illius hæc erant. Et illud ſupereſt, vt febriũ differentias, quæ in humoribus accenduntur, percurramus, ſi hoc vnũ antea admonuerimus, non ſufficere ad generationem febriũ, ſicuti multi opinantur, ſi ſolùm amara bilis, quam nõnulli ruffam appellant, augeatur. Sic enim omnes, qui morbo regio laborant, in maximas inciderent febres: in eis ſiquidem huiuſcemodi humoris magna in toto corpore copia redundat, non tamen febricitant, niſi alia acceſſerit cauſa, de qua paulò inferius dicemus. Hanc cauſam nõ longè à ſupra ſcriptis dixit eſſe putredinem flauæ bilis. Refert enim, quæ ſecuuntur. Quod in febribus contingit tertianis, hæ ſiquidem flaua bile putreſcente fieri conſueuerant. Quod enim ratio relata, qua ſuadere Galenus videtur, ex ſupercreſcente bili febrim gigni nõ poſſe, nullius ſit valoris ex hoc patet, quòd non omnes qui morbum regium patiuntur, auctam bilem habent, vt Galenus eſt teſtatus, imò in plurimum qui hoc malo afficiuntur, pituitam redundantem habẽt in via illa, quæ à folliculo felleo ad inteſtina vergit: quod manifeſtiſsimè deprehẽditur ex albedine fæcum horum. Stercus enim, quod aluo expurgato eiiciũt iſti, album vt canum conſpicitur, neque alia de cauſa, quàm ob relatã obſtructionem, quæ prohibet in inteſtina deſcendere bilem ruffam deferendam in ipſa ad excitandum expultricem vim eorundem, qua quoq; ſtercus pallidum vertẽdum erat, quippe hæc ad iecur retrocedendo, indeq; in totius corporis venas ſanguini ſe admiſcendo, vniuerſam cutim pallore inficit, nõ ſui multitudine, ſed ſuo indecẽti ſitu. Si enim bilis illa, quæ à felle in venas retroceſsit, verſus inteſtina per naturalẽ viam deferretur, & ſi nõdum expulſa cum fæce extra corpus foret, non maiore copia bilis redundaret corpus illud tunc, quàm ante, cùm cutim bilis inficiebat. Quo manifeſtè

H proba-

probatur, quod oſtendere ſumus ag
greſsi, nõ in quouis morbo regio bi
lem redundare. Verũ cùm nonnun-
quam contingat regiũ morbũ cor-
ripere ſupercreſcente flaua bili, vt
Hippo. ſententia. 62. Aphoris. 4. te-
ſtatur, dicens. ※ Quibus in febri-
bus morbus regius ante diem ſepti-
mum accidit, malum. Et Aphoris.
64. eiuſdẽ libri. Quibus in febribus
morbus regius ſeptimo, vel nono,
vel vndecimo, vel quartodecimo ſu
peruenerit, bonum, niſi dextra præ
cordia obduruerint, ſi verò non, nõ
bonum. ※ In vtroq; Aphoriſmo
ipſo Hippocrate innuente, & Gale-
no expreſsè in commento affirmã-
te, ex ſuperabundantia bilis tranſ-
miſſæ de venis ad cutim, relatos re-
gios morbos ortũ trahere. Ideo cur
in iſtis febris nõ cõcitetur, ratio red
denda eſt à me, qui teſtor, bilẽ ſuper
creſcentẽ febrim gignere: quã dillu
cidæ aſsinabo. Quãuis potius retor
quere rationẽ aduerſus Gal. poſſem,
quàm ſoluere ſuã tenear. Obiiciam
enim ego illi, Iſti, q̃ febriũt, morbũ
regiũ patiũtur, & nõ ex bili putrida
cùm alii, qui nõ febricitãt, conſimi
lem iis patiantur regiũ morbũ ergo
vel vtriq; à cholera ſuperabundan-
te citra putredinem morbum recẽ
ſitũ patientur, vel ambo à cholera
putreſcente ægrotabũt, vel alter ab
vna ex his & alius ab alia. Si primũ
verum eſt, ſequeretur non egere pu-
tredine bilem, vt febrem concitet.
Si ſecundum ſequeretur omnes ar-
cuatos à febre eẽ corripiẽdos. quod
eſt ſibi contradicere. Si tertium det
Galenus ſignum aliquod in colore,
vel alio accidente diſtinctiuum in-
ter ictericum ortum trahẽtem à bi
le non putrida, & alium, qui à putri
da bile pallorem cutis contraxit, &
non inueniet. Nam proponere pro
ſigno, quòd alter febricitet, & alius
non, eſt petere principium. negabi-
mus enim ei putrere bilem cauſam
febrilis caloris eſſe. quia de hoc eſt
tota lis. quod probare ipſe non po-
terit, cùm noſtræ rationes oppoſitũ
demonſtrauerint. Maximè, quòd i-
dem Gelenus nono de compoſitio-
ne pharmacorum ſecundùm locos.
primo cap. refert. ※ Itaq; qui icte-
rum, ſeu morbum regium ex obtu-
ratione incurrunt, ſine febre per-
manent, qui verò ex inflammatio-
ne, omnino febricitant. ※ Vbi nõ
diſtinguit regium morbũ in eum,
qui ortum trahit à bile putreſcen-
te, aut non putreſcente. Et ſi alte-
rum dicat eſſe cum febre, reliquum
ſine ipſa. Non enim dici poteſt Ga-
lenũ voluiſſe exprimere, quòd qui
ab inflamatione oritur, à putrente
cholera fiat, & quòd alius, qui ab ob
ſtructione gignitur, à bile non pu-
trida oriatur. Quia inflammatio,
quæ ſola ſæpe efficit febrim, ex ſu-
perabundante vel ex putrido ſan-
guine non rarò fieri valet, atq; hæc
obſtruẽdo relatã viã procedẽtem à
veſsica fellea ad inteſtina, cauſa eſt
retroceſſus bilis ad venas, & coloris
aurei ictericorũ, & nõ neceſſario pu
trida bilis. Etiã quòd neceſſariũ nõ
eſt in icteritia oriẽte ab obſtructio-
ne pituitoſa, cholerã nõ putreſce-
re, cũ id impertinens ſit. ¶ Perpen-
dere Gal. debebat, quòd nos, puta ſi
febres tunc pauſant, cũ ægri citra in
flãmationẽ iecoris in ſeptimo, aut
aliis diebus criticis icterico morbo
corripiũtur. ipſa putrida bile, quæ
febrem efficiebat, tũc vt cum febris
aderat, ſuperabundante in toto cor
pore. vt adducta ſentẽtia eiuſdẽ ex
principio ſecũdi de febrium differẽ
tiis dicebat. quod etiã ratio ſuadet.
nã nõ ob aliud iſti qui icterico mor
bo à febre euadũt, ſani fiunt, q̃ quòd
bilis trãsferatur de venis ad cutim.

Non

Non inde, quòd bilis putreſceret, aut non putreſceret, dicturus erat Galenus, febres in humanis corporibus gigni, aut non gigni, ſed ex alio, quod oculata experientia relatorum aphoriſmorum docet. puta quòd bilis, quæ redundat, ſiue putreat, aut non, miſceatur ſanguini optimo, ex quo ſpiritus vitales gignēdi ſunt in vaſis cordi proximis. & ex eadem abundante in venis cuti propinquis, aut in cutis poroſitatibus ictericus morbus oriatur. Sed de his non plus, quòd iam horũ nonnihil prius exaratum fuit, cùm argumentabamur cõtra Galenum ſuper cauſis febrium putridarum.

[Q]uædã Ga[le]ni ſententia [a]dducitur ex [qu]a manife[st]e ellicitur [bi]lem nõ pu[tr]entẽ tertia[n]as efficere.

¶Et quòd ad preſens ſit propoſitum, præterire non licet ſententias nonnullas Galeni in relato loco ſecundi de feb. differentiis capite primo. oppoſitum eius, quod ipſe prædixit docentes. refert enim parum infra principium libri. ⁜ Nam tertianæ quidem febres magna ex parte in corporibus fiũt, in quibus naturalis habitus ad bilẽ accedit, atq; in conſiſtentiũ ætate, quæ omniũ maximè bilioſiſsima eſt. Tempore etiã æſtiuo præ cæteris, in quo huiuſcemodi humor dominatur. In locis præterea, quæ calidam atq; ſiccam habent temperaturam, ac in ſimili aëris ambientis qualitate. Vita etiam nõ otio atq; quieti dedita, ſed in laboribus, curis, vigiliis, ſolis incendiis, & ciborum parcitate aſſueta, eorum præſertim calidorũ ac ſiccorum vſus: preterea medicaminum calefatientium atq; exiccãtium immodicus vſus febres tertianas faciliter afferunt. ⁜ Per relata verba manifeſtè docendo, plurimũ bilis aggregari in recenſita ætate, tẽpore anni, & victus ratione, & hanc aſſari promptiſsimã eſſe, putrere ineptiſsimam. Nam ſi à calido & ſicco aſſatio fiat, vt Ariſtot. 4. meteorologiæ tex. comenti. 18. dixit & putrefactio à calido & humido, quod eiuſdem definitio, quæ huiuſmodi eſt, oſtẽdit. ⁜ Putrefactio eſt corruptio propii, & naturalis caloris in vno quoq; humĩdo exiſtentis ab extranea caliditate. ⁜ Non relaturus Galenus erat, febres tertianas in corporibus, a ſe recenſitis, cõſpiciendas. ſi neceſſum eſſet, bilẽ gignentẽ illas, neceſſariò putridã futuram: cùm ſibi compertum eſſet, bilem eorum hominũ, qui recenſiti ſunt, ſi aliquod paſſura foret incõmodum, quo eſſe deſiiſſet, aſſationẽ valde diſtinctã à putrefactione pateretur, & putredinem minimè.

Decretoriorum dierum cauſa facili⁹ à nobis, quàm à Galeno explicari valet.

¶Et quòd iam omnia, quæ valorem vllum habent aduerſus noſtra decreta obiecta à nobis ſunt, ac enodata, inſigne quoddam vltra relata in antecedentibus, quod cũ noſtris placitis quadrat, ſcribere eſt viſum, id eſt, dies, quos vocant criticos, manifeſtã cauſam in noſtra doctrina habere, In cuius inueſtigatione Galenus in lib. 3. de decretoriis diebus palàm aberrauit. Vt enim nos teſtamur tertianas, & quartanas in relatis diebus affligere, & in aliis minimè, quòd facultas expultrix cordis, & arteriarum, ac venarum humorem multum aut vitiatum inficientem ſanguinem cordis ad tantam diſtantiam à corde ſeiungat, vt non niſi in tertio poſsit ſanguinem cordis iterato inficere: ita dicẽdum eſt, in plurimum cauſas morbificas tales eſſe, vt animaduerſa materia bilioſa, aut ſanguinea, quæ acutorũ morborum ſæpius cauſa eſſe ſolet, in ſeptimo à corde vinci procuretur: aut ſi hunc pertranſit, in nono, aut vndecimo; aut quartodecimo

 id expel-

id expellere conetur. Quæ tantùm in præſentiarum innuo, quòd in ſequentibus, cùm de medela febrium egerimus, fuſius, Deo concedente, rem hanc tractabimus.

Caput. xvj. In quo eſſentia & cauſæ febrium hecticarũ opinatæ à Galeno improbãtur, ducto contextu libri de inæquali intemperie & falſis eius dogmatibus improbatis.

IMprobatis cauſis, quas Galenus febriũ diariarũ & putridarũ eſſe putauit, ſupereſt eſſentiã ac cauſam hecticæ febris ſecũdùm Galeni mentẽ exprimere. Etiã Vgonis Senẽſis decretũ de hac re ſcribere, quòd hic inter oẽs Galeni & Auicenæ expoſitores doctior, ſecundũ meã ſententiã, fuerit, & qui vero ſimiliora ſit opinatus, quãq̃ ſcopũ nõ attigerit. Poſt etiã examini ſubigã, an ab his recẽſita vera, falſaùe ſint. Et quia ad exactè percipiendũ quid putauerit Galenus febrẽ hecticã eſſe, neceſsũ eſt intelligere, quid inæqualis intemperies, & quid æqualis ab eo cẽſeatur, inhoc enim credidit ipſe diſtare putridas ab hecticis, has æquales intẽperies vocãdo, illas inæquales, ideo libellũ de inæquali intẽperie ab eodẽ cõpoſitũ in mediũ proponere, eũdemq; in totum explicare cogor, ac quæ vero ſimilia ibi Galen. ſcripſerir, approbare, & quæ falſa indubitatis argumentis talia eſſe oſtendere. Nullus enim inter mortales hac tẽpeſtate tantæ auctoritatis reperiri poteſt, vt niſi firmiſsimis ratiõibus erraſſe Galenũ oſtenderit, fides de hoc vlla eidem adhibeatur. Textũ ergo, ac ſubinde cõmentum in Dei nomine exarare ordior.

Contextus. I.

¶ Inæqualis intemperies aliâs in toto animalis corpore fit, veluti in ea hydropis ſpecie, quã Græci anaſarca vocant, & febribus iis, quas iidem hepialas appellant: fereq; reliquis omnibus, exceptis, quas hecticas nominant. Incidit autem & in vna qualibet parte, cùm ea vel in tumuit, vel phlegmone, gangrena eryſipelate, cãcro ve eſt affecta. Huc pertinet & qui elephas dicitur, & phagedena, & herpes.

Commentum.

¶ In huius opuſculi exordio, vbi quãmaximè exprimere Gal. nititur differentiam inter diſtẽperies, quas factas, vel æquales eidem ſic vocare placuit, & fientes. Primitus has diuidere in eas, quæ totum hominis corpus occupent, & illas, quæ tantùm vnicam illius partẽ, viſum ei fuit. Et ſi enim hic non expreſsè explicet Galenus prædictã diuiſionẽ niſi in diſtemperie inæquali, tamen ex inferius ſcriptis palàm elicitur vtrique diſtemperiei ſectionem relatam conuenire. Pro exemplo inæqualis intemperiei occupantis totũ corpus potius illam ſpeciem hydropis, quã anaſarcam vocant, poſuit, quàm alias duas, putà aſcitẽ, & timpanitem: quòd hæ vltimæ impluri mũ vẽtris partes tãtùm infeſtãt: anaſarca vniuerſas corporis particulas ſuperabũdãte pituita malẽ afficit. Et quanuis in hoc non aberrauerit Gal. deliquit tamen manifeſtè, indiſtinctè ſcribendo anaſarcam inter inæquales intemperies, cùm inconueniat nihil, ſi per id, quod Galenus infra exponit inæqualis ab æquali diſtemperie diſtaret, in anaſarca æqualẽ & factam intemperiem accidere. Eundẽq; lapſum quoq; verſari in exẽplo phlegmonis, & gãgrenæ,

& cæ-

&c cæterorum morborum, quos hic recenſuit, poſt hæc monſtrabo.

Contextus. 2.

¶ Verùm hæc omnia cũ fluxione cõſiſtũt: abſq; autẽ materiæ affluxu ſolis partium qualitatibus alterandis, inæquales intẽperies fiũt, vtique refrigeratis iis, aut deuſtis, aut immodicè exercitatis, aut feriatis, aut aliquid id genus paſsis. Iã ex iis, quæ foris corpori occurrunt, inæqualis intẽperies gignitur, dũ id vel frigefit, vel calefit, vel ſiccatur, vel humectũ redditur. Quippe hæ ſimplices intẽperies ſunt, veluti in iis, quæ de tẽperamentis ſcripſimus, eſt mõſtratũ: cõpoſitæ ex his aliæ quatuor ſũt, cũ corpus vel calefit ſimul & ſiccatur, vel calefit ſimul & humectatur, vel refrigeratur ſimul & ſicceſcit, vel refrigeratur pariter & madeſcit

Commentum.

¶ Iterum diſtemperiem inæqualẽ in eam, quæ à materia pendet, & illã, quæ à nulla originem trahit, diuidit. Illas, quæ oriuntur à materia nominauit Galenus fieri à fluxione quòd in plurimũ ſoleant materiæ morbificæ à membro validiore expelli in imbecillius, defluendo per intermedias partes. Diſtẽperies citra materiam explicuit per particularum refrigerationem, aut aduſtionem, aduruntur nempe quæ immodicè exercentur ac partes illæ, quæ à ſole vel igne vruntur, & diſtemperiem calidam patiuntur. refrigerãtur ille, quæ feriantur, & otioſæ permanent. Si enim immoderatus motus valet membra calefacere, eiuſdẽ in totũ priuatio, refrigerationis mẽbrorũ cauſa neceſsariò futura erit. Meritoq; motum & quietem, quæ calorem & frigus in nos procreant, materiam non vocauit, quia accidẽtia illa ſint, quibus conſiſtentia corporea inquantum talia minimè cõuenit. Quanquam enim aliquando albedinem, & calorem, & frigus nominare ſolemus accidentia corporea: non quòd putemus illa corpus habere, ſic vocamus, ſed quòd nata ſint corporeis ſubſtantiis ineſſe, & nõ ſpiritalibus. Itaq; vt differamus ea à ſcientia, & prudentia, & aliis animæ intellectualis accidentibus, talia ea dicimus.

¶ Diſtẽperiei abſq; materia oriẽtis à cauſis forinſecis exempla alia exarat, putà, cùm membra à continente aqua, vel aëre, aut aliquo cæleſti influxu plus iuſto humectãtur, aut ſiccantur, calefiunt, aut refrigerantur. Harum affectionum quælibet ſimplex diſtemperies dicitur ad differentiam earundem coniunctarum cum altera ex ſeipſis. Si enim calidam intemperiem cum humida ſeu ſicca iungas (cum frigida enim nõ potes) iam compoſitam ex calore & humiditate, vel ex calore & ſiccitate illam vocabis, & ſi frigidam per eundem modum cum humiditate vel ſiccitate coire facias, etiã cõpoſitæ diſtẽperiei nomẽ ſortietur. Neq; vllus putet, quòd calor, aut frigiditas, humiditas, aut ſiccitas, cùm extrinſecus accedunt, ſine corpore, cui inſunt, ſint, quia id impoſsibile eſſet naturaliter. accidentis enim eſſe eſt ineſſe. Et ſi enim, vt dixi, aëri, vel aquæ, aut alteri rei forinſecæ hæreant, quia illa intra noſtra corpora incluſa nõ ſunt, ſed nobis liceat ea vitare, vtendo aliis, relatis affectibus expertibus, ideo diſtemperies nõ habere illas, vt cauſas materiales teſtamur.

Contextus. 3.

Quòd autem eiuſmodi intemperies ab æqualibus eo diſtent, quòd in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter nō ſint, id clarè liquet, ergo quis ſit omnis inæqualis intemperaturæ generandæ modus in propoſito libello ſtatutū eſt exequi. Admonendi autē ſumus quo clarior nobis omnis diſputatio ſit, de omnibus corporis particulis: principio à maximis ſumpto, quæ ſcilicet ne vulgo quidem ſunt ignotæ. Siquidē manus, & pedes, & ventrem, & thoracem, & caput nemo eſt, qui ignorat. Diuidamus autem earum rurſus vnamquanq; in proximas ſui, quæ proſechi græcè dicūtur, particulas (verbi gratia) crus in femur, tibiam, & pedem, item manum in brachium, cubitum, & ſummam manum. Iam ſummæ manus ipſius propriæ particulæ ſūt carpus metacarpion, & digiti. Digitorum verò particulæ ſunt, oſſa, cartilago, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro, tendo, vnguis, cutis, adeps. Has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciē nō eſt: ſed ſunt ſimilares ac primæ: exceptis tamen arteriis, & venis, hæ nanq; ex fibris & membranis ſunt conditæ, veluti in tractandæ diſſectionis ratione eſt traditum.

Quinetiam complura eſſe ſpatia inter ipſas primas & ſimilares particulas, atque iis etiam plura maiora que inter ipſas inſtrumentales, & compoſitas: aliqua vero & in vna qualibet ſimilari particula, veluti oſſe cuteque: hæc quoque omnia in iis, quæ De adminiſtrādis diſſectionibus ſcripſimus, ſunt prodita. Ac quæ mollia quidem ſunt corpora, ea quoniam ſibi inuicem incumbunt, interpoſita ſpatia latere conſpectum faciunt, quæ dura ſiccaque ſunt, in iis cernere ſpatia licet, ſicuti oſsium cauernulas. continent hæ naturaliter multum in ſeſe humoris, huiuſque craſsi & albi, in id cōparati vt oſſa nutriat. Quæ in cute foramina ſunt, ea qua ratione fiant, in iis quæ de temperamentis præcepimus, eſt dictum. atq; hæc monuiſſe neceſſarium erat claritatis cauſa eorum quæ à nobis deinceps ſunt dicenda.

Commentum
Tertium.

¶ In præſenti contextu Galenus iā vnico verbo exprimit præcipuū, quo differunt inæquales intemperies ab æqualibus, ac poſtea fuſius idem explicat. Differunt ergo relata, vt ipſe retur, quòd inæquales intemperies non omnes partes corporis æqualiter occupent, ſed inæqualiter: æquales verò vniuerſas particulas corporis æqualiter afficiant: hoc eſt dictu, quod ſi os vnico caloris gradu alteratur, caro, & neruus, & cæteræ corporis partes æquali gradu caloris afficiuntur: & ſi caro vnico frigoris gradu afficitur, conſimili aliæ partes alterantur. Vnde has, quas æquales ſeu factas diſtemperies vocat, dolorem nullum inferre teſtatur, quia dolor non fiat, niſi cùm partium temperies alteratur, & non cùm iam in totum ſimiles alteranti verſæ partes ſunt. Illæ verò, quæ inæquales ſunt, quia dum tales dicuntur, ſemper alterāt proximas partes, quòd ſimiles inter ſe nō ſint, dolorem inferre ſunt natæ. De ea alteratione loquimur: non quæ naturaliter inter partes noſtri corporis calidas, & frigidas, humidas, & ſiccas verſatur, ſed quæ inter partes

diuerſo

diuerſo modo affectas calore febrili, vel alia præternaturali qualitate verſari ſolet. Et vt partes oẽs, quas ſimilares nominauerat, explicet, organicas in primis ſtatuit: hæ enim ex conſimilibus ſunt conſtitutæ. Quod illis verbis cõtextus adducti refertur, cùm dicit, Admonendi enim ſumus de omnibus corporis particulis, id eſt, docendi eſtis, quæ ſint omnes corporis particulæ, vt ſcilicet poſtea ſciatis, cùm dixerimus, quòd omnes corporis partes occupat diſtẽperies facta, quæ ſint vniuerſæ corporis partes. Hæc, quæ audiſtis, dictaui, vt planior Galeni mens euadat. Quorum nonnulla infra idem, vt videbitis, refert. Sed redeamus in præſens taxare illa, quæ minus vera ſunt, vt promiſi: deinde enim quæ culpa vacant, exprimentur.

probatur .. ſenten. facta intẽ ie ſiue æ. li agens.

¶ Hucuſq; nihil, quod reprehenſione dignũ ſit, me legiſſe memoror præter verba hæc. ⁂ Quòd autem eiuſmodi intemperies ab æqualibus eo diſtent, quòd in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter nõ ſint. ⁂ Quæ maxima cenſura egent. Porrò illa niſi à virò adeò multiſcio eſſent prolata, deliriũ potius, quàm vllius phyſici decretum eſſent cenſenda. Quæ enim demẽtia maior, quàm referre, hecticas febres ob id non egere vt perſeuerent, & durent, ſpiritu ſupercalefacto, vt ephemeræ poſcunt, ſequendo eius placita, neq; humore putreſcente, vt putridæ, quia in vniuerſis corporis partibus æqualiter inductæ ſint. Et quòd putridarum calor ob id deliteſcat, abſente humore putreſcente, quia non vniformiter ſit inductus in partibus corporis humani ⁂ Quaſi interſit aliquid vt aliqua qualitas conſeruetur, vbi eſt inducta æqualiter, aut inæqualiter eſſe inductam: cùm nos experiamur, quòd ſiue aqua ſit vniformiter calida in omnibus ſui partibus, ſeu difformiter, quòd abſente calefaciente ſtatim in natiuam frtgiditatem ſe reſtituat. Quod etiam terræ conuenit. Vt aëri abſente influxu infrigidante in moderatum calorem ſe reducere. Etiam quibuſuis corporis particulis conſimile contingat. Si enim in balneum aquæ moderatè calidæ deſcendit aliquis, etſi tunc primùm cũ aqua calida perfunditur, ille inæqualiter alteretur: dum diu perſeuerat, vniformiter calidus euadit. Quod experimento Galeni deprehenditur ita eſſe, quia ſcilicet iam tunc calor à loto nõ ſentitur, quin ſi à ſolio lotus celerrime redeat in aërem liberum, frigeſcere experiamur: eodem ante quàm intraſſet balneum, in aëre illo frigiditatem nullam percipiẽte. Illud enim, putà eſſe æqualiter inductam quãuis qualitatem prodeſt tantùm, vt non percipiatur ab ea parte, vbi vniformiter inducta eſt, indeque dolorem inferre non poſsit, non tamẽ vt valeat durare, abſente productore, ſi in paſſo contrariam qualiratẽ poſcente ſit facta. Et cùm immodicus calor febrilis ſit, reſpectu eius quem membra noſtra poſcunt, hũc neceſſario extirpandum à naturali membrorũ temperie, cùm cauſa calefaciens abfuerit, nemo negare valebit.

¶ Quippe ſi inter vniuerſa ſimplitia & miſta orbis huius nullum ſit, quod præternaturalem calorem inductum ſibi, abſente conſeruante, retineat, alienum ab omni ratione erit, credere in homine tantùm, abſente ſole, aut putrido

Alia ratione improba.ga.

 humo-

humore,quorum vterq; vniformiter humanum corpus calefecerit, poſſe manere illum calorem adeò membris noſtris infixum, vt à forma ſubſtantiali eorum corrumpi non valeat,experientibus nobis, aquæ,& terræ, & lignis calefactis, & lapidibus, ac arboribus, & plantis, & ſeminibus, omnibuſq; aliis rebus collatam eſſe vim corruptiuã qualitatum primarum quantũuis vniformiter in ſe inductarum,remoto inductore. Quis enim non experitur,quòd ſi in quouis relatorũ ſimplicium,aut miſtorum ab igne aut ſole inducĩt calor, vt duo vel tria, qui vniformis ſit in horum quolibet: ſi hic non naturalis miſto aut ſimplici eſt, quòd ſtatim vt ſol vel ignis abeſt,calor ille corrumpatur? Et ſi ab aqua,vel niue,vel aëre continente infrigidentur plus iuſto relata, quòd etiam infrigidante deficiente,ſe reſtituant in natiuam qualitatem primam ſibi decentem? Et ſi immodicè ab aqua vel aëré humectentur(dummodo nõ putreant nam iam tũc forma miſti, quæ diſſipatura erat humiditatem nocẽtẽ à parte putreſcente aberit)etiam in naturalem ſiccitatem abſente humectãte,vi propriarum formarum ſeſe reſtituant? Ac quòd idem continget relatis,ſi qualitatiuè tantùm exiccentur,& non ſuſtantificè. De quibus modis exiccationis agere in præſens nõ placet:nam cum demaraſmo infra egerimus,quæ illis attinent,exprimemus.

¶Reducendus in viam erat Galenus, ſi animaduertiſſet, quod ſi calor hectici adeò infixus vniformiter foret,cuius ſimplici particulæ corporis humani, vt conſeruatore extrinſeco nõ indiguiſſet, vt ipſe re batur. quòd impoſsibile foret poſt hectici obitum,eiuſdem corpus nõ caleſcere. Nam calor hectici à forma humana non conſeruabatur, imò illum etſi incaſſum extirpare conabatur,vt Galenus credidit,etiam quòd ille in mortem duxiſſet ægrotantem, qui cadaueris formæ conueniens futurus erat,& ab ea aſſeruari deberet poſt hominis interitum. Vt eni calor inductus in ligno ſi in tantum augetur, vt formã ligni corrumpat,manet in igne genito: ſic calor febrilis hectici permãſurus erat in cadauere eiuſdem, aliâs diſpoſitiones corruptiuæ alicuius formæ, nõ eſſent diſpoſitiuæ alterius inducendæ,quod euẽtibus, & omni phyſicorum ſcholæ aduerſatur.

Alio etiam argumẽto cõuincitur Galenus.

¶Sed quòd aliquis putabit Galenũ iam huic dubio feciſſe ſatis verbis ab eodẽ recenſitis.8.cap.libri primi de febrium differẽtiis. ideo illa in medium propono, vt poſtea illorũ veritate diſcuſſa,cunctis pateat, an noſtræ rationes ſolutæ ſint, vel ex confeſsis ab eodẽ Galeno in cita to loco ad huc plus vigoris acqrãt, quàm prius. Sententia Galeni hæc eſt. ※Quæ igitur febres hecticæ appellantur,duplici via ortum habent,magna quidem ex parte ex ardentibus febribus, quæ tantùm pro trahuntur, vt lõgitudine temporis humorem in corpore cordis cõtẽtum conſumãt,vel fieri poteſt,vt eius adhuc magna portio reſeruetur. Illæ vero non tantùm hecticè ſunt,ſed tabidæ etiam: quæ autem manente adhuc humiditate generã tur, vbi cordis corpus occupauerint hinc maximè accẽduntur,quẽ admodum lucernæ flamma ex fomite.Atque vna quidem à nobis ex poſita eſt earum febriũ generatio. Reliqua autem eſt, cùm ſtatim ab initio

Quædam futilis ſolutio rationũ præteritarum excluditur.

initio inuaſerint,ſimilem primum ſui ortum ephemeris facientes, aut ex triſticia, aut ira, aut laſsitudine nimia vna cum ſolis feruore contracta. Haſce igitur febres non eſt admodum difficile curare. At quæ ex ipſis ad talem peruenerint ex inſcitia medicorum,quibus earum cura fuit demandata,vbi iam exquiſitè conſiſtunt, & iam dudum incepe runt, non modò eſt eaſdem curare difficile, ſed etiã impoſsibile.Earũ ſiquidem natura calida eſt & ſicca, cùm tale aliquid cor patitur, quale lucernæ fomes,cùm fuit plurimum exuſtus. Nam qui ita torrefactus eſt frangitur,atq; diſsoluitur,atq; ex ariditate continuitatem amittit, adeò,vt neq; ſi magnam olei copiam ſuperinfundas, flamma abundãtior poſsit accendi. Semper enim parua & debilis in ipſa palpitat flamma, ac continuè fit minor, donec ex toto extinguitur. Talis quidem eſt febris, quæ omnino tabida exiſtit, vt quæ ab ea paſsione nõ differat; quæ tabes appellatur. Nam & hæc abſq; febre in decrepita ætate ſolet accidere, extincto natiuo calore, quod nihil aliud exiſtit,quàm mors.Quæ ſi ſine ſenſu doloris ac ſecũdùm naturam ex ſiccitate contingit, ſicuti his, qui præter naturam tabeſcunt, altera aduenit ſpecies,quæ à Philippo ex ægritudine ſenectus vocatur, in quam non ſolum ſenes,ſed etiam pueros vidimus incidiſſe quamplurimos. Tabida verò febris non tantùm ſicca, ſed etiam calida eſt paſſio.Extinguitur autem valde in hac ægritudine calor animalis, totumq; corpus tabeſcit inſtar arboris ſupra modum arefactæ, aut ob longitudinem temporis, aut flammæ viciniam, aut vehementem atque immoderatam ſiccitatem.

¶ Certè nullus, qui non lippis oculis intellectus hæc diſcuſſerit,abſq; vllo labore intelligere non valebit in foribus, vt inquiunt, Galenũ aberraſſe, cùm refert, in aliquibus ſpeciebus hecticæ febris ortum trahentibus à putridis ardentibus,humorem in corpore cordis contentum conſumi. Nam ſi id verum eſt, vt eſt, abſente humore putrido, à quo credidit ille oriri calorem febris ardentis,cor non erat manſurũ præternaturaliter calidum, & ſi in hecticam tranſiſſet febris illa.quòd nec calor febrilis ab humore putrido pẽderet, quem finxit eſſe abſumptum, neque à cordis ſubſtantia aſſeruari valeret. Quomodo enim in cordis ſubſtãtia poterit manere calor maior, quàm ſi febris putrida non præceſsiſſet,ſi verũ eſt partes aëreas,& igneas,atq; aqueas (quas omnes vocamus humorẽ corporis cordis) eſſe conſumptas à febrili calore, vt Galenus fatetur, iis exiſtentibus,à quo calor oriturus erat? Nullo certè modo. Nempe ſi poſsibile foret hoc, inconueniret nihil, homines,& animalia,& plantas,ſeneſcentia per conſumptionem relatã partium aërearum, & ignearum, & aquæarũ (eæ enim prõptiores ſunt reſolui, quàm terreæ, & ideo citius difflantur)calidiora euadere,quàm prius, cuius oppoſitũ accidere euentus docent. Scimus enim ſenectam frigidam & ſiccam temperaturam reſpectu antecedẽtium ætatum eſſe. Maximè, quòd idem Galenus ſibi aduerſatur exemplo adducto parum ante finem capitis citati. quo in loco,vt mox audiſtis,inquit. Intabida febre contingit hominibus, quod arboribus ſupra modũ arefactis,aut ob longitudinem temporis,aut flammæ viciniam & propinquita-

Alia ratione improbatur Galeni ſententia.

pinquitatem. Vbi ſi verum eſt,
idem nobis accidere, quod arbori-
bus, vt verum eſt, cùm arbores areſa
ctæ propter flammæ viciniā cùm
diu eſt, quòd flamma abeſt, frigidio
res manent, quàm ante, quia partes
terreæ plus vigent. cōſumptis ab ig
ne aëreis, & igneis, & aqueis, homi-
nes abſente calore putredinali, aut
humore, à quo calor ille pendet, vt
Galenus opinatur, & ſi tabidi red-
derentur, frigidiores euaſuri erant,
quàm ſi febris non præceſsiſſet, vt
cōtingere arboribus experimur, &
per cōſequens febre calida & ſicca
paſsoine nō eſſent dicendi, corripi.

¶ Neque minus quàm præteritū à
vero deuiat, quod refert de alia ſpe-
cie hecticæ, quæ nondum ad maraſ
mū peruenit, quia adhuc in cordis
corpore nō ſunt cōſumptæ ſubſtā-
tiæ ipſi9 humiditates, ſed illinc ac-
cēdatur febrilis hecticus calor, quē-
admodum lucernæ flamma ex fo-
mite. Nam vt in precedenti argu-
mentatione proprio exēplo eſt Ga-
lanus à me iuſtè, & manifeſtè taxa-
tus: ſic hic fomitis lucernæ exem-
plo taxandus ſeſe offert. explicando
primùm, quòd ſi ellychnium, aut
fomes lucernæ ignem concipit: nō
hoc patiatur per ſolam alterationē
factam à flamma, quæ primùm ar-
dere facit fomitem, ſed per realem
generationem ignis, & corruptionē
aliquarum partium aërearum & ig
nearum fomitis, & ſepi, aut olei ſu-
cti per poroſitates ellychnii, & con
uerſionem harum in flammam, vn
de poſt primam incenſionem fomi
tis ignis depaſcēdo, quas dixi partes
ſe fouet, non egens extrinſeco igne
fotore. Ad quam normam (vt qualē
ſimilitudinem hæc cum hectica ha
beant exponam) hecticæ calor, ſe-
quēdo Gal. placita, ſine extrinſeco
calore in mēbris ipſis aſſeruaretur,
quod impoſsibile eſſe ſicoſtendo.

¶ Calor putridæ, aut ephemeræ
ab ira, aut ſolis feruore, ſeu aliis cau
ſis, qui ex confeſsis à Galeno antece
dit febrem hecticam, non corrum-
pit humani corporis partes, & in ig
nem eas conuertit. vt flammæ calor
incendens fomitem efficit, ſed tan-
tùm cor, & cæteras hominis partes
alterat: ergo non ob id, quòd fomes
ſemel incenſus continuet calorem
ellychnii aliam flammam gignen-
do ſine extrinſeco igne, inde infer-
re licebit, calorem inductum in no
bis à relatis ſeu aliis cauſis valere i-
dem: cùm, ſi ita eſſet, & fomitis ca-
lor (vt ab exemplo Galeni nō diſce
dā) prius in fomite inductus, quàm
flamma accenderetur, aſſeruandus
foret, abſente igne, qui accēdere co-
nabatur fomitem, quod non experi
mur. Certè ſi quis admouet elly-
chniū perunctū ſepo, aut oleo igni,
& non tandiu expectat, donec el-
lychnium ardeat, ſed cùm calorem
fomes concepit, ante inflammatio-
nē ab ignis præſentia fomitem ſub
trahit: inuenit parū poſt ellychniū,
aut fomitem amiſiſſe calorem, quē
ignis induxerat, quia non naturalis
fomiti erat. Ergo ad huius ſimilitu-
dinem putrido humore, & ira, & ſo
le, & aliis cauſis abſentibus, deſitu-
rus calor erat, & non in hecticam
tranſiturus, vt Galenus aſſeuerat,
quòd relatarū rerum calor natura-
lis noſtris membris nō ſit, quem, re,
quæ fouet, abſente, ſtatim membra
ipſa corrumperent.

¶ Iam quæ mox legetis manifeſtā
contradictionem in ſententiis Ga-
leni oſtendent (hoc enim falſa dog-
mata habent, quòd cùm de eiſdem
plurima referuntur, nunquam con
ueniant) retulerat nempe hecticas
febres

febres ſine dolore eſſe, vt verum eſt, & incautè ſcribens, fatetur nonnulla de eis, quæ ſi talia eſsēt, qualia ab eo depinguntur, impoſsibile foret, ingentiſsimis doloribus hecticum non torqueri. Simile enim cōſtituit hectici cor fomiti lucernæ plurimum exuſto: quod ſi verum eſſet, & inde calor hectici aſſeruaretur ſine extrinſeco fotore, quia cordis ſubſtātificæ humiditates in ignem verſæ ſint (cum iam putrida aut ephemera in hecticam tranſiuit) qui cōtinuò depaſcendo eaſdē cordis humiditates. adeò aridum ipſum reddiderit, in eptumq; flammam fouere, vt fomes plurimum exuſtus. impoſsibile, vt dixi, foret. toto tempore, quo humiditates illæ cordis vi ignis in ipſo vigētis corrumperētur, vt in flammam tranſirent, cor ſimilem dolorem non pati, illi, quem tolerare ſolet quæuis particula noſtri corporis cauſerio inuſta. Etiam hecticam febrem æqualem dici, reluctat huiuſmodi aſſertionibus, nam inæqualis & diuerſa multò plus quàm putrida eſſet nominā da, cùm hectica toto tempore, quo duraret, alias & alias partes eſſet ſemper corruptura, & in flammam verſura, putrida mitiorem vim habente, alterandi ſcilicet diuerſas partes humanas, & non cremandi illas.

¶ Neque euadi ratio hæc poteſt, dicendo, quòd Galenus nunq̄ intellexerit ſimilitudinem cordis hectici cum fomite lucernæ adeò arctam eſſe, vt crediderit ille cordis humiditates in hecticis in ignē verti: ſed quòd voluerit exprimere quadā ſimilitudine perſeuerantiā, & fixionem caloris febrilis hectici conſumentis corporis cordis humiditates, per fomitem peruſtum. Primò quia ſi ita foret, impoſsibile eſſet calorem hectici durare ſine cauſa corporea, aut extrinſeca fcuēte, vt ipſe refert, cùm ſtatim à mēbris humanis eſſet expellendus, vt in antecedēte ratione monſtrauimus.

¶ Secundò, quia Galenus ipſe de differentiis febrium lib. primo. cap. 7. diuidēs febres, quæ ephemeræ nō ſunt, ſic retulit. ⁂ Sunt autem duæ primæ differentiæ, quæ non obſcuram habēt ſpecierum diſcretionē. Nam quædam ex iſtis in putredine humorum accenduntur, quædam verò ipſas ſolidas occupant animalis partes, atq; eas hecticas febres appellarunt, vel quoniam firmæ ac fixæ ſunt, quemadmodū habitus, aut quoniam ipſum corporis habitum comprehenderunt. Sic enim vocare conſueuerunt ſolidas partes humidis ex aduerſo diſtinguentes. ⁂ Etiam lib. pri. citato de febrium differentiis. cap. 9. exprimens differentiam inter hecticam febrē, quæ in tabem incidit, & aliam, quæ nondū tabida nominatur, inquit. ⁂ Dico autem tabem incipere, quando natiuus humor, qui in vno quoq; diſpergitur corpore in ſpatiis particularum conſimilium intermediis, & iam cordis ſubſtantia aboleri periclitatur: donec enim pars huius aliqua reſeruatur, ſolùm febris hectica exiſtit, nondū etiā tabida. Cùm verò iam res eò periculi peruenerit vt nihil iam ex tali humiditate ſuperſit, tūc exquiſita tabes exiſtit. ⁂ Quod ipſe quaſi exponendo recenſitam ſententiam de febre maraſmo de decimo libro methodi medendi vltimo cap. ſcripſit, dicēs. ⁂ Quippe cùm exitialis horum affectus ſit, leuiſsimum quidem errorem tolerat, ac ſi quis taliū eſt ſeruatus, hinc carnoſam portionē maraſmus occupauerat. Ipſis verò ſolidis ſiccatis

fieri

fieri nequit,vt vt homo prorſus perſanetur,ſed omnino vel ſtatim eum febris ipſa iugulauerit, vel poſtq̃ in eum affectum eſt tranſlata, quem ſenium ex morbo vocamus. Nam primùm eiuſmodi febris propriã partium humiditatem,ex qua nutriuntur, depaſcit. Hinc verò ad carnoſum genus tranſit, quòd circa tum fibroſas, tum membranoſas partes ſolidorum corporũ hæret,ita deinde ipſas ſolidas populatur. Siquidẽ in ſingulis ſimplicium,ac primarũ, quas vocant, partiũ (vt in diſſectionibus es contemplatus) alia portio ſubſtãtiæ eorum eſt veluti fibroſa, alia membranoſa,alia carnoſa. Sicut,exempli cauſa, cùm vena vnicã tunicam habeat,& eam tenuem, licet fibras inea inuenire multas,quæ ſint araneoſis quibuſdam interſitis cõtextæ,quibus vtriſq; ipſa propria venæ ſubſtantia adnaſcitur. Hæc alia in aliis partibus, nec vllum commune nomẽ eſt nacta. Cæterum docendi cauſa nihil vetat eam carnoſam ſubſtantiam voces: vel certè huius particulæ quãdam carnem, quæ in ventriculo quidem ſit alia,in iocinore alia. Similiter in arteria & muſculo. Vocatur autem caro tantùm ea,quæ in muſculo eſt,reliquarum nullam homines carnem vocant,præterq̃ admodum pauci. Sed quæ in viſceribus,ceu iocinore,renibus,liene, & pulmone viſuntur, eas paregchimata (quaſi effuſiones dixeris) Græci vocant. Quæ in inteſtinis ventriculo,ſtomacho,& vtero ſunt, ſine nomine relinquunt. Tu tamen de nominibus non laborabis. Illud potius intelliges ſingularum particularum ſubſtantiæ molem ex tali maximè completã eſſe natura, quæ vtiq;,vt in ſinuoſis vlceribus videre licet,& perire, & regenerari poteſt.

At verò nec fibroſa, nec neruoſa, membranoſa ve natura eandem generationem habere cernimus. Nec fas eſt eius modi ſingularum partiũ fibras amaglinis febribus liquari,ſicuti carnes: quando animal ipſum priuſquàm hæ prorſus ſint ſiccatæ, interemerint. ⁂ Vbi quid per partes ſolidas, & quid per carnoſas ſignificetur,planè à Galeno eſt explicitum,atteſtãs in relatis locis vniuerſas abſumi à calore febris hæcticæ, quem nec ab vllo corporis humore putrido, neq; ab vlla extrinſeca cauſa aſſeruari fatetur, ſed ipſũ infixũ membris primitus humiditates rorales depaſcere, vt Auicenæ eſt opinatum fen. prima quarti.ca.primo. tract.tertii. Et à raſi trigeſimo continentis.cap. primo. tractatus duodecimi. Et cùm prædicta conſumptio fieri nequeat à calore naturali membro, niſi ab extraneo ſi hic ab exteriori cauſa nõ conſeruetur, durare non valebit. Et hanc deeſſe in hecticis deceptus Galen. proteruit. Supereſt ergo aliter fieri non poſſe, ſequendo ſua placita, quàm vt ille explicuit per fomitis exemplum,in ignẽ ſcilicet verſis prius ipſis humiditatibus roralibus, & poſt has aliis ſecundis cambio & glutine, de quibus Auicena prima primi. doctri. 4. meminit. ac poſterius partibus, quas carnoſas vocant, quæ ſcilicet implent cauitates ſubſtantiæ membranoſæ,& fibroſæ membrorum radicalium. Neq; aliud Auicena opinaſſe agens de hectica febre in loco citato patet per eiuſdẽ verba, cùm hecticam ellychnio inflãmato parem efficit,vt Galenus. Et poſt parũ ante finem illius primi capitis, vt apertius rem explicaſſet, dixit. ⁂ Et cauſa quidem eadem eſt quandoq; cauſa febris hecticæ, & quãdoq; eſt

cauſa

cauſa febris ephemeræ, ſecundùm vehementiam febris,& vehementiã mutationis ſuæ, & debilitatem ſuſceptionis ſuæ. Sicut ignis, nam ipſe obuiat lignis ſecũdùm duos modos: quorum vnus eſt ſecundùm modum quòd calefacit ea, & finiat in eis: & ſecundus eſt ſecundùm ſemitam inflammationis. ☙ In quibus verbis quantũuis incomptis & barbaris Auicena expreſsè aſsimilat calorem ephemerarum & inde putridarum quoq; calori inducto in ligno ab igne nondum adurẽte, ſed tantùm calefaciente ligna, & in calefactione pauſante.& hecticæ calorem calori ligni inflammati, quod nos indubie improuauimus, vt audiſtis.

tia ratio tra Gal. ¶Tertio Galenus lib.1.de febrium differentiis. cap. 9. teſtatur hecticæ febris calorem minorem eſſe, quàm ſynochorum, ſcribens. ☙ In hecticis autẽ febribus, neq; multa occurrit caliditas, pulſusq; tãtò minores rariores, ac tardiores ſunt his, qui febribus ſynochis appellatis exiſtũt, quanto etiam caliditas minor exiſtit. ☙

¶Sed hoc accidere febribus hecticis incipientibus, ſi ipſæ fierent per modum à Galeno excogitatum, eſt impoſsibile, vt ſtatim probabo, ergo Galeni cõmẽtum de eſſentia hecticæ inane eſt. Conſequentia & antecedẽs pro maiore manifeſta ſunt. Minor probatur, ſuppoſito quodã fundamento omnibus phyſicis noto, quòd ſi aliqua ſecunda aut tertia qualitas indigens diſpoſitionibus primarũ qualitatum certi gradus, vt fiat, eſt inducenda in aliquod paſſum, quòd cùm fuerint præuiæ diſpoſitiones inductæ, ipſa neceſſariò inducetur, Exempli gratia. Si vt gignatur calor albus vt duo, eſt neceſſum miſtum habere certam portionem ignis, & aëris, & aquæ, ac terræ cum certis proportionibus qualitatum primarũ, impoſsibile erit, cùm hæc adfuerint, colorem illum non induci. Quod etiam contingit formis ſubſtantialibus. Si enim vt flammæ huius ignis miſti, qui à nobis tractatur, forma inducatur, neceſſarium eſt tres gradus caloris, & duos ſiccitatis, exempli gratia, induci, impoſsibile erit, his inductis in aliquo paſſo, flammam non gigni. Quo iacto cemento, ſic colligo rationem aduerſus Galenum. Si hecticæ calor febrilis eſt minor quàm ſynochæ, & aliarum febrium putridarum: ergo ſiue hectica febris ſit flãma incenſa in humiditatibus membrorum humanorũ, ſeu calor alius differens ſpecie ab humano, indigẽs ad hoc vt producatur aliquibus diſpoſitionibus inducendis à calore putredinali, ſeu à calore ephemeræ ſiue à calore ſolari, aut alterius cuiuſuis rei, impoſsibile foret ſynochas febres intenſiore calore afficiẽtes ægrotãtes q̃ hecticæ affligũt, hecticas nõ fore. Conſequẽtiã probo. Ille intenſior calor ſynochæ, quàm hecticæ, nõ potuit induci, niſi prius remiſsior æqualis hecticæ induceretur: ſed tunc cum hic inductus fuiſſet, neceſſariò hectica inducenda foret, vt ex ſuppoſitione patuit. Quod enim prærequirebatur ad hecticæ productionem, puta calor putredinalis tanti gradus iam aderat, ergo conſequens, quod intuli, erat verum: ſed res non ita habet, ſequitur igitur antecedens vnde eliciebatur, eſſe falſum.

¶Euadi ratio hæc minimè poteſt, dicendo, quòd deſit calori ſynochi diutina duratio, indeq; ſynochi calor cùm erat æqualis hecticæ, nõ po- Quędã euaſio q̃ nr̃ę rationi dari poſſit icrepatur

tuerit producere hecticam. Aſſeuerabit enim, qui hæc dixerit, quòd vt hectica fieret, requirat huius caloris durationem prolixam, quod illi putrido Synochi calori non acciderit, quin quòd ſtatim intenſior factus ſit, quàm hecticam deceat à quo abhorrebat hectica. Ac etiam, quò parum poſt ablatus calor ille in totum fuerit, ægrum intra ſeptimum, aut quartum decimum, aut vigeſimum, exempli gratia, liberum linquendo, ſeu eundem interimendo.

¶ Quod dictum nullius valoris eſſe, fundamentum iactum in præterita argumentatione manifeſtè docet. Ibi enim ſuppoſui, quòd ſi diſpoſitiões requiſitæ ad aliquam formam accidentalem ſeu ſubſtantialem eſſent inductæ, forma prærequirens erat neceſſariò inducẽda, aliâs poſſent induci in aquam diſpoſitiones requiſitæ ad ignem, & ignis non fieri: quia diceret proteruiens, quòd non duraſſent per menſem, aut per tot dies, quot ignis gignendus poſcebat. Quam aſſertionem vanam eſſe, qui norunt impoſsibilia, quæ ad illam ſequuntur, facilè intelligent. De quibus in noſtra exacta phyſica ſi Deus conceſſerit, agemus.

Alia euaſio improbatur.

¶ At ſi dixiſſet aduerſus, ex hoc, quòd non ſit inducta tanta ſiccitas in ſynocha quanta in hectica, ideo hecticam non eſſe, neque dici calorem febrilem ſynochi. Improbari conſimili ratione præteritæ facilè poterit, vertendo argumentum ad hecticam, quæ ex febre putrida trãſeunte in hecticã genita fuerit, quærendo, an calor ille putridæ, qui ſuffecit facere hecticam exiccando, erat maior, quàm ſynochæ, aut minor, aut æqualis. Si maiorem dixiſſet, contrariam Galeno ſententiam explicaret, Si minorem, ſtatim obiicerem ego, impoſsibile fuiſſe minorem calorem potuiſſe inducere maiorem ſiccitatẽ, quàm maior, cùm maior prius fuerit æqualis minori, quàm in illum vlteriorem gradũ aſcenderit, & quòd neceſſariò tunc cùm æqualis erat, foret inducturus totam illam ſiccitatem, quàm alius par induxit, & auctus aliquid plus. Si æqualis, notum eſt, quòd æqualẽ ſiccitatem erat vterq; geniturus. vnde nihil quod prodeſſet, dici potuiſſet, ſi euadere argumentum, vt diximus, aduerſus niteretur. Etiam alia ratione probatur. Nõ ex hoc, quòd hectica maiorem ſiccitatem ſibi adiunctam haberet, diceretur hectica: quoniam Galenus in multis locis, præſertim in. 2. de febrium differentiis. cap. 9. aſſeuerat hecticam nonnunquàm fieri, nulla alia febre antecedente, ſed ſtatim à principio hectica exiſtente, quæ multò humidiorem corpus ſanum, in quem incidiſſet, inueniret, quàm ſynocha per decem dies, aut plures affligendo hominem.

Alia reſpõſio increpatur.

¶ Nõ minꝰ præteritis inualida foret alia reſponſio, quæ tribui poſſet nr̃is rationibus, proteruiẽdo, quòd ideo hectica non fiat ex ſynocha, quæ intẽſior hectica foret, quia nõ vniformiter calor ſynochæ illius ſit inductus in omnibꝰ partibus humani corporis, & hecticæ ſic. Primò; quia falſum ſupponit, qui ita ſoluit. Noſcimus enim ſynochas, & ſynochos, & multas alias febres continuas, & intermittentes, adeò vniformem ſeruare calorem in omnibus corporis partibus, vt impares in hoc hecticis dici non poſsint. Sic enim accidere Galeni experimento deprehenditur, putà, quòd ſine dolore, & perceptione caloris febrilis

tales

tales ægrotãtes ſunt. De eorum numero me correptum febre tertiana quandoq; fuiſſe memoror. Certè niſi aliis ſignis pulſus & anhelitus, & imbecillitate crurum, cùm exurgere conabar, minimè percipiebam, an febrirem, an nõ, cùm febris iam vigebat. Nam in augmẽto & principio facile noſcebam, continuò augeri calorem febrilem: ſed iam calore in totum aucto, ab eodem non infeſtabar, vt dixi, ſed aliis ſymptomatibus, quæ recenſui, grauabar, neque aliter id fieri poſſet, niſi quòd omnes partes corporis æqualem calorem, durãte febre, acquiſiuerint, Et ſi enim proximas partes humori putrido (ſequendo falſum Galeni dogma) calidiores reddi in principio calefactionis, quàm diſtantiores dicere cogimur, quòd omnes æqualiter calefaciat humor putridus cùm perſeuerat calor, ratione, & experimento probatur. Ratione, quia calidiores nituntur ſibi proximas in calore ſimiles reddere: quod aſſequuntur durãte febre. Omne enim agens naturale hũc ſcopum habet, aſsimilandi paſſum ſibi. Experimẽto eorum, quæ contingunt intrantibus in balneas, comprobatur. Quia diutius detentis in illis, præſertim in anterioribus domibus, nullum calorem ipſos ſentire noſcimus, & hic adeò dependet ab aëre, aut aqua calida, vt febris putridæ calor ab humore putrido, vt Galenus credit. Sequendo quoq; noſtram veram, & inſolubilibus argumẽtis comprobatam opinionem, etiam cùm diutinè arteriæ velociter & frequenter concutiuntur in relatis febribus putridis, æqualem calorem acquirere ſupra natiuũ præexiſtentem neceſſariò quoq; eſt fatendum. Dixi ſupra præexiſtẽtem calorem: quia nõ omnes arteriæ, neque partes corporis æqualiter calidæ in bene habentibus, neq; ægrotantibus ſunt: quin cordi proximiores eſſe calidiores, omnibus notum eſt. Quod Galenus in hoc eodem libro docuit, non longe à principio eius, &. 2. techni. vbi de contra operantiis agit, & in mille aliis locis. Etiam quanq̃ hæc vniformitas caloris in putridis febribus non inueniretur (quod falſum eſt) cogẽtur aduerſi fateri, ſaltem illas partes humani corporis hecticis febribus infeſtari, quæ calore intenſiore quàm hecticarum affectæ fuiſſent. Conſequentia eſt nota rationibus antecedentibus. Si enim, vt dixi, remiſsiore calore partes corporis hectici pati inceperunt hecticam: neceſſariò partes corporis patiẽtis ſynocham, cùm æqualem calorem hecticæ habuerũt, etiam hecticam habituræ erant, quæ minime amoueri valuiſſet per intenſiorem calorem additũ: cum medella hecticæ per infrigidantia, & non per calefacientia fiat, vt Galeni methodi. de morbis curandis. libro decimo. oſtẽdunt. Deceptus quippe eſt Galenus in aſsignandis cauſis febrium: quia finxit eſſe calorem febrilẽ quaſi ſimilem ſubſtantiæ alicui calidæ, qui ſpiritus nonnunq̃ inuadit, & humores quandoq;, & rarius mẽbra: non animaduertens calorem hunc graſſantẽ in relatas corporis noſtri partes neceſſariò cauſam vllã, aut ſubiectum vllum, à quo conſeruetur, & cui naturalis ſit, habiturum, & cum neq; membra, neq; humores, neque ſpiritus tã immodicum calorẽ, vt eſt febrilis, conſeruare cupiant: imò deſtruere illum ſatagant: ſupereſt aliam cauſam à Gal. & eius ſectatoribus indagandã, vt nos in præteritis fecimus, & deinceps in hecticis faciemus

ciemus. Et quòd Galen. opinatus ſit
calorem febrilem eſſe, qualẽ ipſum
finxiſſe dixi, innumeræ eius ſenten-
tiæ probant, inter quas vnicam dun
taxat ex primo libro. & capite pri.
de febrium differẽtiis. adducã, quæ
hæc eſt. ⁜ Quæ verò à materia dif
ferentiæ ſumũtur, in qua hic calor
præter naturam accenditur, maxi-
mè propriæ ſunt: quia vel idem ca-
lor ipſius cordis corpus occupauit,
aut eos, qui in eius ventriculis conti
nentur humores. Tertia autem eſt
differentia, cum ſola aërea ſubſtan-
tia ſufficiẽter incaluit, humores au
tẽ, & ſolida corpora caleſcũt quidẽ
adhuc, nõdũ autẽ ſunt calefacta ⁜

¶ Quibus rationibus ſufficiẽter eſ
ſe improbatam opinionem Galeni
de eſſentia febris hecticæ exiſtimo:
verùm quòd Vgo Senenſis, vt ſupe-
rius dixi, alium modũ excogitauit
per quem duraſſet calor hecticæ ab
ſq; extrinſeca cauſa aſſeruante illũ,
hunc exprimere, & improbare de-
cet. Illos enim modos, quos Genti-
lis, Truſianus monachus, Dynus,
Mundinus, Bertutius, & alii opina-
ti ſunt, improbare fusè non placet,
ſed tantùm id, quod obiter impro-
bare neceſſariò cogimur, quòd illi
hypotheſi iam à nobis improbatæ
innitantur, putà, calorem naturalẽ,
& febrilem differre ſpecie. Qua ſup
poſitione falſa exiſtẽte, ſupereſt caſ
ſam eſſe illorum aſſertionem.

Caput. xvij. In quo quædam falſa Vgonis Senenſis oppinio de febribus hecticis increpatur.

VGo quippe Senenſis, vir ſatis
philoſophus, & acris ingenii
ac inter oẽs neotericos phy-
ſicos primas obtinẽs, in quadã quæ-
ſtione extrauagante admodum pro
lixè tria diſcutit dubia. Primum eſt
quæ à medicis nominetur mala cõ-
plexio diuerſa. Titulus enim quæ-
ſtionis relatæ eſt, Vtrum mala com
plexio diuerſa ſit in qualibet parte
eius, cuius alteratur complexio. Se-
cundum dubium eſt, Quæ dicatur à
medicis mala complexio facta pro-
priè, ad eorum morem loquendo.
Tertium eſt, vtrum ea, quæ à medi-
cis mala complexio fiens aut diuer-
ſa appellatur, efficiat ſenſationem
& dolorem in membro, in quo in-
ducitur. Duo priora dubia prius
quàm vllum alium contextum hu-
ius libelli explicem, enodabo: ſed vl
timum in commẽticulo. 5. inferius
ſcribẽdo ſuper eo textu. ⁜ Eſto igi
tur. ⁜ Et cætera diſſoluetur. Et
quãquam in explanatiõe primi du-
bii fateatur Vgo Dynum de Garbo
& Mũdinũ mutuò diſſentire, ac pu
gnare, nos ad longum ea, penes quæ
diſſentiunt iſti, non explanabimus,
ſed tantùm, quod dignum ſcribi vi-
detur exponemus. Eritque primò
ſciendum, quòd cùm medici loquã
tur hic de mala cõplexione facta,
aut fiente, vel diuerſa, nõ de ea, quæ
propriè complexio ſeu temperatu-
ra dicitur, diſputent, ſed de comple-
xione largo modo. Cõplexio enim,
ſeu temperatura propriè, qualitas
ſecũda eſt, euadens ex actione & paſ
ſione mutuò dimicantium qualita
tum primarum, vt Auicena prima
primi cap. de complexionibus ſcri-
pſit. Vt enim Calor, ſapor, odor,
& huiuſmodi qualitates ſecundæ
ſunt, & dicũtur, quia ex diuerſis pro
portionibus qualitatum prima-
rum cõflantur: ſic illa qualitas, quæ
complexio dicitur, nõ eſt caliditas,
aut frigiditas, humiditas, aut ſic-
citas

citas,ſed quid diſtinctum ab his, natum ab his mutuò refractis fieri. Et de hac complexione propriè dicta loquendo, verè dicimus lactucam, & opium eſſe cõplexionis frigidæ. Hæc enim & ſi actualibus ac formalibus caloribus ſint affecta, deuorata tamen, aut extrinſecus appoſita hominibus,non operãtur(ſi diutius perſiſtant) caloris effectus, ſed frigoris.vt piper,& euphorbium, & ſimilia quantumuis gelu exponantur, manſa, aut nobis admota non producent frigiditatis effectus,ſed caloris. Complexio verò, largè loquendo, non tantùm relata nominatur, ſed etiam quæuis primarum qualitatum, complexio dicitur. Ac non raròphyſici ſic loquentes dicunt, ignem eſſe calidæ complexionis, & ſimul ſiccæ, & aquam eſſe frigidæ, ac ſimul humidæ,& febrem eſſe cõplexionem calidam, & ſi nulla horum ſint complexio propriè dicta, ſed tantùm qualitates primæ actuales,ſeu formales.

¶De hac ergo complexione largo modo ſumpta, quæritur in citata quæſtione ab Vgone, An ipſa diſtẽperies caloris,aut frigoris, humiditatis,aut ſiccitatis, quæ accidit corporib9 humanis, ſit in qualibet parte illius, cuius præexiſtens primarũ qualitatũ proportio corrumpitur. per nouæ qualitatis qua ſubſtantia alterat̃ inductionẽ? Cui in ſumma per hanc concluſionem reſpondetur, quòd neceſſariò mala complexio,quæ inducitur,futura eſt vniformiter, vel diformiter ſubiectiuè in parte,in qua inducitur, & ſi non in gradu vltimo, & æquali ei qualitati quæ ipſam inducit.Quippe ſi ab igne,aut ſole, vel aliquo medicamento calido deglutito,aut aliquo corporis humore calido vt duo, exempli gratia,totum corpus, aut eius aliqua pars caleſcit:neceſſariò in illa parte quæ caleſcit calor futurus eſt vniformiter, vel difformiter genitus, qui calor non æqualis, & tanti gradus erit: vt qui in humore, aut igne, aut alia re producente ipſum. Nam cùm tantus fuiſſet, ceſſaſſet iã inductio caloris,& alterationis motus, & pars non diceretur calefieri, ſed calefacta eſſe. Habitibus enim præſentibus in materia, ceſſat motus,vt Ariſto.primo de generatione textu.co.55.ſcripſit.Supereſt ergo veram eſſe noſtram concluſionem. Porrò cũ ignis ſumme calidus producit vnum caloris gradum in paſſum, in quod octo gradus producturus eſt,verè dicim9,octo gradus producuntur in hoc paſſum,vt qui iter agunt,mille paſſus vere tranſire dicuntur,cùm partem aliquam miliaris tranſegerint.non dixi tranſegiſſe, de præterito, nam vt Phyſici.3. phyſicorum referunt,Motus eſſe dicitur,nõ cùm nondum ſit,neq; cùm perfectus & finitus eſt,ſed in quouis inſtante continuatiuo eius. Ad cuius normam calor induci dicitur, nõ cùm iam inductus eſt, neq; cùm nedum inducitur, ſed cùm pars eſt inducta,& pars inducenda.

¶Et quanquam verũ ſit hoc,quod nuper ſcripſimus, mundinus exponendo hunc eundem libellũ de inæquali intemperie,& Dynus de Garbo teſtantur, quòd ille gradus caloris,aut frigoris, humiditatis, aut ſiccitatis, qui producitur ab aliquo agente in aliquod paſſum reſiſtens, ſiue ſit grad9 ille omnino ſimilis producenti, qui iam inductus, & non quòd inducatur, propriè dicetur, ſiue remiſsior. pẽdebit ipſe in eſſe & conſeruari à cauſa producente, aut conſeruante; & quòd dicẽdus ſit fie

ri,& non factus. Exempli gratia. Si humor putreſcẽs calidus vt tria calefacit partem corporis humani,in qua ipſe includitur, calore vnius gradus,& duorum,& trium ſucceſſiue per horæ ſpatium, credunt relati authores, quòd in toto horæ ſpatio quiuis gradus illius caloris, qui inducitur, ſic pendeat in eſſe,& conſeruari ab humore putreſcente quòd ſi ipſe humor abeſſet,calor ſtatim,& ſubitò corrumperetur. Atq; etiam ſi tres caloris gradus eſſent producti in vlla parte corporis humani, quibus iam omnino aſsimilauiſſet in calore humor putrid9 partem hominis, quam alterabat: ille trium graduũ calor adeò depẽdens ab humore eſſet,vt alii gradus inferiores. Si enim humor à corpore educeretur, calorem ſubitò defuturum credidit.

Quid Dinus & Mũdinus crediderint eſſe inęqualẽ intẽperiem.

¶ Opinati. n. ſunt iſti,quòd qualitates, quæ ab extrinſeco agẽte producuntur in paſſum reſiſtens, ita dependeant in eſſe & conſeruari à cauſa producẽte, vt ſpecies ab obiecto, aut lumen à luce, & tandem vt creatura à creatore. Et cùm eis obiicitur, quòd experiamur, aquam reſiſtentem calefactioni, calorem ſuſcipere ab igne: & quòd abſente igne, adhuc calor duret, & percipiatur in aqua,vt dicta defendant,confitẽtur, aliquid ignis incluſum in aqua manere,toto tempore,quo aqua calida percipitur: & quòd cùm iam frigida ſentitur, nihil ignis permaneat,& duret in aqua. Per quã normam reſpondent obiectioni, quæ eis opponitur de calore manente poſt humorem corruptum expulſum à corpore, quem calorem frigidis medicamentis extirpamus,obſeruantes methodum Galeni. 3. techni. Vnamquanq; cauſam excernere prius oportere, ac deinde venire ad eam, quæ remanſit, diſcraſiam. Inquit enim enim Dynus, quòd minimè poſſet calor permanere, niſi aliquid humoris incluſum in corre manſiſſet. Hoc ita eſſe quibuſdã ſententiis Galeni in hoc libello. de inæquali intẽperie.cap. 4. roborat. Et Auicenæ. 2. primi. doctrina. 2. ca. de cauſis doloris. vbi loquendo de mala complexione facta,inquit authoritate Hippocratis. ⁂ Iſta enim dolorem non efficit, quoniam ipſa non ſentitur. oportet enim vt ſentiens,ab illo quod ſentitur,patiatur: res nanq; non patitur propter diſpoſitionẽ manſiuam, quæ ipſam non mutat, imò nõ patitur niſi propter cõtrarium aduenĩẽs, quod mutat ipſam ad illud,quòd nõ erat ⁂ Quibus authoritatibus innitẽs Dynus,ac Mundinus, vt non confiteantur notam veritatem,puta calorem febris putridæ in totum æqualem calori humoris putreſcentis nõ ſentiri à febriente, vt nõ ſentitur: quia contrarium Galenus in hoc libro. de inæquali intemperie,& Auicena perperam loco ſupra citato dixère, negant illum calorem factum dici poſſe. Quia calorem factum, id eſt, in dependentem à cauſa extrinſeca crediderint ipſi, ſolùm non efficere dolorem, & quaſuis alias qualitates ſic.

Increpãtur in dubiis argumẽtis phyſici credentis aquã nõ diutius pmanere calidã, q̃ ignis icluius in ea durat,

¶Horum authorum decretũ cùm animaduerto, mecum altè, ac profundè cogito, quàm intimè hæreat omnium addiſcentium mentibus quicqd audierint,aut legerint,fuiſſe aſſertũ ab aliquo graui doctore. Nempe quia Dynus & Mundinus legerant, quæ retuli ex Galeno & Auicena, quãquam frequentiſsimi euentus, quos ipſi neceſſariò quotidie experiebantur, oſtenderent falſum

ſum eſſe placitum Galeni & Auicennæ, malebant cũ illis mentiri, quàm eam, quæ ab his excerperant falſam doctrinã, linquere. Et quanquã aduerſus hos authores, qui ſenſum negant, nõ eſſet diſputandũ, vt Ariſto. inquit (Satis enim euẽtus arguũt ipſos mẽdaces eſſe) vt tamẽ veritas adhuc illuſtrior appareat, quibuſdam rationibus probabo, impoſsibile eſſe, calorem, aut frigus, aut aliquam qualitatem primam ſic pendere in eſſe à cauſa extrinſeca, cùm in ſubiecto reſiſtente inducta fuerit, vt ſubitò neceſſariò illa eſſe deſinat, ſi cauſa inducẽs corrumpitur, aut abſens fiat. Primò, quia ſequeretur, quòd ſi aliquis ignis produxiſſet aliquẽ calorem in aquam, quòd ſi idem ignis auferretur ab aqua, & ſi alius ignis qualis prior ſucceſsiſſet in eodem loco, in quo ille fuit, quòd impoſsibile eſſet, aquam illam non amittere ſubitò calorem inductum à priore igne, & frigidam manere, donec nouiter admotus ignis alium calorem produxiſſet. Conſequentia eſt nota. Nã ſi calor aquæ pendebat in eſſe & conſeruari à primo igne, impoſsibile foret ab alio, quàm abhoc aſſeruari. Quia enim ſpecies coloris pendet ineſſe & conſeruari à tali colore inhærẽte tali ſubiecto, ideo abſente illo colore, ſtatim corrumpitur. Si enim ego vidiſſem colorẽ album, quo affectus eſt paries per ſpeciem inductã ab illo colore in meo oculo, nullo modo ſpecies illa coloris conſeruaretur in meo oculo, etſi ſimul cùm abeſſet color albus, alius eiuſdem gradus albedinis adeſſet eidẽ loco. Quia ſequeretur, quòd notitia intuitiua eſſet fallax & deceptoria, & ſic nihil vt certũ affirmari poſſet. Conſequentia patet. Nam ſi eadem ſpecies manſiſſet abſente colore albo productore vt præſente, ſicut prius noſcebam, colorẽ primum album, ſic & nũc eumdem nouiſſem. Et vt prius verè affirmare poterã illum à me videri, ſic & nũc idem teſtarer: ſed hoc teſtando mẽtiebar, quia alius eſſet color, & non prior, ergo conſequens illatum ſequitur: ſed illud eſt falſum, ergo antecedens ex quo ſequitur, putà, pendere calorẽ ineſſe & cõſeruari à ſuo productore & quòd poſsit cõſeruari & durare, quia loco illius caloris ignis producentis calorem in aquã, ſuccedat alius ignis immiſtus aquæ, qui cõſeruet calorẽ eiuſdem.

¶ Secundò ſequeretur, quòd ſi alicui paruo vaſi fictili, aut æneo aquæ pleno, ſubmitteretur ingens copia materiæ ignitæ, qua aqua calefacta præ nimio calore exureret: ſi aqua illa auferretur ab illo igne, ſtatim in remiſſum valde calorem eſſet reducenda. cuius contrariũ experimur, durare ſcilicet ardorẽ aquæ ablatæ ab igne per ſatis diutinũ tẽpus. Sed illationis bonitas patet ex confeſsis ab aduerſo. Fatetur enim, quòd aqua manẽs calida, abſente igne calefaciẽte, talis perſeueret, quia calor eius cõſeruatur ab igne latẽte in aqua, & quòd ſucceſsiuè remittatur caliditas, prout ſucceſsiuè corrũpitur ignis ille incluſus. Ergo, ſeruata illa norma, ſi eſſe caloris aquæ antequã abeſſet ab ea ignis ex materiis ardentibus conflatus, pendebat ab eodem, & ab aliis exiguis portionibus incluſis in paruo vaſe aquæ, cùm iam abeſt totus ignis factus ex materiis, qui multò maiorem proportionẽ habet ad exiguũ incluſũ in vaſe, quàm ipſe inceius ad ſeipsũ iã fermè extinctũ. ſequeretur quòd vt cùm aqua parũ calida, ipſo fermè extinto, percipitur, ita neceſſario

etiam aqua ferme frigida reddenda erat, ſtatim vt ignis ex materiis factus abeſſet: quod, vt prædixi, non experimur. Item ab ſurdum eſt dicere aquam calidam eſſe, ob pauxillũ flammeũ ignem in eius poroſitatibus latentem. & quòd eadem aqua calens ſuper irrorata ingẽti flãmæ. valeat illam extinguere, nam aqua potens extinguere ingentem flammam ſimul agregatam. neceſſario potentior erit, ad extinguendũ paruã diuiſam, & in ſui ipſius poroſitates diſtributam.

¶ Latebat enim Mundinum natura qualitatum, quæ pendet ineſſe & conſeruari à ſuis productoribus, ideo tam enormiter aberrauit. *Si* enim ſciuiſſet, quod omnibus peritis phyſicis notũ eſt, qualitates omnes, quarum eſſe pendet à genitoribus particularibus, ſine reſiſtentia & ſubitò induci in paſſa ſuſcipientia, vt lux à luminoſo, ſpecies coloris à colore, occulta qualitas producta à magnete in ferrum, & aliæ innumeræ, alias verò habentes eſſe propriũ ſine peculiari conſeruante, ſucceſsiuè produci: vt calor, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, atq; omnes ſecũdæ qualitates ex his primis conflatæ. facilè intelligeret, febrilem calorem, aut quemuis alium nõ dici dependentem in eſſe particulari à peculiari cauſa vlla, ſed propriũ eſſe habere. Calor enim ſi non aſſeruatur abſente cauſa producente, id cõtingit illi propter frigiditatem cũ qua compatitur, adiutam ab aqua vel à forma humana, aut alia forma, cui tam immodicus calor diſconueniens eſt, & nõ quia indigeat conſeruatore peculiari: ipſe enim ſi non corrumperetur ab alia qualitate ſibi contraria: perpetuò duraret, & ſi abeſſet ignis producens illum. Alias etiam rationes adducere poſſem aduerſus hunc authorem, quærẽdo ſcilicet ab eo, an opinetur qualitates cõtrarias eidẽ ſubiecto adæquato ſimul ineſſe poſſe, aut non. *Si* primũ cõfeſſ9 fuerit, iterũ quærerẽ an in gradibus intenſis ſimul contraria poſsint compati, an neceſſe ſit (quod verum eſt) ex ambabus ſummam latitudinem eſſe completam. *Si* confiteatur ſimul in aqua eſſe ſummum calorem & ſummam frigiditatem: ſequeretur impoſsibile aquam corrumpi per ignis calefactionem. Conſequẽtia probatur. Quia nullum ens corrumpitur, niſi quia abiiciuntur ab eodem diſpoſitiones, quibus cõſeruatur. Et cùm ipſe fateatur non eſſe eiectam ſummam frigiditatem, qua aqua conſeruatur, ſupereſt minime ipſam aquam corrumpẽdam fore. At ſi nõ intenſam frigiditatẽ ſed remiſſam cum calore illo eximio aquæ feruẽtis manere dicat Dynus, neceſſariò aſſerere debet, quòd ideo illi gradus frigiditatis ſummæ corrupti ſint, quia alii caloris inducebãtur ab igne: & non propter abſentiam aquæ conſeruantis, cùm ipſa adſit: vnde etiam pari ratiõe ſequeretur, quòd cùm ignis abeſt ab aqua calefacta, non ob id calor corrumpatur, quia ignis abſit, ſed quia aqua cum pauxillo illo gradu frigiditatis valens erat corrumpere calorem quantũuis intenſum: quia maior eſſet actiuitas illius parui gradus frigiditatis adiuti ab aqua, quám caloris intenſi non adiuti ab igne. Sed ſi dixiſſet calorem aquæ feruentis non cõpati cũ vllo gradu frigiditatis, quia contrariæ qualitates in nullo gradu ſe admittant, ſed quòd admoto igne aquæ ſtatim aqua incipiat amittere frigiditatem, & omni abie-

cta,

ćta, mox incipiat aquã calere ab igne,ſtatim obiiciam ſibi aliud argumentum antecedēti ſimile,ſcilicet, ſi aqua amiſit frigiditatem propter actionem ignis, & non propter abſentiam aquæ. Etiã calorem aquæ amitti propter actionem aquæ, & non propter abſentiã ignis.Et quan quam, vt ſupra dixi, has, & multas alias rationes adducere poſſem ad improbandam falſam opinionem Dyni,vlterius progredi non placet, quia relata ſufficere exiſtimo, ac vt ad examinanda cætera, quæ ſuperſunt,pergam.

Sētētia et reſpōſio ad vnū ex duob⁹ queſitis in qſtione Vgonis đ inæqua li intēperie.

¶ Eſt ergo vt indubitatum rationibus adductis habendum,malæ cō plexionis fientis partem aliquam factam eſſe,& aliam futuram fore, illiusq; factúm habere proprium eſſe minimeq; pendēs ab alterāte, quod duraſſet, ſi à ſubiecto, cui ineſt, vel ab alia cauſa non corrumperetur. Quippe ſi in aquam inducendi forent tres caloris gradus, cùm vnus eſt inductus,ille factus diceretur, ſuumq; eſſe non penderet à calefaciēte,vt lux dicitur pendere à luminoſo,quin ſi grad⁹ ille productus valeret reſiſtere corruptioni, quam procurat aqua, hic ſolus gradus caloris ſine calefaciente perpetuo duraſſet.vtrum autem hic gradus caloris inductus,qui pars fientis eſt, ſentiatur,an non ſentiatur à ſubiecto, cui ineſt, in tertio articulo huius quæſtionis examinabitur,Deo dante.

Dubium 2. explicatur et ſoluitur ſecū do opiniões aliquorum neotericorũ

¶ Ad diſcutiendum ergo ſecundum ex tribus dubiis accedendo, dico,quòd mala complexio facta medicorum more loquēdo duplici ratione talis eſſe aſſeritur. Vna, quia natiua eſt ſubiecto, cui ineſt, quãq; ipſum ſubiectum aſſeruare nititur, vt frigiditas aquæ, & caliditas ignis. Et hanc propriè factam vocat medici. Alia quia & ſi facta ſit,& in eſſe producta, tamen diſconueniēs, eſt ſubiecto,cui ineſt, à quo corrumperetur,dum non eſſet extrinſecum agens, quod ſimul cum ea reſiſteret corruptioni, vt caliditas in aqua,& ſiccitas in aēre, quæ abſente calefaciente & exiccāte,ſucceſsiuè remitterentur,& euaneſcerent: vt dixi, & hanc factam largo modo nominãt.

¶ Qua diſtinctione ſuppoſita, inquiunt præfacti medici, hecticarũ calorem factum propriè & primo modo dici. Hũc enim adeò natiuũ membris viuentium eſſe rentur, vt ab eiſdem corrumpi non procuretur. Putridarum autē aut ephemerarum calorem membris humanis inductum, factum largo modo eſſe referunt, quòd hominis membra ipſum corrumpere conãtur. Sed cur hunc membra non admittant, illũ ſic,diuerſi diuerſo modo explicant. Ille de Garbo doctor ſuper lib. primo de febrium differentiis. putat cauſam fixionis febris hecticæ eſſe diſpoſitionem ſubiecti nobis ignotàm, quod Vgoni minimè placet. Nam in euentibus,vbi cauſa immediata non eſt proprietas aliqua naturalis, imperitiæ tribuendum eſt, ad eã recurrere, multis aliis mediis cauſis exiſtentibus, quas explanare tenemur. Alios Vgo Senenſis nō explicat modos Gentilis,Truſiani, ac aliorum medicorum, quos ego etiã omitto, vt opinionē Vgonis de hoc dubio exponam.

Vgonis decretũ exprimitur.

¶ Opinatus quippe ipſe eſt, quod cùm complexio propriè dicta, ſit qualitas ſecunda reſultans ex actione & paſsione qualitatũ primarũ, nata variari non ad quamcunq; variationem primarum qualitatum elemētorum, ſed ad inſignem, quòd prout hæc diuerſa eſt ab alia, ſic diuerſas

uerſas qualitates primas poſcit ad ſui conſeruationem. Ferrum enim frigiditatem actualem poſcere noſcimus, inquit, quia niſi igni, aut ardenti ſoli exponitur, ſemper frigidum eſſe percipitur, Vt lanam, linũ poma odorata, & mille alia ſemper calida tangimus, niſi à rigente aëre vel alia re infrigidante, frigida hæc redduntur. Ad quam normam temperatum hominem iuuenẽ calorẽ trium graduum, exempli gratia, poſcere dicit: & ſenem minorem & decrepitum multò minorem, quòd in diſcurſu horum temporum inſigniter varientur proportiones qualitatum primarum elemẽtorum, ac inde complexiones relatæ aliæ fiunt. Etiam bilioſum iuuenem ob id poſcere intenſiorem calorem, quàm pituitoſum, aut melãcholicũ, quòd diuerſæ temperaturæ, ſiue complexiones horum hominum ſint, teſtatur. Hos ergo caloris, aut frigiditatis, humiditatis, aut ſiccitatis gradus, quos poſcit quælibet complexio, factos propriè dicendos affirmat, quòd ii non dependeant ab extrinſeca cauſa producẽte, ſed ſubiecto, cui inſunt, natiui ſint.

¶ Hecticam ergo ideo malam cõplexionẽ propriè factam eſſe affirmat Vgo Senenſis: non quòd intenſior quàm putridæ calor ipſa ſit, nã oppoſitum ſæpe accidere ipſe fatetur, & impertinens illi eſſe intenſiorem, aut remiſsiorem calorem contendit: ſed quia corrupta ſit cõplexio natiua ægrotantis poſcens exẽpli gratia ad ſui optimam cõſeruationem duos gradus caloris actualis, & non plures, & producta loco corruptæ, ſit alia poſcens quatuor caloris actualis gradus, qui hectica febris dicuntur, minimè indigens extrinſeco conſeruatore, quòd complexio illius febriẽtis illos quatuor caloris gradus conſeruet: qui ſi per admotionẽ rei frigidæ fortè remittuntur, abſente infrigidante, ſtatim frigiditas inducta à complexione illa corrumpitur, & calor febrilis in quatuor præexiſtentes gradus intenditur.

¶ Atque vt expreſsius mens relati authoris percipiatur, portionẽ quãdam literæ quæſtionis huius tranſcribere decerno. Nam antecedẽtia non ad literam ſunt trãſcripta, ſed ſententiæ tantùm ſunt explicatæ. Dicit ergo ſic. ✠ In ſumma igitur dico, quòd complexio, vel qualitas prima ſit fixa in miſto, quia acquiritur ſubiecto ſuo complexio, quæ eſt qualitas ſecunda, faciens vllam mẽſuram qualitatis primæ cõſeruari, quia inclinat ad talem menſuram, & eſt fiens quandiu eſt in ſubiecto, quod meritò complexionis, quæ eſt qualitas ſecunda, inclinatur ad retinendum gradum illius qualitatis, & non ad maiorem. Hoc verum eſſe probo, ſupponendo quòd ſolùm tunc eſt mala complexio manſiua, cum corrupta eſt complexio principalis membri: & illa complexio manſiua eſt facta ſicut principalis. Iſta ſuppoſitio eſt Auicenæ ad literam ſecũda primi. cap. de cauſis doloris abſolutè, ſic dicentis: malitia autem complexionis manſiuæ nullo modo efficit dolorem, neq; ſentitur. Et aſsignando cauſam, ſubdit. Veluti ſi complexio mala: quia iam eſt in ſubſtantia membrorum manſiua corrumpit cõplexionẽ principalẽ: & facta eſt, acſi ipſa eſſet principalis, quia eſt manſiua. Ideo apud Auicenam ſequitur, quòd corrumpit complexionem principalem, & ipſa eſt facta ſicut principalis. Et hoc quidem intendit Auicena prima

Vgonis verba trãſcribũtur in preſentiarum.

ma quarti.cap. de ſignis hecticæ. cũ
dixit. Et eſt habẽs ægritudinem nõ
vehementer decernentẽ illud quod
in eo eſt de calore: quandoq; eſt fa-
cta complexio membro conueniẽs.
Conſtat enim quòd non eſt magis
conueniens,quàm putrida,vel ephe
mera reſpectu vitæ, vel perficienda
rum operationum: ſed dicitur mẽ-
bro conueniens, quia proportiona-
ta principali complexioni membri
quæ eſt qualitas ſecunda, acquiſita
illi membro, & requirens tantùm
actualem calorem cum proportio-
nata mẽſura ſanguinis & ſpirituũ.
Nec video aliam expoſitionem illi
loco conuenientem.Et ad hunc ſen
ſum dicit Auicena ſexto naturaliũ.
cap.de tactu.quòd cõplexiones ma-
læ non ſentiuntur, quando per eas
corruptæ ſunt naturales, & ipſæ fa-
ctæ ſunt quaſi naturales. Vbi ſic in-
quit. Complexiones enim malæ cõ
quieſcunt, poſtquàm corrumpunt
complexiones naturales: ita quòd
hæ manifeſtæ factæ ſunt quaſi natu
rales,non ſentiũtur.Et propter hoc
non ſentitur calor hecticorum,quã
uis multò fortior ſit, quàm calor
tertianorũ. Sed ſi naturales habue-
rint adhuc eſſe, illæ extraneæ, quæ
aduerſantur, ſentiuntur. Et ſimile
huic vult Auerrois tertio colliget.
cap.de cauſis accidentium ſenſus ta
ctus.cùm vult, quòd mala comple-
xio diuerſa ſentitur per remotionẽ
bonæ complexionis, quæ eſt in mẽ-
bro. Sed mala complexio facta non
ſentitur, quia bona complexio in il
lo membro eſt corrupta.⁜Et vlte
rius procedendo Vgo,dixit. ⁜Sup
pono ſecundò, quòd ſolùm tunc eſt
mala complexio diuerſa, vel fiens,
quando talis qualitas, quæ eſt mala
cõplexio, eſt in ſubiecto, in quo eſt
bona complexio fixa illi contraria.
Hæc ſuppoſitio patet ex Auicena.2
primi.cap. allegato ſæpe. De cauſis
doloris.vbi ſic dixit. Per malitiam
autem complexionis diuerſæ intel-
ligimus: vt membra in ſui ſubſtan-
tia complexionem habeant manſi-
uam, deinde adueniat eis comple-
xio extranea huic contraria, ita vt
fiat plus calida aut frigida quàm e-
rat. Et idem poteſt colligi ex autho
ritatibus ſtatim allegatis de differẽ
tia diuerſæ & manſiuæ complexio-
nis.Ex his facilè probatur cõcluſio:
In mala complexiõe æquali eſt cor-
rupta complexio principalis illius
membri,& cum mala complexione
diuerſa non eſt corrupta,imò rema
net: & iſta duo non poſſunt verifica
ri, niſi loquendo de complexione,
quæ eſt qualitas ſecũda,quòd ſit cor
rupta, quando eſt mala complexio
fixa,vel manſiua, & quòd nõ eſt cor
rupta, quando eſt mala complexio
fiens: igitur malam complexionem
vt caliditatem dicimus diuerſam fi
xam, quia corrupta eſt complexio,
quæ eſt qualitas ſecunda,quæ incli-
nabat ad illius caliditatis corru-
ptionem, & genita eſt complexio,
quæ eſt qualitas ſecunda alia ab illa
priori,quæ inclinat ad eius conſer-
uationem.Et tunc dicimus eſſe ma-
lam complexionem fientem,quan-
do talis qualitas ſecunda inclinans
ad eius fientis corruptionem, nõ eſt
corrupta, imò eſt illi fieti effectiuè
& virtualiter contraria, quòd fuit
probandum. Quòd hoc non poteſt
ſaluari niſi modo dicto probatur:
quia ſi per talẽ complexionẽ, quæ
corrupta dicitur, quando mala cõ-
plexio eſt facta intelligeremus qua-
litatem primam, vel aggregatum
primarum qualitatum: tunc cùm
vtraq; mala complexione oporte-
ret dicere eſſe corruptam bonã cõ-
plexionẽ

plexionem aliquo iſtorum modorum. Aut dicimus corruptam, quia remiſſam in gradu, ita quòd aliqua pars eius eſt deperdita: & hoc modo eſt corrupta complexio in vtraq;: tam enim propter malam complexiōem diuerſam, quàm propter æqualem, vel fixam eſt gradus aliquis præcedentis qualitatis contrariæ remiſſus aut corruptus, & ſic totius aggregati ex omnibus primis. Aut dicimus tunc ſolùm eſſe corruptam, quando formaliter complexio ſecundùm ſuam quamlibet partem corruptaeſt. Et hoc modo neq; in manifeſta complexione facta, neque in fiente eſt corrupta complexio præexiſtens: ſumendo complexionē pro qualitatibus primis, vel aggregato ex eis. Cōſtat enim, quòd in hectico eſt aliquid pristinæ caliditatis, & priſtinæ frigiditatis. Et ſimiliter in tertianario, cùm nullus iſtorum habeat in ſummo aliquam primam qualitatem. Aut tertiò intelligim9 aliquam bonam complexionem eſſe corruptam, quando deſinit eſſe bona & ſufficiēs ad operationes perficiendas, & tūc etiam in vtraq; mala complexione, eſſet corruptio, quia vtraq; non ſufficit ad operationes ſanorum perficiendas. Aut quarto dicitur corrupta complexio præexiſtens, quia facta inconuenies & incompoſſibilis vitæ. Et hoc modo non eſſet corrupta in mala complexione facta, neq; in fiente: quia vtraq; ſtat cum vita. Cùm igitur non videatur alius modus ſecundùm quem debeamus intelligere complexionem præexiſtentem, remanere in mala complexione fiente, & eam eſſe corruptam in mala complexione facta, ſequitur quòd hæc nullo modo ſaluari poſſunt, niſi intelligendo de complexione, quæ eſt qualitas ſecunda, merito cuius conueniens eſt membro hæc vel illa qualitatis primæ menſura. Et hoc intendebam probare. Et hoc modò reſpōſum ſit ad primam difficultatem.

¶Vgo Senēſis palàm præfactis verbis docet idem, quod nos paucioribus expreſſimus. Placuit tamē eius verba referre, vt omnes videāt, quòd non immeritò ego cōqueror huius peſſimi ſcriptorum moris, qui, vt quadrent cum aliquorum authorū verbis ſuam expoſitionem, mille cōmentantur figmenta, quæ vera an falſa ſint, examini ſubiicere deſpiciunt, cùm id in primis agēdum ab eiſdem eſſet. Certè ſi vera faterētur Galenus & Auicena non indoctè ab Vgone per ſuam expoſitionem explicabantur, at cùm falſum dogma ipſi protulerint, nō erat, vt quid conaretur id exponere: ſatius enim egiſſet, ſi quomodo confutaretur, explicuiſſet, quod nos exequimur.

¶Primitus ſupponendo quoddā axioma phyſicis omnibus notum, omnia miſta citra vllius extrinſeci agentis operationē ab ortu vſq; ad interitum ſemper tendere in corruptionem, propter mutuam elementorum pugnam: vt qui elemēta manere formaliter in miſtis opinātur, dicunt: aut propter diuerſitatē tēperaturarum diuerſarum partium conſtituentium eadem, vt qui elementa virtualiter tantùm concurrere ad miſtionem, & ſi falſum ſit, credunt. Hoc nulla alia ratione in præſens probo, quàm experimento, differens hoc vt alia, quouſque noſtra exacta & clara philoſophia excudatur. Qui enim aliquid de re phyſica ſapiunt, & euētus obſeruāt, facilè intelligunt, nulla miſta quantumuis æterna à vulgo habeantur,

vt aurū

vt aurum,& adamas,non ſeneſcere,
& à ſuo primo ortu in interitum tē
dere.

¶ Secundò ſupponendo, cùm mi-
ſta in corruptionē vergunt per mu-
tuam elementorum pugnam ſem-
per magis ac magis terreſtria fieri,
hoc eſt dictu, minus ac minus parti
cipia elementis calefacientibus, &
humectantibus. Quod vltra experi-
mentum ratio ſatis manifeſta pro-
bat. Impoſsibile enim erat concur-
rentibus ad miſtionem, terra, &
aqua, elementa adeò compacta &
ſolida,& aëre, ac igne elemēta adeò
rara & paſsibilia, quæ omnia mu-
tuò dimicant, hæc non prius vinci
quàm illa, maximè quòd in omni-
bus miſtis præter flammam (non e-
nim purus ignis ipſa eſt) ſuper emi-
neat portio terrea & aquea aëream
& igneā, vt miſtorum grauitas pro-
bat. Nam ſi aliqua magis aërea & ig
nea fieri cernuntur, vt fructus im-
maturi, qui matureſcentes multò ſe
leuiores, paritate in magnitudine
ſeruata,& molliores,& dulciores, q̄
prius guſtantur. Quo manifeſtè de-
prehenditur eorundem aërearum
& ignearū portio magis aucta. No-
bis hoc minimè aduerſatur. Nos e-
nim dicere impreſens poſſumus nō
loqui de miſtis nondum perfectis,
& coctis, qui vlterius cōcoquuntur,
quibus nimirum quòd accidat per
vlteriorem ſuctum, quem ex arbore
aut planta ſugunt, dulceſcere, & le-
uiora fieri: quia partes multò magis
aëreas & igneas cùm dulcia vertun-
tur, ſugunt, quàm prius. Poma enim
& pyræ,& vuæ, & alii fructus proxi
mi ortui, non niſi quoddam miſtū
ſimile fœtui animalis, qui in vtero
fabricari incepit ſunt: cùm tantùm
cuti,& membranis, & neruis, ac oſ-
ſibus fœtus conſtat, vaſis illius nul-
lo, aut exiguo humore repletis. Na-
tura enim prius partes ſolidiores,
quæ terreſtriores neceſſariò ſunt, ef
fingit in quouis miſto animato, ac
poſtea ſuccis, ſanguine ſcilicet in a-
nimalibus ſanguineis, aut aliis hu-
miditatibus huic proportionali-
bus in aliis animalibus & plantis, va
ſa,& cauitates animalium & plan-
tarū replet. Quæ humiditates mul-
tò magis aëreæ & igneæ ſunt, quàm
prius formatæ partes erant. ideoq;
ſucco copioſiore,& dulciore matu-
ra quàm immatura redundant, ma
giſq; aërea ſunt. Verum, vt dixi, de
his, quæ nondum ſunt perfecta, ſed
imperfectionem acquirendam per
nouarum partium admotionem tē
dunt, non eſt noſtra aſſertio. Sed de
illis tātum miſtis, quæ nequaquam
poſſunt fieri maiora aut maturiora
per vlteriorem partium aërearum
ab extrinſeco adiūctionem. De his
ſat dixiſſe reor, quòd locus hic idò-
doneus non eſt, vt hæc ad vnguem
explicentur: & quòd prædicta non
omnino perſpicua ſint. nam ex di-
ctis collegi poſſet, fœtum trimeſtrē
terreſtriorem non eſſe, ſe bimeſtri,
& bimeſtrem minus aëreum non eſ
ſe ſe vnius menſis. Quod falſum eſſe
aliqui crederent. etiam quia innu-
meros fructus matureſcere & dul-
ces fieri: poſtq̄ ab arboribus excerpū
tur, noſcimus. & ipſos ſeniores tunc
eſſe indubitatum eſt, quo nullius va
loris eſſe ratio, qua phyſici probant
vuas magis aëreas eſſe q̄ omphaciū,
videtur. Sed perpetuū manere om-
nia miſta ab initio ſui ortus vſq; in
finem terreſtriora eſſe, non tantum
quæ in lucem prodita ſunt. verum
& quæ in vtero geſtantur, vt hæc ſe
cunda ſuppoſitio dicebat, aparet.

¶ His duobus fundamentis iactis,
facile Vgonis fictio confutatur. Si
enim

Improbatur Vgonis opinio ſufficiens

tibus argu- mentis.

enim impoſsibile eſt ab ortu cuiuſ-
uis miſti iã perfecti & conſummati
vſq; in interitum, ipſum terreſtrius
ac terreſtrius non fieri, vt ſecundũ
fundamentum aſſeruit, impoſsibile
quoq; erit, miſtũ frigidius ac frigi-
dius per diſcurſum ætatis, quouis fe
brili calore inuadente, aut nõ inua
dente, non reddi. Porrò ſi cõplexio,
quæ eſt qualitas ſecũda reſultans ex
actiõe & paſsione primarũ qualita-
tum elementorũ variatur, vt ille te-
ſtatur, prout elementorum propor
tio notabiliter mutatur, cùm à ge-
neratione vſq; in interitum ſemper
elementa calida euaneſcant, & à mi
ſtione exhalent, & frigida magis ac
magis vincant, & dominentur: ne-
ceſſariò complexio inde reſultans
poſcere, ac appetere debet pro ſui
cõſeruatiõe remiſsiorẽ ac remiſsio
rẽ caliditatis gradũ, indeq; impoſsi
bile erit, quod Vgo fingit, ꝑ præſen
tiã caloris febrilis, aut ſolaris corrũ
pi temperiẽ, ſeu cõplexionem poſ-
centem ad ſui conſeruationem cali
ditatem remiſsiorem, & gigni aliã
poſcentem caliditatẽ febrilẽ hecti-
ci intenſiorẽ. Si enim illud factibi-
le eſſet, etiam ex iuuene infans fieri
poſſet, & ex ſene iuuenis, & ætates re
trocedere valerent, & tandẽ viuen-
tia, & nõ viuentia perpetua fieri, eſ-
ſet poſsibile. Conſequẽtia facilè de
ducitur. Si miſta poſſunt per morbi
ficã cauſam acquirere cõplexionẽ
poſcentẽ pro ſui cõſeruatione intẽ
ſiorẽ gradũ caloris, quàm ante: à for
tiori ſine ea idẽ aſſequi poterũt. Vl-
teriuſq; ſi intẽſiorẽ caloris gradũ ſi
bi naturalem adipiſci valent miſta;
quàm cùm proximiora ortui ſunt,
ergo aliquãdo poſt ortũ elemẽta ca
lidiora ſuperare elementa frigidio-
ra pluſq̃ ortui proxima poſsibile eſ
ſet, quod eſt cõtra ſecũdã hypothe-
ſin, & veritatẽ paſsim expertam: ſed
hoc, vt dixi, eſt notoriè falſum, ergo
antecedẽs ex quo hæc impoſsibilia
ſequuntur, falſum erit. & illud eſt
Vgonis aſſertio, reſtat ergo illã fal-
ſam eſſe.

¶Secũdò argumentor. Si per calorẽ
ſolarẽ aut febrilẽ putridæ aut ephe
meræ, valet in homine proportio e
lemẽtorũ conſtituentiũ ipſum tali
ter variari, vt elemẽta ignea incipi-
ant plus dominari elemẽtis calidis
q̃ prius, ergo mẽbra hũana, quæ per
vſtionẽ factã ab igne, adeo calent, vt
cõtracta, ac conuulſa manere cernã
tur, neceſſariò hectica febre labora
re, deinde ſemper deberẽt. Cõſequẽ
tia patet. Quia ſi per intenſionẽ ca-
loris ſolaris aut ephemeræ febrim
hecticã gigni cõfitetur Vgo Senen.
vt Gal. ſectator, à fortiori ab igneo
magis ardẽti proportio elemẽtorũ
illius mẽbri vſti, ac ſua cõplexio in
calidiorẽ vertẽda foret, & inde intẽ
ſiorẽ caloris gradum ad ſui cõſerua
tionẽ poſcere debebat, q̃ prius, & he
ctico calore vexanda eſſet pars illa,
tandiu quòd vixiſſet, ſed hoc cõſe-
quẽs eſt abſurdũ, quòd mẽbra vſta
exanguia & ferme frigida cũ ſane-
ſcũt: cõſpiciũtur. ergo antecedẽs ex
quo ſequitur, falſum erit.

¶Euadi enim ratio hæc nõ poteſt,
calũniãdo, quòd eſt adeò immodi-
cus calor ignis, vt humani corporis
elemẽta nõ tantùm plus iuſto cale-
faciat, vt hecticus calor, verũ vlte-
rius adurẽs adeo exiccet, ac reſoluat
elemẽta calida & humida, vt mem
brũ cõtractũ linquat, etſi vita illud
non priuet. Ac quòd inde nõ eſt ap-
tus gignere hecticã, quòd ipſa non
poſcat adeò intenſum calorem, vt
febrilis eſt, quãq̃ maraſmũ efficiat.
Quòd enim his nihil vitetur, fa-
cilè probatur ex hoc, quod ille im-
modicus

modicus calor ignis,qui membrum in maraſmum induxit,prius fuit remiſsior & æqualis calori ſolari,aut ephemeræ hecticam producēti,vbi hectica neceſſariò gignenda tunc erat,ſi vlterius nō proceſsiſſet vſt io. quod nulli hominis membro igni admoto accidere obſeruamus.Quis enim vnquam expertus eſt per admotionem manus,aut cruris,aut digiti, ſeu cuiuſuis alterius mēbri igni, complexionem illius mēbri corrumpi, & gigni aliā poſcentē deinde per totam vitam ad ſui conſeruationem intenſiorem gradum caloris actualis:quàm prius?Nullus certè. Qui enim aufugiſſet etiam hanc rationem, negando calorem illum dici poſſe hecticum,quia non ſit febrilis: cuius origo prima neceſſariò futura erat in corde, quod relato calori membri humani non accidit: neq; hoc vim ratiōis noſtræ diluit. quia nos non de nominibus diſputamus, ſed de rebus. Quippe nihil aliud probare per relatam rationem volumus,quàm quòd per admotionem alicuius mēbri humani igni, non poſſet corrumpi complexio illius membri, quæ eſt qualitas ſecunda, & gigni alia poſcens intenſiorē caloris actualis gradū, quàm prior: ſiue ille calor ſit hectica nominandus,ſeu non:quod, vt dixi, nullus id experitur. Nempe membra particularia immodicè calefacta ab igne, vel ſole,aut alia re,quàmuis nò vrātur,& vlcus ex vſtione patiantur, & quæ vruntur, poſt abſentiam calefacientis,aut vlceris curationem,non calidiora quàm prius percipiūtur, quod eiſdem euenturum erat, ſi cōplexio mutaretur,vt hecticorum. Et quia id fieri nō poſſe,retione probauimus: & relato experimēto quoque, ſupereſt placitum Vgonis eſſe ſufficienter improbatum.

¶ Qui enim hanc pene vltimā rationem cauillaretur, aſſerēdo ideo particularis membri calorem immodicum non percipi, & ſi corrupta ſit præexiſtēs complexio,& alia genita, quia cordis, & aliorum mēbrorum temperatus calor reprimere intēſiorem membri poteſt, adeò futilia inquiet,vt antecedentes calūniatores.Nam cùm experiamur cōtinentis nos aëris brumalis frigiditatem, nō poſſe remittere calorem febrilem hecticorum, & ad temperamētum reducere(in bruma enim hecticos tactos ardere ſentimus,vt in vere) certi futuri ſumus, multò minus à temperato hominis calore corrigendos fore, & quòd calor eorundem ſit remittendus. Quod enim contrarium efficere non valet, remiſſum minimè aſſequi poterit. Verum vt hæc euaſio quàmuis ſatis confutata minoris adhuc maneat vigoris, & apertius Vgonis decretum improbetur,rationem ſequentem propono. Sequeretur ſcilicet, ſi vera Vgonis opinio foret, nullam partem corporis humani poſſe vi noſtri caloris exhalare, & corrumpi, quin prius in hecticam illa pars incidiſſet, conſequentia eſt nota, ſi enim calor ille noſter valet corrumpere partem aliquam ex noſtris : neceſſario intenſior futurus erit, quàm hecticus calor cum quo vita adhuc perdurare experimur. vnde manifeſte ellicitur: quòd cum erat æqualis hecticæ hecticam erat producturus. Sed hoc conſequens eſt abſurdum. quòd omnes noſtri corporis partes paulatim ac paulatim diſſlentur, & ex alimentis reſtituantur, ergo entecedens ex quo ſequitur.

Alia euaſio diluitur.

¶ Iam nobis vltimo obiici poteſt contra

Oiectio qua

dam cõtra 2. ſuppo.itũim probatur.

cõtra ſecundũ fundamentũ cui noſtræ rationes innituntur, quòd ſi illud verũ eſſet, & miſta iam perfecta nõ poſſet per præſentiã caloris, aut ætatis reddi magis calida, q̃ proxima ortui, vt in relata ſecũda ſuppoſitione ego ſum teſtatus, ſequeretur calcẽ vſtã nõ eſſe calidiorem ſeipſa cruda, & hominis ventriculũ, aut cerebrũ nõ poſſe in iuuẽtute calidius eſſe, q̃ in pueritia, cuius cõtrarĩũ innumeri experiuntur. Noui enim aliquos ſenes teſtantes ſe calidius caput habere, quàm in iuuentute.

¶ Sed huic argumẽtationi, quæ diuerſa obiicit, vnũ de calce vſta collata ſibe nõ vſtæ, & aliud de homine iuuene collato ſibi puero & ſeni, diuerſo modo reſpondere cogor. Argumẽto primo quippe reſpõdeo, negãdo, quòd calx vſta ſeipſa calidior verè & propriè dicatur: quia vſta nõ eiuſdẽ ſpeciei cum nò vſta eſt, plusq̃ carbo & lignum viride. Et vt impropriè quis dixiſſet, carbo hic calidior eſt ſeipſo ligno, cũ iã ligni forma ſit amiſſa, & prunæ forma ſit inducta: ſic neq; rectè dicitur calx cruda, quæ lapideũ miſtũ eſt, & diuerſam ſubſtãtialẽ formã habet, quàm vſta, quòd minus calida ſit, quàm ipſa eadem vſta. nam ipſa non eadem nec eiuſdem ſpeciei eſt. Nos enim non negamus, corrupto aliquo miſto, ſiue per putrefactionem, ſeu per vſtionem, aut alio quouis modo, ex eo poſſe aliud calidius gigni: ſed quod in noſtra ſecunda ſuppoſitione teſtamur, eſt, idem miſtũ manẽs incorruptũ, & ſeruãs eandẽ in ſpecie ſubſtantialẽ formã, non poſſe calidiorem temperaturã acquirere, q̃ in antecedenti ætate habebat.

¶ Aliud de peculiari re accidente nonullis hominibus, qui per ætatis diſcurſum ventrem aut cerebrum calidius ſe habere, q̃ pri9 percipiuntur faciliter diſſoluitur, negãdo hoc illis accidere, quia cõplexio relatarũ partiũ, quæ eſt qualitas ſecunda varietur, quòd poſcat ad ſui conſeruationẽ intenſiorẽ caloris actualis gradum, q̃ prius, ſed quia aliqui pituitoſi, aut melancholici ſucci frigidi incluſi in cauitatibus relatorũ mẽbrorũ, qui ipſa infrigidare erant ſoliti, procedẽte ætate ſint abſũpti.

¶ Tertiò, iis, qui exactè nouerunt, quòd è corde tãtùm emanet auctio & imminutio caloris actualis noſtri corporis, de quib9 in exacta philoſophia nõ pauca dicemus: dilucidè conſtat: quàm parũ prodeſſe ſolam variationẽ cõplexionis cordis, & iecoris, ac aliorum membrorum vt ipſa ſpiritus calidiores gignerẽt, qui expanſi per vniuerſum corpus, ipſum calidius, quàm tempore ſanitatis efficiant, niſi at ſit apta materia, vnde calidiores ſpiritus gignantur. Modò cùm materia ſit ſanguis hectici, qui ex frigidis rebus & ex lacte frigido aſinarum ſæpe deuorato ab hecticis, fiat: non videtur qualiter quantunuis variaretur cõplexio hominis hectici poſſent calidiores actualiter ſpiritus hectici fieri, quacunque cauſa humorali & extrinſeca ablata, vt in hectico aufertur.

Alia cõtra Vgonem ratio proponitur

¶ Quarto. Si ad relatam variationẽ cõplexionis hectici ſequitur, natiuũ hectico eſſe calorẽ febrilẽ, hecticiq; cõplexionẽ eũ poſcere, vt Vgo teſtatur, inferre liceret, quòd hecticus interemptus ita calidus, aut calidior manſurus erat, vt viuus, cuius contrarium euentus mõſtrant. Conſequentia patet. Quia ille febrilis calor naturalis erat complexiõi febriẽtis, vt hugoni placet: ſed cùm iam extinctus hecticus non potuit acquire-

acquirere complexionem poſcenté
remiſsiorem calorem quàm præce
dens erat, quòd hecticus extinctus
diuturniorem calorem febrilé paſ-
ſus fuerit ægrotando, quàm in quo-
uis antecedente tempore vitæ, vnde
cõplexionem poſcentem adhuc in-
tenſiorem caloré, quàm cum viue-
bat, erat acquiſiturus: neceſſariò ſe-
quitur hecticũ functũ vita calidio-
rem mãſurum, quàm cùm viuebat.
Quod, vt dixi, non experimur, quin
oppoſitũ. Ex quo liquet antecedés
ex quo falſum hoc elicitur, falſum
quoque eſſe.

¶ Putrefacta ſi calidiora eſſe ſe nõ
putrefactis percipimus, nõ ob aliud
hoc illis accidit, niſi quia priorem
ſormam amiſerunt, & iam miſtio,
quæ præceſsit, diſſoluatur: & aut a-
lia fieri incipiat, vt cùm ex putridis
cadaueribus ſeu ſtercoribus vermes
aut alia inſecta fiunt, aut elementa.
quæ conſtituebant miſtum in pro-
pria loca tendunt, qui eſt frequẽtiſ
ſimus miſtorum exitus. Vnde quæ
ex putrefactione ſuperſunt, terrea
eſſe percipimus. Aer enim in pro-
priam regionem tendit: & ignis ab
aere circunſpetus, corrumpitur, &
in aerem tranſit. Satis per relata cõ
futatam eſſe Vgonis Senenſis opi-
nionem exiſtimo: ideo falſo cõmen
to hoc & aliorum authorum de he
cticis febribus exploſo, ad explican
dum, quid Hectica febris verè dicé-
da ſit accingor.

Quid vere hecticafebris ſit. de inceps exponitur.

¶ Cũq; rationes adductæ ſatis cla-
rè probauerint, minime calorem fe
brilem hecticorum dici poſſe adeo
independẽtẽ à cauſa humorali, aut
alio corporis humani incommodo
vt quibuſuis ex his cauſis remotis ca
lor hectici auferatur. Primũ quod
deinceps vt indubitatum habendũ
eſt, ſit. quòd quicunq; medici credi
derunt, febrim fecticam neque ab
humore, neque vlcere interno, nec
inflammatione calida aut frigida,
nec obſtructione ortum ducere, ſed
eſſe calorem membris humanis in-
hærentem, ipſisq; adeò infixum, vt
quouis humore, aut obſtructiõe, aut
vlcere, ſeu quauis re aliena corpori
ablata, ipſe febrilis calor hecticus
maneret, ac duraret: hos deceptos
fuiſſe, ac enormiter in re tam ſeria
aberraſſe, cauſamq; hos fuiſſe inte-
ritus & mortis plurimorum ægro-
rũ, indoctis methodis curationis ab
eiſdem præſcriptis.

Explicatio hecticæ febris vlterius procedit.

¶ Secundum, quod pro certo ha-
bendum eſt, id ſit, febrium hectica-
rum cauſas eſſe in genere eaſdẽ, quæ
febriũ, quæ putridæ, aut quæ ephe-
meræ à medicis nobis prædeceſſori
bus hucusq; nominabãtur. Hoc eſt
dictu, quòd ſicut prius docuimus, re
dundãte, vel putrẽte aliquo ex qua-
tuor humoribus adeò ſenſibiliter,
vt inde ſanguis inficiatur, exquo ſpi
ritus vitales forent in corde confi-
ciendi, cor velocius, ac frequentius
quàm ſolitum erat tempore ſanita
tis dilatatur, indeq; calidius verta-
tur, vnde ſpiritus vitales, qui in to-
tum corpus deferuntur, calidiores
reddantur, & vniuerſum corpus ca
lefaciant. Sic aliquis humor noxius
paucus, aut lentus, ſeu craſſus perti-
naciter hærẽs alicui particulæ pro
ximæ cordi, aut iocinori, ſeu ventri
culo, aut ipſis eiſdẽ partibus, ſeu il-
le idem vas aliquod horum mẽbro
rum obſtruendo, aut carnoſam ſeu
membranoſam ſubſtantiam occu-
pando, tumorem attollendo, aut
citra tumorem ſeſe in alicuius
membri poroſitatibus includen-
do, indeque ſanguinem cordis in-
ficiendo, cor in magnas, frequen-
tes, & veloces dilationes & conſtri-

ctiones attolli cogit, vnde febris aſ-
ſidua oboritur. Quæ ſi ob imbecilli
tatem facultatis expultricis mem-
bri malè affecti non ſufficit in hali
tum diſcutere humorẽ, aut ipsũ cõ
coquere, vt ſenſibiliter excerni va-
leat. diu per annum aut plus quan-
doq; perſeuerans, hectica febris no-
minatur. Neq; aliter febres hecticæ
quæ ex putridis aut ephemeris tran
ſeunt, cõtingunt, q̃ humore aliquo,
qui prioris febris occaſio erat, iam
indurato & in aliquo cordi loco
proximo, aut in iocinore, vel ven-
triculo, aut ſepto tranſuerſo, aut a-
liis partibus his membris proximis
vt diximus, imbibito, nec tãtùm ob
relatorum noxiorum humorũ mẽ-
bris cohærentiã febres hecticæ con
tingunt, verùm & propter vnitatẽ
alicuius particulæ cordi aut iocino
ri propinquæ ſolutam, etiam obori
ri febris hectica ſolet. Cùm enim a-
liquod internum vas dirumpitur,
ſed nõ adeò inſigniter vulnus illud
aperitur, vt intra menſem, aut duos
vel tres interire ægrotantem cogat,
ſed per anni ferme ſpatiũ febris ho
minẽ trahat, tunc hectica nomina
tur. Solent enim huiuſmodi vni-
tates ſolutæ duplici via febres con-
citare. Aut particulis, quæ diſſciſſæ
ſunt, aëri nos continenti locum ce-
dẽtibus, indeq; ſanguine, ex quo ſpi
ritus procreandi forent, diſtempe-
rato, aut virulento aliquo ſucco in
ipſis vulneribus genito, vnde vapo-
res, qui ſanguinem inficiunt, in cor
eleuantur, ad quorum vtraq; vitan-
da incommoda, aut ad alterum ſi
vnũ tantum eſt, cor in magnas, velo
ces, ac frequentes dilatationes & cõ
ſtrictiones expãſus & depreſſus mo-
uetur, vnde febris, quam hecticam
nominamus, vt diximus, fit. Neque
tantùm internæ occaſiones harum
vnitatum ſolutarum cauſæ eſſe ſo-
lent, ſed externæ quoque. Accidit e-
nim ſpicula nonnullorum telorũ
mucronatorum relicta in corpore
per anni vnius, aut duorum vel triũ
ſpatium febrem hecticã procreare.

Proprijs Galeni decretis ſua de hecticis febrib' opinio improbatur.

¶ Et priuſq̃ vlterius procedam,
vt apertè conſtet, Galenum, cæteroſ
q; medicos eiuſdem ſectatores euen
tibus coactos idem quod nos ſumus
teſtati affirmare, nonnullas Galeni
ſententias adducere videtur, vbi re-
lata referuntur, vt iis perlectis, pa-
teat nequaquam febrim hecticam
poſſe eſſe illã, quam ipſe primo de
febrium differentiis eſt teſtatus, ſibi
q; enormiter contradixiſſe vniuerſi
facile intelligant. Primaq; ſenten-
tia ſit ex. 9. cap. primi de febriũ dif-
ferentiis. quæ huiuſmodi eſt. ※ In
eandem verò incidunt febrem tabi
dam ex ardentibus atq; acutis febri
bus plures, qui recti curati non ſunt
ac præſertim qui cũ aquæ frigidæ
potu indigerent, præter id quòd eã
non biberint, nullum aliud refrige-
rans medicamen thoraci ac præcor
diis appoſuerũt. Si verò cum omni
huiuſmodi auxilio caruerint, cata-
plaſmata etiam ex melle, quorum
nunc plurimus eſt vſus, vltra modũ
adhibuerint, his expeditum eſt iter
ad tabem. Si etiam diu febrem tole-
rauerint, ex hepatis aut ventriculi
inflammatione: maximè enim ho-
rum viſcerũ inflammationes, ſi nõ
recta cura adhibeatur, inſequuntur
hecticæ febres, adeò vt pleriq; exiſti
mauerint, eas nulla ex cauſa alia ge
nerari, quos latet neutrum iſtorum
ac nullum præterea ex viſceribus a
liud, neque tabem, neque vllam om
nino hecticam febrẽ efficere priuſ-
q̃, vt dictum eſt, cor patiatur. Inci-
pit autem ipſi cordi hæc paſſio, nõ-
nunq̃ quidem ex ſeipſo, ſicut in ex-
candeſcẽtiis, vehementibuſq; triſti
tiis, ac diuturnis, nonnunq̃ verò ex
arden-

ardentibus febribus: aliquando autem ex pulmonis ac thoracis affectibus, ac preſertim ex ſuppurationibus & phthiſi, ſicuti autẽ ex his, ita ex hepate ac ventriculo: atq; vt ſimpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflammationibus, quæ nobiliores partes occupauerunt, adiuncta totiꝰ animalis, ac preſertim cordis ſiccitate. Ego quidem vidi in laxioris inteſtini (Græci colon appelant) inflammatione diuturna tabidam febrem fuiſſe ſecutam. Itidem in ſimilibus ſtomachi, veſicæ, ac renum affectibus, nec minus à tali febre nonnulli ſunt capti, qui dyſenteriam patiebantur, cùm ſcilicet in teſtina inflammatione laborarent. In leuitate etiam inteſtinorum, & longo profluuio (alterum Græci liẽteriam, alterum diarrhœam appellant) cùm ſcilicet vel ab initio ſtatim, vel progreſſu temporis febricula inuaſerit, tabidæ febres conſequũtur. Et vt ſimpliciter dicam, quando præexiccatum cordis corpus febrilem caliditatem, quæ cum difficultate amouetur, acceperit.

Quibus verbis nullus tam ſtupidus eſt, q palàm nõ videat cauſam corpoream vllã ſemper aſsignari à Galeno in ſingulis, quas retulit, hecticis febribus. Primæ enim febris hecticæ indoctè curatæ, ob prohibitã potionem aquæ frigidæ, & nullam admotionem thoraci & præcordiis medicaminum refrigerãtium. Cauſa materialis eſt humor immodicè vſtus in vaſis cordi proximis, aut aliis internis viſceribus impactus.

Alii autem, qui ex hepatis, aut ventriculi inflammatiõe hectici ſunt, cauſam materialem habere humorem inflammationem facientem, quis non intelligit? Nemo certè. Nã ſi fortè à natura, vel medicaminum vi inflãmationes recenſitæ medeantur, febrim hecticam auferri cõſpicimus. Excandeſcentias vehementes, id eſt, iras, ſeu ſolares calores, & diuturnas triſtitias, vrendo humores, & terreſtres efficiẽdo impactos vaſis, quibus includuntur, eaſdem febres efficere, quis dubitabit? Pulmonis, & thoracis affectus, vlcera ſcilicet, aut tubercula, aut ſupporatiões, aut venarum rupturæ materiam exhibere febri putridæ per modum à nobis explicitum, planum eſt. Illud quoq; genericum, & ſimpliciter dictum, omnes diuturnas inflammationes cauſas eſſe febrium hecticarum, nullo alio modo verè fieri, intelligi poteſt, quàm vt nos expoſuimus, quòd materia harum ſanguinem inficiat, inflammatio inteſtini magis lati, & renum aut veſicæ, non niſi proximitate hepatis, cuius ſanguinem inficiũt, & ipſe infectus cordis etiam ſanguinem vitiet, in hecticam trahunt. vt lienteria & diarrhæa.

¶ Si enim non, vt ego refero, hecticæ febres fierent, nec à prædictorũ morborum humoribus penderent, ſed ipſæ membris radicalibus noſtris infixæ independẽtes forent: vt medicorum ſchola hucuſque dixiſſe videtur: euenturum erat, quòd relatis morbis curatis, febres manere conſpicerentur. Quod non experimur, quin ſtatim ipſas pauſare. Si enim ego nouiſſem, purè pulmonis aut pectoris in totum expurgato, & vlcere harum partium conſolidato, adhuc febrim perſeuerare, iam ſuſpitionem hic euentus intuliſſet, quod membris hærebat febris. Verùm cùm purulenti expuendo pus ſpirent, niſi cùm parũ ante mortem adeò imbecilla facultas expultrix corũdem verſa eſt, quòd etſi ipſum

Præcedentiũ medicorũ de febre hectica decreta quibuſdam euẽtibus improbantur.

pus intra pectus includi ex pectoris
ſonitu noſcamus, excernere illud
non valet. Non eſt cur fingamus a-
liunde febrem pendere, quàm ab vl
cere & pure cum ægro commorien
te. Et quod de purulentis dixi, idem
de obſtructis, inflãmatis, & aliis af-
fectibus cum hectica coniunctis di-
ci valet.

Quædam erroris medicorum occaſio proponitur.

¶ Credere enim febrem hecticam
ob hoc independentẽ eſſe, quia non
nullis hecticis fluxu ventris & ſan-
guinis miſsione ſæpe expurgatis, fe-
bris perſeueret, & in mortem ægrũ
pellat: non plus quod volũt probat.
quàm alii impertinentes effectus.
Noſcimus enim intra ſeptimum e-
tiam in febre peſtifera ægrotantes
cum immodico alui fluxu, perſeue-
rante febre, interire, à quibus prius
ab aliquo medico nõ ſemel, ſed bis,
aut ter copia ſatis magna ſanguinis
fuerat extracta, aut è naribus ſpon-
te fluxerat, & non ab hectica obire
hunc affirmamus, ſed aliunde ortũ
mortem eius trahere, verè contendi
mus. Credendum ergo eſt non diſſi
militer hecticos mori. Quòd etſi vẽ
tris fluxu & ſanguinis miſsione ſint
expurgati, aliquid ſuperſit, quod fe-
brilis caloris occaſio, per modum à
nobis explicitum ſit.

Alio euentu accidente in his, qui morbum Galicũ patiuntur, cõmũis opinio de hecticis febrib⁹ exprobatur.

¶ Miror quippe, quòd noſtræ tem
peſtatis medici adeò negligẽter ob-
ſeruent, quæ paſsim in morbo Gali
co offeruntur, vt non intelligãt. mil
lies videri ægrotantes relato Galli-
co morbo oppreſſos, ac in maraſmũ
à febre aſsidua iam delatos, per po-
tionem coctionis ligni indi ſudorẽ
prouocantis ſanos euaſiſſe, non ali-
ter iis ſanatis, quàm humore illo,
qui pertinaciter hærebat, & febrilis
caloris cauſa fuerat, euacuato, qui
iidem ægri alias morituri forent, &
ab hectica febre pereuntes dici poſ-
ſent, vbi ſanitate per modum à me
explicitum in his contingente, con
ſonũ rationi foret, medicos cõiecta
ri, inde febrem hecticam oriri, vnde
nos diximus, & non quia membris
radicalibus ſit infixa. Si enim illud
verum eſſet, potius ipſa augenda po
tione relata, quàm auferenda eſſet.
Porrò vidi ego non paucos ex his,
qui morbi Gallici opprimebantur,
purulentum è pectore expuẽtes per
ani ſpatium, & febre continua op-
preſſos, per relatam decoctionem li
gni indi à morbo illo & febre libe-
ratos, quòd potens ſit medela illa vl
cus pectoris & pulmonis oriens à
morbi Gallici humore ſanàre, vt
cùm de hoc morbo egerimus (Deo
concedente) oſtẽdemus: & nulla ſit,
quæ opitulari valeat vlceribus rela
torum membrorum ab aliis humo
ribus genitis.

¶ Proteruire enim, quòd febricu
la comitans morbum Gallicum nõ
ſit hectica, & ſupporatorũ ſic, quia
poſt ſumptum alimentum ii nõ ma
iore & intenſiore febre, quàm prius
corripiantur, quod peculiare ſignũ
morbi huius eſt, eorum ſcilicet qui
vera hectica laborant: incaſſum vi-
detnr. Nam illud, quod Galenus de
relato ſigno hecticorum refert in
commentario. 2. prognoſticorum,
vbi de ſignis purulentorum Hippo
crates agit, pauci eſt momẽti aduer
ſus nos. Contextus Hippocratis qui
ſequitur, eſt. ⁂ Omnes agnoſci pu-
rulentos ſignis referendis conuenit.
Principio ſi febris nõ dimittit, ſed
interdiu tenuior, noctu vehemen-
tior eſt. Si copia ſudoris elicitur, ac
tuſsiendi cupiditas eſt, neque quic-
quã tamen dignum cõmentatione
expuunt. Si occuli caui redduntur,
maxillæ verò ruborem trahunt, &
vngues manuum curuantur, digiti
verò

verò potiſsimum ſummi caleſcunt atq; in pedibus tumores conſiſtunt, neq; cibum appettunt, ac puſtulæ circa corpus erumpunt. Cōmentum Galeni ſuper citata ſententia in hunc modū etiam refert. Quicunq; pus obtinent intus in corpore vniuerſum, ſiue contentum ante in parte affecta inflāmatione, ſiue etiam Poſt eruptionem, nomines tales purulentos licebit. Sed medici adſolent ſolos, aut potiſsimum eos, qui in thorace ac pulmone talem habeant affectionem, purulētos nominare: id verò pus poſt eruptionē inter thoracem pulmonemq; continetur, & niſi citò excreetur, tabidi intereunt febricitantes tenuiter quidem, at calore iugiter quodam modo in noctem creſcente. Id accidit omnibus febricitantibus hectica febre, non ratione affectionis nocte augente illis febrem, ſed ex quodā accidente, quod inquam tale exiſtit. Per febres hecticas nomine, partes ipſæ corporis ſolidiores ignitiores euadunt. Ob id igitur aſsidua febris in ſeipſa ſimilis manet, calorē obtinens perinde vt calx debilē tangentibus ipſam. Itaq; quoties eſitēt aut bibāt, ſimile quidē accidit, quod in calce euenit aqua perfuſa: quo fit, vt contingentes exterius ægrū, multò calidiorem perſentiant. Ego verò vouis eā rē perſæpe oſtendi in ægris alias alio tēpore alēdo ita febricitātes, vt crederetis id illis propter alimētū euenire, nō ratione affectionis. Perſpicuè.n. apparet incidere calorem febriculoſum, vna cum tēpore alimēti: ſtatimq; adhibito augeri cibo, & q̄ maximè vehemētem per diductionem illius in vniuerſas corporis partes apparere.

¶Primò, quia poſt cibum hi, quī morbum Gallicum patiuntur, maiore infeſtantur calore, quàm ante, vt qui hectici vocantur, vt mox probabo. Secundò, quòd ſi inde febres hecticæ nominandæ ſunt, quia ſi diu perſeuerant, in tabem perducunt, vt Galenus primo de febrium differentiis teſtatur, cûm hoc febres morbi Gallici habeant, hecticæ dicendæ forent. Fingere enim has patientium morbum Gallicum pēdere ab humoribus, & alias infixas eſſe membris, videntes vtraſq; eundem effectum inducere, putà maraſmum: potius ad libitum, quàm ratione vlla aſſertum videtur. Non enim eorum, qui euadunt è morbo Gallico iam in maraſmum incidētes, febris putrida dicenda eſt, quia methodo hi curati ſint: & aliorum, qui ex eodem morbo in conſimilem præterito maraſmum ceciderunt, ac defectu periti medici obierunt, hectica febris nominanda, niſi cauillo & vt infamiam euitent medici, id aſſeuerent. Solent enim cum neſcierent indocti medere his cnoſumptis ex gallico morbo, cauſari pertinaciam morbi ex hectica febre immedicabili ortum trahētis, vt infamiā euadāt. ignorātes, quòd nulla ſit hectica febris, quæ ab vlla humorali cauſa, aut ſoluta vnitate, ſiue pure, aut tandē vllo alio malo corporis affectu ortū nō trahat, per modū, quē diximus, alias febres fieri, corde ſcilicet in magnas, & veloces, ac frequētes dilatatiōes & cōſtrictiones impulſo, vt his calorem concitet, quo morbo illi, aut morbificæ cauſæ medeatur.

Cur hectici poſt cibum ſumptum caleant, oſtenditur. etiā vera cauſa caloris cōſpecti ī calce aqua aſpſa exaratur

¶Verū quòd promiſi me probaturum; quòd ii, qui à morbo Gallico ſunt oppreſsi, etiam calorem maiorem habeāt poſt alimentū ſumptū, quàm ante, vt cæteri hectici, ideo id agere auſpicor. In primis paucio-

ribus

ribus verbis quàm poſsim exprimẽdo cauſã caloris actualis, qui in calce, aqua aſperſa, percipitur, vt inde noſcamus, an euentus ille quadret cum febrientibus hectica febre, vt Gal. dixiſſe videtur, an non. Quippe nonnulli philoſophi crediderunt, inde oriri lapidem calcis vſtũ cùm aqua perfunditur, calorem vrentẽ acquirere, quòd ignis portio includitur in calcis partibus, qui, calce diſſoluta et diſgregata per aquæ infuſionem, exiens, & exhalans calorẽ vrentem inferat tangentibus, & eidem approximantibus. Sed hoc verum eſſe nõ poſſe, faciliter oſtenditur. Primò, quia vel illum ignẽ, quẽ includi in partibus calcis dicũt, credũt eſſe eum, qui in calcis compoſitione intrauit, cum ipſa formata, vt cætera miſta, ex quatuor elementis fuit, aut gigni ab igne vrente lapidẽ calcis ſuſpicãtur, vel partes aliquas ignis, quo lapis crematur, includi, & aſseruari in calce vſta rentur. Si hoc vltimũ dixerint, facilimè increpabuntur, ideò, quòd nullus ignis præter cõcaui orbis lunaris, aut ingrediẽtẽ miſtorũ cõpoſitionẽ videatur aſſeruatus ſub hac infima lunari regione, niſi habeat materiam vllam, ex qua continuò foueatur. Et cùm lapidis calcis materia nõ ſit apta propter ſui immodicã ſiccitatẽ fouere ignem, ſequitur ibi aſſeruari nõ poſſe: præſertim per tot dies, per quot videmus durare lapidẽ vſtum nõdum madefactum. Etiam quia ſi res ſic ſe haberet, vt credũt aduerſi, ſequeretur, quod calx contricta, & in puluerem ferro inſtrumento aut alio quouis redacta, actualem calorem vrẽtem eſſet acquiſitura, quod minimè experimur. Conſequentia eſt nota. Quia ſi verũ eſſet ignem intercipi à poroſitatibus lapidis calcis vſti, cùm trituratiõe in adeò minutas partes redigatur calx, vt aquæ aſperſione, nõ minorẽ calorẽ igneũ eſſet productura trita in res approximatas, quã madefacta: ſed hoc, vt dixi, fieri nõ videmus. Supereſt ergo falſam eſſe aſſertionẽ vltimã increpatã à nobis. Et quia nõ deſunt proterui, qui audent fateri in calce vſta eſſe vnctuoſitatẽ ſufficientẽ conſeruare ignem relictũ incluſum in poroſitatibus lapidis calcis, neceſſe eſt id rationibus improbare. Primò, quòd impoſsibile videtur, poſt tam diutinam morã, quanta cũ calx vritur, durare ſolet, manere aliquã humiditatem, ex qua foueri ignis relictus poſsit. Secundò, quia iam quòd ita eſſet: ignis ille. vt aſſeruaretur, depaſturus erat partes calcis nõ vſtas, in quibus erat illa humiditas, & ex quibus fouẽdus erat poſt abſentiam alterius ignis, quo lapis crematus fuerat, & ex relata depaſtiõe aliquid cinericium relinquendũ erat, quod non experimur. Lapis enim calcis ſatis vſtus per viginti aut triginta dies poſtquam à furno extractus eſt, talis manet, vt cúm primum à furno ſubtrahitur. Tertiò, quia partes illæ calcis, quæ vrendæ forent, poſtquã lapis ab igne ſubtractus eſt: non vſtæ, & duræ percipiendæ forent, cùm lapis ab igne ſubtrahitur. & poſt aliquot dies in quib9 ſignis ſubtractus à calce fuiſſet, vſtæ erant videndæ. vt carbonum partes extimæ in prunam verſæ, interiorem partem non vſtam habentes, ſi relinquuntur, ſublato igne extrinſeco, ardere: ſemper ac ſemper in intimiores partes carbonis, ignis earum partium, vrẽdo procedit. exterioribus incinerem verſis, à quibus non abſimilis futura erat calx, quod, vt retuli, non videmus. Quartò, quia impoſsi-

impoſsibile foret, ſi in poroſitatib9 calcis vſtæ tot particulæ ignis aſſeruarentur, quot manſuræ forent, vt poſsint vincere tam ingentẽ quantitatẽ aquæ ſuperirrigatæ, & eã in vaporem vertere, calorẽ illius nõ percipi à tangẽtibus calcem, antequam madefieret, quod non accidit.

¶ Miror quippe de his, qui opinãtur ignẽ relinq in poroſitatib9 partium lapidum vſtorum, quòd non videant, per immodicæ aquæ aſperſionẽ tam exiguas portiões ignis in totum extinguẽdas: cùm ingens copia lignorum ardens extingueretur ſi tanta aqua irrigaretur, vt calx. Eiſdem quoque mediis ſecunda cauſa, quæ reddebatur, increpata ſupereſt. de priore agere nunc differo, quòd prius alia cauſa, quæ dari ſolet huius euentus increpanda eſt.

uſa ca
cepti i
rorata
itur

¶ A[illegible]inati ſunt inde oriri calcem [illegible], & aqua ſuperirrigatam caleſce[illegible] & vrere, quòd calor poten[illegible]alis eiuſdem calcis in altum calcis refugiens per præſensiam aquæ frigidæ eidem contrariæ per antiperiſtaſin, quod vocant, fortior, & vigoroſior fiat. indeq; actu calefaciat, ac vrat. Sed ad hoc non minora quàm præcedentia impoſsibilia ſequuntur. Primò idem euenturũ piperi, & euforbio, & aliis medicamentis calce æquè calidis atque calidioribus, quod calci. Conſequentiæ bonitas clara eſt, eo quòd non maior ratio ſit in vno, quàm in alio. Vt enim calcis calor potẽtialis per infuſionem frigidæ aquæ redditur actualis, & adeò intenſus vt vrat, piperi trito, aut integro aqua ſuperirrorato idem erat eventurum, & cùm hoc verùm non ſit, reſtat illud, ex quo ſequitur, verum non eſſe. Etiam ſi calx vino, aut aqua, aut lotio calidis irrigaretur, ſequetur, quòd non vertenda eſſet calida, imò quod eſſet manſura talis, qualis ante irrorationem, aut non plus calida, quàm liquor ille, quo irroraretur, quod non experimur. Sed adeo ardere, vt cum frigida ſuper aſpergitur. Conſequentia eſt nota. Quia ſi propter præſentiam frigiditatis aquæ proueniret in calce calida in potentia antiperiſtaſis, ablata frigiditate ab aqua, vel ſuperaſperſa vino calido, non erat vnde cogeretur caliditas calcis ire in partes intimas. Item ſi ita eſſet, ut credunt ii, calcis ſupremæ partes frigidæ percipiendæ forent, & tantùm intimæ futuræ erant calidæ, hoc enim terræ tempore hyemis contingit. eius enim ſuperior pars tempore brumali frigida tangitur, interna autem calida, vt cellæ vinariæ, & putei docent. Sed ho[illegible] calce non viſitur, ſuper eſt e[illegible] falſum eſſe ab aduerſis aſſertum.

¶ Tandem cùm ex prædictis conſtet per nullum ex relatis modis calcem aqua irroratam reddi calidiorem, inueſtigãda eſt ratio, per quàm fiat. Quæ nulla alia eſſe poteſt, quàm quòd per lapidis calcis vſtionem, igneæ portiones intrantes cõpoſitionem calcis (elementa enim actu contineri in miſtis phyſica demonſtratione probabile eſt) calidiores vertantur, ac etiam quòd per eandem vſtionem plurima humiditas partium lapidis abſumatur, quibus facilis diſſolutio ac diſgregatio elemẽtorũ cõcurrẽtiũ ad miſtionẽ calcis offertur, quæ exercetur, & in actũ exit, cũ calx vſta aqua ſuperaſpergitut. Partes. n. calcis vniuerſas ſubintrãs aq impellit: & hiſcere facit calcẽ, inumeras rimas in quauis particula illius efficiẽdo, vnde cõnexio, quæ inter elemẽta cõſtituentia lapidem

Vera cauſa cur calx aqua irrigata caleat exprimitur.

lapidem fieri erat ſolita,diſſoluitur: & aër ac ignis ſurſum repentes, & liberi à miſtione,qua à forma lapidis calcis actu calefacere prohibebantur, iam actu calefaciunt, & vrunt. Si enim ignis ille,cũ à miſtione calcis per aquæ aſperſionem euadit.& ſurſum fertur,ab oculis noſtris non cõſpicitur, vt lucernarum flamma, non aliunde contingit, quàm quòd flama miſtum ſit portionem terræ in ſe includens , vt in Antoniana Margarita docuimus. Et ignis ille, qui à miſtione lapidis dilapſus ſurſum aſcendit, ſyncerus & purus ſit, qui cerni non valet.Nempe ſi irrigata calce aqua, vaporem ex ea aſcendere conſpicimus, non niſi quia ab aqua calefacta: & in vaporem verſa vapor exeat, cernitur.Et in ſumma idem calci vſtæ accidit,cũ aqua,vel [illegible] liquore illam diſſoluente eadẽ [illegible]ratur,quod [illegible]tridis rebus, poſt putrefactionem [illegible]dis. Hæ enim ex diſſolutione miſtionis tales percipiuntur,quòd actio ignis tunc vigeat,& aliorum elementorum vincat actionem. Putrefactio enim nõ aliter fit, quàm miſti forma corrupta,non per vſtionem, neque ſenectam,nec etiam per ſuffocationem, ſed alio peculiari modo per putrefactionem ſcilicet, vitiata quippe miſtione ex ſuperabundante humiditate,indeq; diſſolutione elementorum facta,vbi quodlibet elementorum, quod miſtum conſtituebat, in proprium locum tẽdit. quo etiã ignis & aër leuiora elementa tactui primitus obiiciũtur, caliditasq; eorundem.donec illa euaneſcunt,durat.verum his elementis cõſumptis terra,& aqua, quæ vt cinis putrefactæ rei ſuperſunt, frigidæ permanẽt. Et quòd de putrefactione non pauca dicenda ſunt à nobis, tam in noſtra exacta philoſophia,quàm in opere hoc, ideò hæc de ea ſufficiãt.

Quędam friuola obiectio ſoluitur.

¶ Si quis obiiceret, quod ſi verum eſſet,quod nos de calce teſtamur, ſe qui videatur,tria calce,& in minutiſſimas partes redacta,nõ minus calidã actuali calore ſit ſentiẽda, prout cum aqua aſpergitur, quia non aliter diſgregabuntur elementa, & à miſtione ſecedent per triturationẽ, quãm per aquæ affuſionem.huic obiicienti negarem ego ſimilitudinẽ diſſolutiõis factæ trituratione (vbi calcis partes quantunuis imminuãtur,connexa propria elementa eandem formam miſti ſeruant, qua prohibetur ignis & aeris [illegible]tio)cum diſſolutione, quæ fit per aquæ affuſionẽ,vbi elementorũ calcis quodlibet, admin9 leuiorũ inſignior pars tendit in proprium locum,& diuerſa ſpecie vſta à ſe non [illegible] Inde enim calx extincta [illegible]da, quàm viua eſt,quia in [illegible] tantùm portio quædam calidorum e[illegible] mẽtorum ſupereſt, & in viua ingẽs permanebat.

collatio inter hecticũ & calcẽ vſtã refertur, & qua diſideãt oſtẽditur,

¶ Explicato modo,per quem calx vſta & irrigata caleat, conferenda hæc eſt hominibus hecticam patiẽtibus,vt videamus an ſimilis ſit calefactio horum poſt aſſumptum alimentum irrorationi calcis, aut nõ. Fortaſsis enim proteruire non verebitur aliquis nonnullas hominis hectici partes interius per febrim adeò vri: & exiccari, vt ſimiles calci vſtæ reddantur.indeq; ob alimentũ aſſumptum miſtio illarũ diſſoluatur, vt per aquam affuſſam calcis partes. Improbari tamen qui ſic deliraret, hoc poſſet, quòd ſola aquæ potione calerent hectici citra alimentum aſſumptum. Vt enim calx ſola aqua ſuperaſperſa,calet:ita hecticis euenturum erat, quod non accidit.

cidit. Ideo cùm falſum illud ſit, & ſimilitudinẽ nullam verſari inter hecticum & calcem noſcamus, ſupereſt, explanare modum, per quẽ hecticus poſt alimentum ſumptum plus quàm ante ardere percipiatur. Prius tamen cauendo lectoribus, quòd ex citata ſententia Hippocratis.2.prognoſticorum non eliciatur id omnibus hecticis conuenire, ſed tantùm purulentis: neq; in omnib9 horis poſt aſſumptum cibum, ſed duntaxat in nocte.

cur he- ... oſt ali- ... n ſum- ... calent, ... itur.

¶ Modus ergo eſt, quòd cum hectici à medicis nulli alii indubie eſſe credantur, quàm qui conſumpti, & extenuati valde per febrem diutinã ac nunquam defficientem ſunt. ii multiplici cauſa poſt ſumptum alimentum calidiores quàm prius ſentiendi erunt. primò, quia alimentũ quod in membra diſpartitur (non enim ſtatim vt prãſi hi fuerint, plus ardent, ſed cùm diſtribuitur alimẽtum in corpus per inſigne ſpatium poſt aſſumptionem cibi) in ſanguinẽ, & alios humores verſum, maiorem materiæ copiam exhibeat ſpiritibus vitalibus, quàm eorundem prius in corpore aderat, indeq; plures facti ſpiritus magis calefaciant, quàm pauciores, ante alimentũ aſſumptũ exiſtentes. Neq; hoc peculiare hecticis tãtum eſt. ſed quibusvis alimentum adecens prandentibus. Secundò, quia cum corpus hectici valde extenuatum, & macrum ſit, vt dixi, quæuis caliditas in vaſis internis aucta facilius his externis partibus cõmunicetur, quàm cũ mẽbra carne & adipe obeſa erant. Concurrit quoq;, vt plus in his, quàm in aliis augmentum caloris ſentiatur, quòd hectici vocati, natiuũ calorẽ paucum habent, alimẽtoq; eodẽ ab hectico & ſano deuorato, & in ſanguinẽ & ſpiritus cõuerſo, ſenſibili9 augeatur paucus hectici calor, q̃ multus ſani, eadem enim quantitas addita maiori & minori ſenſibilius auget minus, q̃ maius. neq; id quoq; dumtaxat hecticis accidit, quin cõualecentibus idem contingere, ego experior, verũ hoc vno tantũ hectici à conualeſcẽtibus differũt, quòd his ſæpius poſt alimentum deuoratũ ſtatim extrema frigeant, retracto ſcilicet calore ad concoquendũ alimentum, hecticis vero id rarius accidat, quòd vis naturalis eorundem imbecillior multo ſit, quàm reſurgentium à morbo, vel ad minus nõ adeo docte gubernãs, vt eorum qui pridem à morbis reſurgerunt.

¶ Si iterato aliquis nobis obieciſſet, quòd ſi verũ eſſet, quod ego atteſtor de febribus hecticis, quibus cauſam aliquam meterialẽ ſeu efficientem voces (ego enim nomina contemno) tribus methodis curatiuis medicorum minime ſanãdas fore, quin multò peius habere hos febriẽtes deuorãtes lac, & alia huius farinæ. eramus experturi, quoniam corruptiõi parata illa ſint, cuius oppoſitum euentus docẽt. Negarem ego conſequentiam. Nam quãuis hectica nõ ſit febris independens, vt huc uſq; erat opinatum, methodi curatiuæ antiquæ in quàm pluribus hecticis poſſunt morbũ depellere, & ſanitati aliquos eorũ reſtituere. Experiendo enim medici diuerſos modos curarionis hecticorum in rectã methodum curatiuam inciderunt: quæ prodeſt non per modum, quem ante hac opinabantur ipſi, ſed per referendũ à nobis. At vt quã methodũ præſcribat Galen9 hecticis febribus curandis monſtrem, viſum eſt quendam breuem eiuſdẽ contextũ ex cap.7.decimi methodi medendi,

Quędam obiectio contra noſtra decreta de hecticę eſſentia proponitur ac ſoluitur.

huic loco inſerere, cuius ſeries hæc
eſt. ※ Cùm igitur (ceu diximus) ci-
tra putredinem ſqualenti corpori
febricitare contigerit, caput totius
curationis, in iis remediis, quæ refri
gerent, & humectent, ſtatuere opor
tet. Porrò duplex genere eſt harum
rerum prima materia. Vna eorum
quæ foris admouentur: altera, quæ
initio in corpus ſumuntur, extrinſe
cus corpori incidũt, tũ aër ipſe, qui
nos curabit, tum pharmaca quæcũ-
q; humectandi refrigerandiq; vim
obtinẽt: & tertium præter hæc, dul
cis aquæ balneum. Intro in corpus
ſumuntur, quæ eduntur, ac bibũtur
& inſpiratus aër. Ab his generibus
tentandum eſt propoſitis hoc loco
febribus tum humiditatem, tum re
frigerationem comparare. Verum
refrigeratio quoniam per efficaciſ-
ſimam qualitatẽ inducitur, & par-
ui temporis eſt, & periculoſa: con-
tra, ſiccitatis curatio per ea, quæ hu
mectent: vt lõgi temporis eſt opus,
ita minus eſt, quàm refrigeratio, pe-
riculo expoſita. ※ Vbi, vt legiſtis,
totus ſcopus curationis huius mor-
bi præſcriptus à Galeno conſiſtit in
infrigidando & humectando: qui et
ſi verus in vniuerſum non ſit, vt fu-
ſè infra cum de medella febris hu-
ius egerimus, oſtendemus. Tamen
per accidens curationem hanc pro
deſſe, potius vt conferentem ſym-
ptomati, puta carnium cõſumptio
ni, quæ inſequi hanc morbi ſpeciẽ
ſolet, ac vt membrum includens in
ſe materiam febris, prõptius excre-
tioni eiuſdem reddat, quàm vt quæ
recta methodo perficiatur, certum
iis, qui antecedentia exactè nouerũt
eſt. Nempe cùm omnes febres comi
tari neceſſariò vlcꝰ aliquod aut vni
tatis ſolutionẽ ſeu materia aliquã
intra corpus incluſam, oſtenderi-
mus, ſine ratione medebimur febri,
quam hecticam vocant, per infri-
gidantia & humetantia tãtum: cau
ſa intra corpus manere relicta. Ve-
ra enim ac certa eſt methodus illa
generica Galeni. 3. Techni, qua præ
cipitur, vnamquanque cauſam ab-
ſcindi prius, dein venire ad eam,
quæ facta eſt, diſcraſiam. Aër enim
frigidus & humidus, qui ſummè
laudatur à Galẽo in medella huius
morbi prodeſt, vt qui reprimat ca-
lorem inductum ab ſpiritibus he-
ctici calefactis immodicè à corde
velocius & frequentius quàm ſoli-
tum erat moto, quo caro, & mem-
bra radicalia areſcebant. Ac etiam
per aliam viam opitulatur, laxas
ſcilicet reddendo arterias & venas,
ac cætera vaſa, vbi impacta erat
cauſa morbifica, à qua eleuaban-
tur vapores in cor, & flexioni ac di-
latationi prona eadem efficiendo.
Quæ enim à calido exiccante ad-
ſtringuntur, & incurtantur, per fri-
gidum & humidum habilia exten-
ſioni fiunt, quo educi, & dilabi hu-
mor, qui prius febris cauſa erat, fa-
cilius poſsit. Summè enim condu-
ceret hectico, vti tantum humectã-
tibus particulam, vbi incluſus dici-
tur humor, qui cauſa caloris febri-
lis per modũ à me explicitum eſt, ſi
medico conſtaret, quæ pars illa eſ-
ſet, & talis foret, quòd admoueri me
dicamẽta illi ſine noxa poſſent. nã
nõ omnibus hectici partibꝰ hoc au
xiliũ ſine ægrotãtis dãno approxi-
mari valet. Ventriculus enim ac ie-
cur, quæ pro toto corpore alimen-
ta concoquunt, eo nocumentum re
cipiunt. Balneum dulcis aquæ per
eundem modum prodeſſe etiam at
teſtor, ſcilicet obuiãdo carniũ & mẽ
brorum

brorum radicalium conſumptioni,& laxam reddendo particulam, continentem humorem nocentem Vt & aſininum lac, quod bibẽdum dari hecticis Galenus citato. 10. de morbis medendis libro.cap.7.præcipit, non per alium modum, quàm per præfatum iuuat.Peculiariter etiam prodeſt vlcus in pectore, aut pulmone patientibus, vt Dioſcorides libro. 2. cap. 62. docet. Et Galenus libro.3. de facultatibus alimentorum.cap.de lacte.refert. quòd ſeroſis partibus vlcus abſtergat, & butyroſis alat, ac caſeoſis carnis generationi in vlcere conducat. Hecticiſque aliis ventrem ſubducendo prodeſſe ſæpe lac ſolet, vaſis, quæ humorem febrim gignentem includebant, lenibus redditis, & humore ab eiſdem expurgato. Vis enim expurgandi aluum lacti collata eſt, vt in citatis capitibus tam ex Dioſcoride quàm Galeno addiſci poteſt. Tandem medici, qui opinantur conferre lac, & alia infrigidantia & humectantia tantùm quia infrigidant & humectant, ob idque eis vti, hecticis præcipiunt, ſubducendo morbi huius cauſam curant ægros. minimè callentes modum, per quem ſanitati hos reſtituant.

Porrò non ab hinc triginta diebus retulit mihi quidam Illuſtris Præſul,quòd cùm Pinciæ,vbi curia Hiſpaniæ tunc aderat, ægrotaſſet ipſe ex dolore ſatis acuto ſtomachi, quẽ iam bis, vel ter per interualla paſſus fuerat. Medici nonnulli accerſiti decreuerunt, pillulas deuorandas ei conferre, quas ipſe libenter, vt à tam immani dolore euaderet, deglutiuit. Et aluo per eaſdem non expurgata, eadem die ſingultu adeò pertinaci incepit vexari, vt nullam vitæ ſpem ſæuitia ſymptomatis exhiberet. Retulit enim mihi ſæpe ex ſingultu eſſe anhelandi vim ſibi ſublatam, ita vt quaſi ſtrangulatus ſe perire putaret. Ac cùm nullis medicamentis opitulari tanto malo medici valerent, opinantes iam non ex materia ſingultum illum pendere, quòd calidis & ſiccis medicaminibus per multos dies admotis,deterius æger haberet,ſed ab inanitione, vt dicunt, originem trahere, decreuerunt, pauxillum lactis eidem bibendum exhibere: ne ſi fortè aberraſſent, noxia ingens ſequeretur. At qui ægrotanti inſeruiebat, inſignem quantitatem lactis hauriendam illi exibuit, quòd ipſe quàm maximè illud affectaſſet. Ceſsitque adeò proſperè, vt ſtatim ſingultus auferri incepiſſet, aluo per lactis potionem ſepties, aut octies expurgata. Quo deinceps medici vtentes præſidio, æger euaſit, ſingulis diebus, in quibus lac bibebat, ſepties, octies, vel decies ventre expurgato. Retuli euentum hunc ſatis recentem, vt noſcatis, quòd ſæpe medici putantes mederi alicui morbo per nonnulla medicamenta, quàmquàm à medendi ſcopo aberrent, materia medicamenti exhibiti multiplici facultate dotata, per modum à medico minimè opinatum conducat, vt in recenſito negotio.

Aegrotabat Illuſtris ille Præſul ex redundantia bilis tenuis in tunicis ventriculi imbibitæ, indeque medicamentis calidis morbus ſæuior reddebatur. Cui lac calorem ac ſiccitatem bilis reprimendo, & eandem ex tenui (& inde excerni inepta) craſſam vertendo, medela fuit. Valuit enim bilis illa expurgari vi medicamenti relati, quæ primitus rebellis excretioni

ni erat medicis prius, cùm lac permiſerunt, opinatibus, caliditatem & ſiccitatē citra materiam ſingultus cauſam eſſe: vbi an deceperetur an non, tam ingens copia bilis excretæ, quo euaſit æger, facilè docet. A quo non diſtat illud de ſcopo curatiuo ignorato in medela hecticorum, quæ per lactis potionem perficitur, & non: vt medici rentur, ſed aliter, vt diximus. Sed de hoc ſatis dixiſſe videtur, vt ſufficienter argumentum nobis obiectum ſolutum ſit.

Improbatur aſertio antiquorum dicentium eſſe diſtemperies calidas abſq; materia in aliquibus humanis membris iecore ſcilicet liene et vētriculo, & alijs.

¶ Et quia referendo hiſtoriā, quā audiſtis, dixi medicos, cui commiſſa fuit medela morbi Illuſtris illius opiniſſe ab intemperie calida & ſicca citra materiā ſingultum, quem patiebatur, oriri. in quo decipiebantur, dignū examine eſt, an id, quod illi exiſtimabant, verum eſſe poſsit, an nō. Si enim vera ſunt, quæ de hectica febre retulimus, vt ſunt, impoſsibile erit, diſtemperiem vllam calidam & ſiccam in corpore humano ſine materia inueniri. Cum enim ſufficientibus argumētis probauerimns, membra noſtra reddi non poſſe calidora, quàm ea ſint, niſi aut infrigidāte cauſa abiecta, vel calefaciente præſente, non erat vnde illi ſuſpicarentur, ſine materia ventriculum eſſe adeò immodicè calidum, vt inde dolore & ſingultu vexaretur. Ergo vt veritas in hoc negotio, ac generatim in omnibus diſtemperiebus calidis citra materiā, de quibus Galenus, & cæteri medici non pauca tractarunt, illuſtris euadat. dignum duxi paucis verbis enucleare, an ſcilicet verū ſit, quòd cerebri, iecoris, ventriculi, & renum, ac cæterorum membrorum poſsit eſſe diſtemperies calida ſine materia, an non. Ac etiam dato, quòd hæc afficere aliquas particulas noſtri corporis poſſet, an dolorem valeat inferre parti, cui ineſt, an non. Primumque dubium mox diſcutiemus, ſecundi examen differendo in aliud commenticulum huius libri de inæquali intemperie, vbi ad vnguem examinabimus, an verum aut falſum ſit, quod Galenus retulit, hecticis tantùm febribus conuenire ſine dolore afficere.

¶ Vt ergo dilucidè veritas quæſiti huius pateat, ſciendum, quòd rationes omnes, quibus probauimus eſſe impoſsibile febrim citra materiā inueniri, eædem procedunt ad probandum, quòd impoſsibile quoque ſit eſſe diſtemperiem calidam, etiā ſine materia. Nam in antecedentibus oſtendimus neceſſariò membra noſtra à prima ſui generatione vt cætera viuentia, terreſtriora, indeq; frigidiora perpetuò fieri, ſemper reſolutis partibus paſsibilioribus, putà aëreis & igneis, & loco illarū reſtitutis partib9 minus aëreis, ac minus igneis: vnde neceſſum eſt, quòd ſi aliqua noſtri corporis particula calidior q̄ eſſet ſecundū naturā ſentitur, hunc calorē ab aliquo extrinſeco acquiſitū ac conſeruatū eſſe. Sine enim cauſa conſeruante, ſtatim à vi membri corrumperetur vt experimur calorem genitum ab igne in aquā, abſente igne, vel alio calefaciente, ſtatim ab aquæ forma corrumpi.

Quodā dubium proponitur, ac ſoluitur.

¶ Sed quòd ſint aliqui euentus, qui bus probari videtur ventriculū, aut cerebrum: aut iecur ſentiri calidiora: quàm in antecedentibus ætatibus: & non ab aliquo humore calido ſemper illis membris præſente conſeruari valere calorem relatum quòd multis euacuationibus factis:

vt in

vt in horum nonnullis fiunt, educẽdus eſſet, inde dicere cogimur, vt ſupra cùm de hecticis agebamus, ſcripſimus, illud poſſe contingere: non quòd miſtio elementorum conſtituentium illam particulam ſit nũc plus ignea & aërea, quàm in antecedentibus ætatibus, nam id impoſsibile eſt, ſed quòd aliqua portio pituitæ frigidæ & humidæ, ſeu melancholiæ frigidæ & ſiccæ, quæ in poroſitatibus membrorum illorum includebatur, & illa frigida reddebat, ſit conſumpta, & inde illa membra in natiuam diſpoſitionem reſtituta, ablato prohibente, ſentiantur eius temperiei, cuius erant. Aut aliter nonnulla ex noſtris membris calidiora quàm prius erãt ſentiri poſſe atteſtamur, quòd ipſorũ aliquæ particulæ ab aliqua morbifica cauſa putreant. Vt videmus aliquorum pecudum & boum partes nõnullas iecorum putres, à quibus caliditas putridarum partium cæteris communicatur. Cur quæ putreſcunt, calidiora fieri valeant, & quæ non putrent, frigidiora ſemper in ætatis diſcurſu fiant, dum in natiua diſpoſiſitione aſſeruantur, iam non valdè ſuperius, cùm de calcis calore egimus, nonnihil tractauimus, & infra cũ de putredine egerimus, reliqua diſcutiemus. De his ſatis, vt ad explicandum, quod ſupereſt, huius Galeni libri deueniam.

Contextus quartus.

¶ De inæquali verò intemperie nunc agendum. Tum quænam eius natura ſit, tum quot eius generandæ modi. Ergo quòd in omnibus particulis corporis, quod fluxione eſt affectum, vnica temperies non ſit, prius eſt dictum, verùm id commune omnis intemperamenti inæqualis eſt. Differentiæ eius ipſam corporum affectorũ ſequuntur naturam, cùm aliter ſimplex caro, aliter vniuerſus muſculus, impari temperamento ſit affectus. Quippe calida fluxio vbi in muſculum procubuit: primum maiores arteriæ, venæq; opplentur, ac diſtenduntur, ab iis minores, atq; ita res procedit, donec ad minimas ſit peruentum. In iis, vbi valenter impacta fluxio eſt, nec amplius cõtineri poteſt, partim eius per ipſarum ora, partim per tunicas, colatum foras tranſmittitur: tum verò ſpatia ipſa vacua, quæ inter prima ſunt corpora fluxiõe implentur. Sic omnia ab humore, omniq; ex parte incaleſcunt, ac perfunduntur. Ea ſunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipſa. Anteq; hæc arteriæ, & venæ, quæ ſcilicet & primæ, & præter cætera vario dolore afficiũtur. Quippe interius à fluxione tum excalfiunt, tum diſtenduntur, ac diuelluntur: exterius nõ modò excalfiunt, ſed etiam premũtur, ac degrauantur: reliquæ particulæ aliæ comprimendo ſolùm, vel incaleſcẽdo, alia vtroq; genere laborãt: appellaturq; morbus ipſe Phlegmone. Eſt autẽ inæqualis intemperies muſculi. Feruet enim iam qui in eo eſt ſanguis. Is ſecum excalfacit primum quidem ac maximè arteriarum & venarum tunicas: mox verò omnia, quæ extra has ſunt, quibus ſcilicet circunfunditur: ita duorũ alterũ neceſſe eſt ſequi, vt ſi fluxio vicerit, corruptio ſequatur victorũ corporũ: ſin fluxio ſit victa, vt muſculi ad naturalem ſtatum redeant.

Commentum. 4.

¶ Generatim de inæquali intemperie loquendo Galenus, in exordio huius libelli dixerat, quòd quædam

inæqualis intemperies vniuerſum corpus occupet, exemplumq; huius poſuit hydropen, quã Anaſarcam vocant, & febres omnes, hectica excepta, alia tãtùm vnicam corporis particulã afficiat. Et huius in numera exempla exiſcripſit, phlegmonẽ, cancrum, gãgrenam, eryſipelam, & alia: nunc verò, qualiter hæc peculiaris diſtẽperies fiat, exprimit. ſupponẽdo vt quaſi notiſsimum, quòd omnes partes, quæ egrotãt, ex de fluxu alicuius humoris in eaſdem irruentis vnicam temperiem non habeant. Quæ verba multipliciter exponi valẽt. Aut enim dicere volũt, quòd nulla ſit ſenſibilis pars noſtri corporis, quæ ex diuerſis ſenſibilibus, aut inſenſibilibus partibus diuerſo modo naturaliter affectis nõ conſtet, Et hoc verũ eſt, cùm omnes miſtæ ſint. Et iã quòd nõ alia diuerſitate, ſaltim hac elemẽtorũ cõſtitutæ ſunt. Vel dicũt verba illa, quòd omnia mẽbra de fluxũ humoris patiẽtia, vnicam tẽperiẽ nõ habeant, quòd poſsideant appellatam cõplexionem natiuam, quæ qualitas ſecũda eſt, de qua nonnihil loquuti ſumus, cum opinionem Vgonis de eſſentia hecticæ ſcripſimus, & aliam, quæ qualitas prima dicitur. Et hoc non tantum patientibus inflammationes, & eryſipelas, & quaſcunq; fluxiones proprium eſt, ſed etiã membris vniuerſis ſanis. Omnes enim partes cuiuſuis animalis duplici cõplexione dotantur: altera quæ qualitas ſecũda appellatur: alra, quæ qualitas prima dicitur: caliditas, frigiditas, humiditas, aut ſiccitas, tanti. aut tanti gradus, qua pars animalis neceſſariò eſt afficienda. Quis enim vnquã tetigit, quod calidum, aut frigidum, humidum, aut ſiccum non eſſet? Tertium ſenſum, quem verba relata efficere valerent, eſſet, quòd omnes partes illius membri, quòd fluxione laborat, ſint inæqualiter affectæ diſtemperie calida, frigida, humida, aut ſicca. nonnulla parte altera plus calidiore, aut frigidiore, humidiore, aut ſicciore exiſtente: in quo ſenſu prolata fuiſſe à Galeno verba recenſita: manifeſtè docent. reliqua, quæ parum infra adducta leguntur. Hæc ſunt ⁂ Cùm aliter ſimplex caro, aliter vniuerſus muſculus impari intemperie ſit affectus. ⁂ Sed hunc ſenſum, quem Galenus voluit, falſum eſſe, omnes qui antecedentia attentè legiſtis, facilè noſcetis. Quæ enim neceſsitas vrget, vt cùm calida fluxio in muſculum procumbit, & primum maiores arterias, & deinde minores implet, quas ſui multitudine, aut acuitate aperiri, aut diſrrumpi cogit, & in membrorum poroſitates humor defluens tranſmittitur, quòd aliter caro, aliter neruus diſtemperie laboret? Quippe ſi humor defluens calidus duobus gradibus, exempli gratia, eſſet, non video, quid prohibeat, illum ſimul inducere duos illos caloris gradus in neruum & carnem. Quanquam in neruum, qui frigidior, quàm caro eſt, difficilius, quàm in carne, quæ forſan, ſolo vno gradu caloris inducto ſupra alterum, quẽ ex propria natura habebat, duobus calida, euaſiſſet, neruo non adeò faciliter, æquali gradu calefacto, quia frigidus eſſet, à quo primitus per fluxionẽ frigiditas eſſet abiiciẽda, & poſt caliditas duorũ graduum inducenda. Cûm enim aqua & oleum in vaſe eodem incluſa, & igni expoſita, valent eodem caloris gradu calefieri: quanquàm cum maiore vi aqua quàm oleum calo-

rem

rem æqualem ſuſcipiat, quid vetabit à calida fluxione os, neruum, arteriam, & carnem, etiam eodem diſtemperiei gradu laborare? Quo iã ſic accidente, particulæ illæ ægrotabunt ex defluxu humoris, & non inæquali intemperie, ſed æquali: cuius contrarium, Galenus potius plurima, quàm plurimum ſciẽs, vt indubitatum ſuppoſuit.

Soluitur ratio cõtra Galenum ducta & ſolutio improbatur.

¶ Scio huius tempeſtatis medicos Galeno adeò deditiſsimos eſſe, quòd ſtatim cauillari hãc noſtram rationem, vt Galenum à tanto crimine vindicent, ſunt conaturi, affirmando noluiſſe Galenum docere, non poſſe neruum & muſculum & carnem, æquali gradu caloris laborare, ſed dumtaxat, quòd cum id acciderit, plus vna particula quàm alia à proprio temperamento diſtabit, indeque inæqualis intemperies dicatur illa, Et quanquam verum ſit, quòd in hoc ſenſu verba citata ex Galeno ſaluari valerent, non tamen poſſe ad mentem Galeni ſic explicari, faciliter dicendis oſtenditur. Primò, quòd nulla eſſet æqualis diſtemperies in hectico, neque in maraſmo, nec in vllo alio ægrotante, cùm febris illa, quæ hecticum infeſtat, plus multò diſconuenientior ſit neruo febrientis, quàm carni eiuſdem. Quod ſufficere cauillator putat, vt inæqualis diſtemperies dicatur, Galeno aliter ſentiente, cùm hecticam æqualem diſtemperiem nominet. Secundò. Quia non plus ob id quòd ſit hoc modo inæqualis intemperies, conſeruãda eſſet febris hectica ſine cauſa materiali, à qua penderet, quàm putrida: vtraque enim aut æqualiter obiici, aut æqualiter conſeruari deberet, quòd ratio æqua in vtraque procedat, cuius cõtrarium Gal. vult. Tertiò, quòd Gale. ipſe infrà contextus adductos expreſsè refert ex mente Hippo. verba ſequentia. ⁂ Dũ altaraſcit ac corrũpitur natura, dolores fiũt, alteratur autẽ, ac corrũpitur cuiuſq; natura cùm vel caleſit, vel frigeſit, vel ſiccatur, vel humeſit, vel eius vnitas diſſoluitur. ⁂ Quæ malitiã in æqualis intẽperiei patientibus in ſenſu, quẽ nos expreſsimus, & non in eo, quem cauillator explicuit, cõtingunt, & nullis aliis. Nõ enim ſi humoris fluẽtis calor gradũ duorũ, & ſiccitas vnius de quo in exemplo præterito agebamus, eſſent inducta vniformiter in muſculum, & in vniuerſas particulas eius, putà neruorum villos, carnem, & tegentem membranam, ac tendinem, ſiue chordam, vt cauillator dicebat, poſſet pars vlla caleſieri, aut infrigidari, humectari, aut exiccari ab alia, cùm inter ſimilia non ſit actio, & ſic ceſſaſſet dolor, qui neceſſariò commitatur vniuerſas diſtẽperies à Galeno inæquales vocatas. Ex quo liquidò ſequitur, eũdem noluiſſe, aliud diſtemperiẽ inæqualẽ vocare, quàm quod nos explicuimus: & cùm in relato ſenſu Galeni eius verba vera eſſe non poſſint, ſupereſt illum in hoc hallucinatum fuiſſe. Euadere enim, aſſerendo, quòd in altero duorum ſenſuum priorum intelligatur Galeni ſententia non poteſt, quòd rationes aductæ cõtra illas expoſitiones procedunt, vt cõtra euaſionem cauillatoris improbatam.

Proſequtur explaratio cõtext

¶ Hoc iam miſſo, ad alia huius contextus quarti explieandum accedendo (quanquam nonnulla ſatis clara ſint) ſcitote quòd Galenus ibi refert modum, per quem inflammationes, & alii tumores, qui ex defluxu humoris oriuntur,

fiant, inquiens, quòd ſi calida ſit fluxio (eadem enim de frigida dici valent, ſed explicuit potius calidam, quòd frequentius inuadat) ideſt humor aliquis calidus fluat in muſculum aliquem, quòd hic non aliter tumorem gignat, quam primùm repletis arteriis, & venis maioribus illius muſculi, & inde minoribus, ac poſt oſculis paruarum venarũ, quæ capere tantam copiam non valent, apertis, aut per earũdem tunicas humore in membrorum ſimplicium poroſitates tranſmiſſo, putà in carnis, nerui, & chordæ foramina, vel in ea ſpatia, quæ inter hæc membra mediant. Certum enim eſt, quòd adiutorii muſculus, vt etiam alii omnes, aliquando contrahitur verſus ſuam originem, aliquando dilatatur ad brachii naturales motus exercendum: quæ contractio, & diſtenſio fieri non valerẽt, niſi verſus os brachii, ſuper quo ſitus eſt muſculus aliquid cauum eſſet, quod cederet muſculo conſtricto. In has ergo cauitates, inquit Galenus, quòd humor defluens etiam incidit, vt in membrorum ſimplicium poroſitates, indeq; accidit, vt membra inflãmata flecti non valeãt, quòd flexio ſine muſculi contractione non fiat, cui humor impactus in cauitate nõ cedit. Nec tantùm replendo, noxam infert humor calidus, ſed quoq; calefaciendo, & dolorem dupliciter inferendo, tum per calidam diſtemperiem, cum per vnitatem ſolutã. Et quanquam in omnes partes, in quas fertur, id efficere poſsit fluxio, arteriæ, & venæ ſunt, quæ potiſsimum dolore ex diſtemperie, ac continui ſolutione vexantur.

Arterias & venas ſenſu doctari oſtẽditur, mõſtraturque qualiter qui male intellegerũt cõtextũ gal. ex.12 ca.16. libri de Vſu par. decepti ſunt.

¶ Quò facilè noſcitur, nunquam Galenum opinaſſe venis, & arteriis ſenſum collatum non eſſe, vt aliqui indocti crediderunt, ſeducti quadã ſententia Galeni ex decimoſexto libro, de Vſu partium cap.12. ab eiſdẽ non intellecta. Verba eius hæc ſunt. ⁂ Arteriæ enim & venæ partis cuiuſq; ſenſus omnino ſunt expertes, ſiue illas frangere velis, ſiue vrere, ſiue inſcindere, ſiue laqueis excipere. ⁂ Vbi non priuat arterias & venas ſenſu proprio, ſed tantùm fatetur, per eas non deferri ſenſum in alias corporis particulas. Quod verũ eſt. Quia per neruos vis motiua, & ſenſifica dilabitur, & per arterias & venas vitalis, & nutriendi facultas deferuntur. Neque illud, quod ipſi falſo dicebant, ex litera citata elici vllo modo poteſt. Verba enim literæ hæc erant. ⁂ Arteriæ enim & venæ partis cuiusq; ſenſus omnino ſunt expertes. ⁂ Quæ nihil aliud ſonant, quàm quòd nullam partem ſenſus arteriæ & venæ conferãt particulis noſtris. Quod experimento probat, inquiens, quòd ſi illas fregeris, ſiue vſſeris, ſiue incideris, ſeu laqueo exceperis, à nulla parte noſtri corporis ſenſum auferes. Vt ſcilicet ſi neruum incidiſſes, aut vſsiſſes, priuaſſes ſenſu partem, in qua erat diſtributus. Hoc enim modo probationis tam in libris de facultatibus naturalib9, quàm in de placitis Hippo. & Platonis, quàm in multis aliis vti ſolet Galenus ad oſtendendum originem cuiuſq; facultatis, & viã, per quam facultas deferatur. Sed de hoc, quod obiter duximus, dictum ſit ſatis.

Proſequitur expoſitio. & improbatur Galeni interpres.

¶ Prope vltimam partem contextus, quem exponimus, inquit Galenus, quòd reliquæ particulæ à venis & arteriis comprimẽdo ſolum, vel incaleſcendo, laborant, & nõnullæ vtroq; genere, vel vtroq; modo. Vbi indoctè eſſe interpetratam dictionem

nem illam, comprimendo, cuiuis patet, quòd non pars dicatur laborare, quia inflammata comprimat aliam, ſed quia inflammata comprimatur. Ligendum ergo erat,cõ preſſæ,ibi,vt dixi,comprimẽdo, le gebatur.

¶ Tandem in fine relatæ ſententiæ Galeni, inquit ipſe, quòd cùm defluat humor ſanguineus per modum, quem diximus,efficiat phlegmonem,quem definit per inæqualẽ intemperiẽ muſculi,vbi feruet ſanguis,qui in muſculo eſt,& is excalefacit primum,& maximè arteriarũ tunicas, & mox omnia ſimplicia membra,quæ proxima his ſunt,qui bus circũfunditur,id eſt, in quæ inũ dat, in poroſitatibus eorundem ſeſe imbibẽdo. Quo influxu iam perfecto,neceſſum eſt, quòd ſi humor fluens vicerit membra, in quæ ſpar ſus ſit, corrumpantur: at ſi ipſe ſit victus, ipſa ad naturalem priorem ſtatum redeant. Exemplumq; vtriuſq; huius euentus, in contextu ſequenti exprimit.

Contextus quintus.

¶ Eſto igitur prius victa fluxio, rectius enim à melioribus incipitur. Duplex hic incidit curationis genus, quòd vel digeretur quicquid humoris in particulam procubuit, vel concoquetur. Verùm digeſtio optanda maximè curatio eſt. Concoctionem hæc duo neceſſariò ſequ untur,puris generatio,& eius in aliquod ſpatium abſceſſio. Abſcedit aliquando in capacitatum,quæ propinquæ ſunt, tum maximam, tum minimè momentaneam. Quod ſanè abſceſsionis genus optimum eſt. Aliâs in momẽtaneam quidem, nõ tamen maximam. Interim in maximam, non tamen nõ momentaneã. Ac quæ in ventriculum incidunt abſceſsionum,optima eſt,quæ in ſinum internum eius abiit, in quem etiam plerumque ſe aperiunt: mala verò,quæ ſub peritoneõ.Pari mo do in his, quæ circa cerebrum exiſtũt,bona eſt, quæ in priores eius vẽ triculos abſcedit, mala quæ ſub inuolucra eius: itẽ quæ in poſticum eius ventrem ſe recipit. Qui verò circa coſtas abſceſſus colliguntur, hi in capacitates erumpunt thoracis.Ac muſculorum quidem abſceſ ſus,ſub cutem, viſcerum verò, in arterias & venas,quas in ſe continent, vel in membranam, qua operiũtur, quæ ipſis pro cute eſt. At ſi victæ à fluxione particulæ fuerint, in tantam deueniant intemperiem, vnde tum earum pereat actio, tum ipſæ ſpatio corrumpantur. Porrò deſinent tum primum dolere, cum mu tatrici qualitati fuerint adſimilatæ non enim cum mutata particularũ temperies iã eſt, ſiue (vt ſic loquar) in ipſo mutatum eſſe,dolent,ſed dũ mutantur, ſiue in ipſa mutatione. Quẽadmodũ mir 9 dixit Hippo. dũ alteraſcit, ac corrũpitur natura dolores fiũt, alteratur autẽ ac corrũpitur cuiuſq; natura, cùm vel caleſit, vel frigeſit,vel ſiccatur,vel humeſit vel eius vnitas diſſoluitur,in iis qui dẽ intẽperamentis, quæ inæqualia ſunt, excalefaciendo, vel exfrigefaciendo potiſsimum. Quippe cùm efficaciſsimæ qualitates eæ ſint: ſecundo loco exiccando, vel humectando,ex eſuriendo verò, vel ſitiendo, deficiente hic humida, illic ſicca ſubſtantia,ex vulnerando,& erodendo, & tendendo, & premendo, & cõuellendo vnitate ipſa ſoluẽda.

Commentum. 5.

¶ Exemplum primũ, quod in præ

ſentiarum

ſentiarum à Galeno proponitur,vt
explicet exitum, quem inflamma-
tiones, ſiue ſint phlegmones, aut e-
ryſipilæ, aut quæ vis aliæ habẽt,eſt,
cùm horum morborum materia à
naturali vi vincitur.Secundũ, cùm
contra contingit, quòd naturalis
vis à materia vincatur. Dicit ergo
quòd cùm ipſa noſtra vis vicerit,du
pliciter mederi,& curare morbũ re
latũ valet,vel diſflãdo,& in vapores
reſoluendo inflãmationis materiã
defluxam,quod optimum,& vigen-
tis naturæ opus eſt, vel eandem con
coquendo,& in pus vertendo, mate
riã morbi in aliquo vno loco con-
gerendo, & aggregando, quòd non
adeò ſalubre vt antecedens foret.
Atque hoc poſtremum medicatio-
nis genus à natura ſiue arte factum,
dupliciter fieri dicit, aut materia
morbi abſcedente,& abeunte in ali
quam grandem capacitatem pro-
pinquam loco inflamato, quæ quo-
que pauci momenti & valoris ſit.
Et hoc optimum eſſe Galenus di-
cit. Vel in aliquam exiguam ſitam
in aliquo membro magni momen-
ti & valoris: quia opus neceſſarium
ad vitæ conſeruationem exerceat.
Vt ſi in venas epatis, aut pulmonis
immodica quantitas puris partium
vicinarum, & quam ipſæ capere nõ
valerent,excerneretur. & hoc peſſi-
mum eſſe teſtatur, vel in capacitatẽ
magnam membri inſignis, aut ecõ-
tra in capacitatem paruam mem-
bri ignobilis,& harum prior exitus
ſalubris eſſet ex magnitudine capa-
citatis,& peſſimus ex nobilitate mẽ
bri. Contrarium verò in vltimo ac
cideret. Hæc hucuſq; nullam diffi-
cultatem habent, & ſatis vera ſunt,
vt à Galeno recenſentur: ex his au-
tem, quæ ſequuntur, nonnulla diffi
cultatem non exiguam præſeferũt.

¶Quòd ergo horrorem quendam incutere videtur,eſt,quòd de ventri culo exprimit,cùm refer,optimam earum abſceſſionum,quæ in ventri culum incidunt,eſſe,quæ verſus par tem interiorem eiuſdem tendit, in cuius cauitatem magnam quando- q; ſe aperire teſtatur. Nam nullus eſt, qui neſciat, multò plus conue- nire ægrotanti cuiq;,ventriculi par tem externam inflammari, & ad cu tim apertionẽ ire, vbi ſatis magna capacitas pateret,aër ſcilicet circũ dans vẽtris cutim externam, quàm quòd pars interior inflammata ab- ſceſſum in ſe admittat, & per tuni- cam interiorem materia abſceſſus expurgetur. Quippe & ſi conemur à crimine tanto Galenum liberare, dicendo non intelligi ſententiam illam de ventriculo, quem ſtoma- chum etiam nominamus,ſed de in- teſtinis, quæ quoque venter dicun- tur,vt ipſi Galeno lib. primo.de ali mentorum facultatibus. placet, di- cens. ⁂ Perſpicuum autẽ eſt,quòd etiam inteſtinorum ſubſtãtiam no- mine ventris complectimur. ⁂

Increpatur quædã ſentẽtia gale.in antecedente cõtextu ducta.

Nihil proficiemus. quòd etiam me lius eſſet ventris inferioris inflam- mationes ad cutim abſcedere, & in pus verti, quàm in inteſtina. Maxi- mè quòd nec hoc voluiſſe Galenũ, ſed propriè loquutum fuiſſe de ven triculo, quem ſtomachum nomina mus, probant ſententiæ ſequẽtes de abſceſſibus ventriculorum anterio rum cerebri, quos præfert abſceſſi- bus inuolucrũ eiuſdem: quaſi hæc, quæ retulit,de ſtomacho, & ventri- culis cerebri poſuerit, vt exempla earum ſuppurationum: quas lauda biles dixerat, eo quòd in magnas cõ cauitates, & exigui valoris incide- rint,in quo deceptus,ſi id voluit, ſa nè eſt. Nam etſi magnæ ſint illæ ca-

pacitates

pacitates, inſignis quoque valoris eſſe,negare non poteſt: cùm in altera cibus, in aliis ſpiritus animales concoquantur: & relatis cerebri vẽtriculis pure in totum oppletis,neceſſariò ſenſus & motus vniuarſarum corporis particularum ceſſaſſet. Porrò niſi lethargum Galenus patiebatur, cùm verba, quæ exponimus, ſcripſit,non video qualiter dictari ab eo potuerint in vllo ex ſenſibus dictis. Legerat enim ipſe, & expoſuerat Hippo. contextum. 44. &. 45. primi prognoſticorum. vbi de inflammationibus ſeu œdematis ventris agẽdo.Sic Hippocrates retulit. ⁂Suppuratio inde proueniẽs ita cõſiderãda eſt, quæ enim foras vertitur, optima eſt, ſi parua eſt,maximèq; egreditur,& in ſublime reſurgit. Si verò magna eſt,& lata,minimèque ad mucronẽ ſubducitur, peſsima eſt, Quæcunq; verò intrò rũpitur,optima eſt: ſi cũ exteriori ſede nihil cõmunicat, ſed adducta eſt, nec dolet, & omnis exterior locus vnicolor apparet. ⁂Ibi exponendo.45.contextũ in hũc modum ſcripſit.⁂Nõ ſimpliciter talis ſuppuratio optima eſt, ſed earũ, quæ intrò foraſque rũpuntur,optima eſt.Siquidem hæc, ſcilicet. quæ interiꝰ tãtùm rũpitur,deterior eſt, quàm quæ foras rũpitur. hæc enim eruptio in partes multò nobiliores fit,quàm fit in cute ilium. Et itẽ nõ æquè medicamentũ adhiberi curatorium poteſt,quoties intrò verſus rũpantur,atq; etiã ſecretũ pus mordet,& cõcerpit ea,difficultatẽ committit inteſtinorũ. Et ſi quando in ieiuno,aut tenuioribus fiat inteſtinis,alimoniæ vitiat diductionẽ,atque in venticulo debilitat cõcoctionem. Itaque perſpicuũ eſt,vt peſsima ſit,quoties in vtranq; rũpitur ſedẽ introrſum,atq; extrorſum,ita enim geminatur malũ. Nã nec ſedẽ, nec velut initiũ refectiõis vllũ obtinet natura reparãdis ruptis, quo tã q̃ ſolo firmiora iaciat fundamenta repletionis ⁂ id eſt, nõ habet vllã ſedẽ natura(cùm exterius & interiꝰ rupta eſt inflammatio)in qua quieſcẽs tãquã reſidẽs in firmiſsimo ſolo inde poſsit reparare rupta,iaciẽdo ſanguinẽ,qui eſt fundamentũ repletionis particulæ diſſolutæ,& ruptæ. Ex quibus omnibus verbis palàm elicitur,voluiſſe Galenũ in citato loco oppoſitũ eius, quod in cõtextu,quẽ exponimus ex libro præſenti de inæquali intẽperie.Et ne in ſoluẽdo relatã cõtrouerſiã ſentẽtiarũ adductarũ immorer,videtur primò, aſſeuerãdũ neceſſariò eſſe,ſupporationẽ quãcunque ventris inflãmati in partẽ internã iniquã eſſe, ob cauſas recenſitas à Galeno ſuper ſentẽtia Hippo. ex primo prognoſticorũ à nobis adducta. Etiã quòd Auicena velit idem fen.13. tertii tractatu. 4. capit.vndecimo de medela adubellati ſtomachi. cùm inquit parũ ante finẽ capitis.⁂Quandocunq; errumpitnr adubellati,da in potu incarnatiua quamuis ille, qui euomit ſaniẽ ex ſtomacho ſuo, ſit ad deſperationẽ propinquior, quã ad ſpẽ. ⁂ & quòd experimẽto cõprobetur,quanta incõmoda pariat puris generatio in interna parte ſtomachi. Secundò vt indubitatũ referẽdũ,inflãmationes ſtomachi poſſe feliciter finiri, ſi ipſarũ materia nõ ſuppurata reſudãdo in capacitatẽ illã vẽtriculi,in qua alimenta deglutita cõcoquũtur,incidat,ibique abſcedat & putreat, aut ſine putredine per inteſtina, aut os excernat. Quod voluiſſe in preſentiarũ Galenum crediderim ego.verba enim eius

eius illud ſignificant,& aliud nihil.
Nã cùm dicit. At quæ in ventri
culum incidunt abſceſsionũ opti-
ma eſt, quæ in ſinum internum eius
abiit, in quem etiam plerunq; ſe a-
periunt. Nihil aliud profert,
quàm quòd materia abſceſsionum
ventriculi ſalubriter in ſinum in-
ternum ventriculi ſuppuratur. Et
ne aliquis opinaretur, illum laudaſ
ſe ſuppurationem factam in ſubſtã
tia ipſius ſtomachi: ſed tãtùm, quæ
fit in ſinu concauo eius, addidit, in
quem ſcilicet ſinum plerunq; ſe a-
periunt, ſcilicet infeliciter, ſi prio-
ri conferantur, cùm tunc materia
inflammationis prius ſuppurata in
ſubſtantia ſtomachi verſus internã
partem ruptam exeat,quod illauda
bile eſt. Quapropter vt id apertius
ad huc exponeret, iterum addidit:
mala verò quæ ſub peritoneon. Nã
quæ in hoc loco fiunt,plerunque in
concauitatem internam ventriculi
aperiuntur. Eſt enim peritoneum
(quod Auicena Siphac nominat) vt
Galenus de anatomicis adminiſtra
tionibus libro ſexto inquit, Mem-
brana quædem lata conſiſtentiæ te
nuis, & latæ araneorũ telæ ſimilis,
quæ ſita eſt ſub muſculis vniuerſis
ventris, diſtenditurq; ſuper ſtoma-
chum,& viſcera,& vniuerſa inteſti-
na, ac veſicam.procedens à cartila-
ginibus, in quibus mendoſæ coſtæ
finiuntur, vſque ad pubis oſſa, inde
nomen peritonei ſumens,quôd præ
tendatur omnibus tum viſceribus,
tum inteſtinis. Quo exiſtente tali,
quale retulimus: cùm ſupra ſe mu-
ſculos ventriculi habeat,qui multò
ſunt craſsiores,quàm duæ ventricu
li tunicæ, ex quibus ipſe conſtat,al-
tera carnoſa, puta exterior,præſer-
tim in parte,quæ verſus os tendit,a-
lia per totũ neruoſa, exterior ſcili-
cet,vt Galenus lib.3.de facultatibus
naturalibus cap.8.refert.neceſſe erit
inflammationes,quæ ſub peritoneũ
fiunt, ad partem internam ventris
rumpi, potius quàm ad externam,
quod vt dixi, infeliciter accidit. In
illo ergo à nobis ſupra explicito ſẽ
ſu & nõ in alio verã eſſe Gal. ſenten
tiã,dilucidũ eſt,vt in cæteris omni-
bus falſam. Per quẽ modũ etiam in
telligenda ſequens ſentẽtia contex-
tus Gal. erit, vbi ipſe inquit, bonã
eſſe ſuppurationem,quæ in priores
ventriculos cerebri abſcedit.Quip-
pe ſalubriter humor, qui ſubſtan-
tiam cerebri inflamando,noxã ho-
mini inferebat, in capacitatem la-
xam ventriculorũ anteriorum eiuſ
dem cerebri transfertur,ibiquè ſup
puratur, & poſtea per os & naſum
deſcendit.Quod non rarò in corri-
za de fluxu per nariũ foramina de-
ſcendente viſitur,ſudariolis,quibus
naſus horum emungitur,ſepiſsimè
conſpectis,pure tali quali vulneris,
immundis. De his non plus,quòd
exiſtimẽ, ſatis eſſe veritatem nego-
tii huius illuſtratam, ad cætera er-
go contextus explanãdum accedo,

¶Sciẽdum ex illo loco,vbi inquit
Galenus.At ſi victæ à fluxione par-
ticulæ fuerint. illũ agere de alio in
felici exitu inflãmationum, vſquæ
in finem huius quinti contextus, &
in vniuerſo hoc contextu tantùm
vnicum & ſingulare dubium expla
nandum offertur. alia enim plana
ſunt.Dubium eſt,qualiter intelligẽ
da Galeni & Hippocratis ſententia
quæ hic tractatur,ſit, quòd deſinãt
tunc primùm dolere noſtri corpo-
ris particulæ,cùm mutatrici quali-
tati fuerint adſimilatæ. Quod per
alia verba ab Hippocrate & Gal. re
fertur. Porrò deſinẽt tũc primũ
dolere cũ mutatrici qualitati fue-
rint.

Explicatur hic.& in ſeqn te ſectiõe quę intẽperies dolorem inferat vbi innumera dubia diſſoluuntur.

rint ad ſimilatæ. ☙ Quòd ſi fusè
hic â me explicaretur, referendo di
uerſorũ authorũ de hac re opiniões,
certè putaſſem de his tantùm ſcri-
ptis libellũ iuſtæ magnitudinis poſ
ſe me cõficere. Sed quòd hoc quæſi-
tũ potius â phyſicis, q̃ â medicis ſit
abſoluendũ, ideo tantùm quæ vera
ſunt,& teneda vt indubitata, hic à
meexarabũtur, differẽdo fuſam ex-
plicationem in opus illud, quod de
exacta phyſica inſcribetur.

Cõſideratio prima.

¶ Eſt ergo pro quæſiti vera intelli
gentia primò ſciendum, quòd nul-
la noſtri corporis calida diſtempe-
ries ſit independens à cauſa conſer-
uante, propter impoſſibilia, quæ ſe-
qui ad hoc probauimus: quorũ vnũ
eſt, eſſe ſcilicet aliquid mixtum in
totũ abſolutum & perfectum à na-
tura magis aëreum, & igneum, aut
ſolũ magis aëreũ, ſeu duntaxat ma-
gis igneum, â ſuo ortu diſtans, quàm
cùm proximior illi erat, & alia, quæ
illic retulimus. Poſſe tamen eſſe ali
quam diſtemperiem frigidam inde
pendentem ab extinſeca cauſa, non
negamus, quòd nõ inconueniat pro
pter immodicũ calorem particulæ
alicui9 plus quàm aliarũ aëreas par
tes & igneas plus difflari, quàm ter-
reas & aqueas, aut ob immodicam
frigiditatem relatas calidas partes
corrumpi plus in illa, quâm in aliis
particulis. Ad quod nulla impoſſi-
bilia ex recenſitis ſequi, palam eſt.

2. Conſidera tio.

¶ Secundò ſciendũ eſt etiã, quòd il
le qualitatis primæ grad9, qui à ſim
plicibus miſtum conſtituẽtibus poſ
citur, vt ipſa miſti forma melius cõ
ſeruetur, nequaquam à propriis ſub
iectis percipiatur, neque à particu-
lis ſibi proximis, quòd ſint adeò in-
temperie hac ſimiles, ea parte, qua
ſe tangũt, vt inſenſibilis ſit actio tã
ex tarda actione, quàm ex inſenſibi
li intẽſioris, aut remiſſioris gradus
inductione, vnde contingit, nos nõ
ſentire actionem naturalem partiũ
contrariarum, qua ſe mutuò corrũ
punt. Quanquam ſi aliqua pars eſ-
ſet inſigni diſtemperie frigida inde
pendẽte affecta. â proximis partib9
ſua frigiditas, dum in eas ageret, per
ciperetur. quòd non ſit talis à natu-
ra genita, qualis vi morbi euaſit.

¶ Tertiò animaduertẽdum, quod
cum homines vere dicimus, ſentire
manum noſtram, aut pedem noſtrũ
ſeu caput noſtrum, non aliter verũ
illud eſſe, quàm quia tunc percipia-
mus calorem actualem ſpirituum,
& vaporum calidorum difflatorũ
à caliditate immodica eorundẽ ſpi
rituũ, qui ceu quædã flãmulæ ſunt.
porro perpetuo ſpiritus à corde in
cætera membra adueniũt, quia ce-
lerrimè, vt candelarũ flammæ diſ-
ſoluuntur, vnde nouam, & nouam
calfacionem in membra inducunt.
hæc enim ſenſibilis alteratio eſt, &
nõ inſenſibilis, vt præcedens, de qua
egimus. Teſtatur id ita eſſe, quòd cũ
ſtupor ſeu inſenſibilitas particulã
vllã opprimit, quia laqueo, vel alia
re intercipiatur meatus, per quẽ ſpi
rit9 animalis ſenſific9 deferebatur.
reſtituitur particulæ illi ſenſus, di-
latato, vel abſciſo laqueo per ſpiri-
tuũ nouã influxionem. Nõ ob id tã-
tùm, quòd ii reſtituant ſenſum, qui
ab eis penderet, & eorundẽ defectus
eo priuaſſẽt, ſed etiã quia calefatiẽs
ſpũs deficiebat, qui iã cùm primùm
laqueo ſoluto, defertur, velut acus
pungens deorſum verſus per parti-
culã deſcẽdens ab eadẽ percipitur.

3. Conſic tio.

¶ Quartò animaduertẽdũ, impoſ-
ſibile eſſe vllam facultatem ſenſitri
cem ſenſu tactus, aut viſus, ſeu quo-
uis alio organo: ſentire id, quo adæ-
quatè afficitur proprium organũ.

Quarta deratio qua qui prie ſẽt à tactu, mitur.

Hac ſuppoſitione ad vnguem percepta, mille dubia, quæ de re hac inſurgunt, tolluntur. Et vt palàm quid dicere velim, omnes intelligant, exempla in vniuerſis organis ſenſuum exponã, & primò in viſu. Dico ergo, quòd ſpecies, quæ ab obiectis viſibilibus in oculum inducuntur, minimè à viſu videtur, quanq̃ ratio illæ ſint, vt obiectum, quod ea genuit, videatur. Etiã in organo olfactus minimè percipitur affectio, quæ inducitur à re odorata in ipſum organũ. ſed odor accidens rei odoratæ, qui affectionẽ induxit in organum ſenſus olfactus ſentitur. In ſenſu quoq; auditus minimè concipitur cómotio incuſſa ab aëre percuſſo in organũ auditiuũ, ſed per ipſam commotionẽ ſonus extrinſecus percipitur. In guſtu etiam non diſsimiliter euenit: nempe nõ ſentitur qualitas illa, quæ à re ſapida inducitur in linguã ſed illa eſt ratio, vt ſaporoſæ rei qualitas percipiatur. Tandem in tactu, de quo præſens quæſitum agit, mininimè ſentitur qualitas, qua afficitur particula habens vim ſentiẽdi. ſed quæ illam inducit. Meritò dixi, quæ illam inducit de preſenti, & nõ induxit de præterito, quòd primũ verum ſit, ſecundum falſum. id exemplo explicare volo. Inducat nẽpe aliquod infrigidans ex duobus gradibus frigiditatis, quos tantùm habere fingo, dimidiũ in manũ hominis tangentis: ille dimidius minimè ſentietur à partibus manus, quibus ineſt, ſed qui inducit illum percipietur. habet enim ſe dimidiꝰ gradus, vt ſpecies, quo facultas tactiua noſcit productorẽ, vt in viſu dicebamus, quòd nõ ſpcies coloris inducta in oculum ſentiatur, ſed color inducens, & eam producens. Adeoq; procedit hæc viſus, & tactus, & aliorum ſenſuum mutua ſimilitudo, quòd vt viſibile perfectius cognoſcitur ab oculo iuuenis, prout ſpecies viſiuæ intenſiores inducuntur in eiuſdem oculum ad debitam diſtantiam ſitum: ſic illud frigidum vt duo perfectius noſcetur, eſſe gradus, cuius eſt, quanto intenſior & intenſior frigiditas citra duo inducitur, quæ deſeruit inductori loco ſpeciei, dum, vt dixi, ſit citra duo. Quia dum vt duo producta eſt omnino ſimilis inductori, ſtatim alteratio, & vlterioris frigiditatis productio ceſſat, quòd ſit paſſum omnino aſsimilatum agenti, indeque ſenſatio, quæ ſine alteratione non fit, pauſat. Neque eſt immeritò ſic prouiſum à natura, vt retuli, quin prudentiſsimè ſic ab ea inſtitutum, quia tactus nõ ſit animalibus collatus, niſi vt proſequantur, quæ iuuant, & vitent, quæ nocent. Seu iuuantia aut nocentia ſentiantur, vt hominibus euenit, aut talia non ſentiantur, prout beſtiis accidit. Et cùm partes animalis habentes æqualem gradum qualitatum primarum, qualem habet extrinſecum, aut intrinſecum agens, quod eas alterabat, iã ab illo agente noxam nullam recipiant, ſed tantum à qualitate inducta, non erat cur illius ſenſus foret eiſdem conferendus, nec qualitatis inductæ ſenſus parti ſuſcipienti dãdus: cum quocunque aufugiſſet pars talis, ineuitabiliter ſecum latura erat qualitatẽ illã, qua ipſa afficiebatur, vnde incaſſum ſentiret. quod vitare nequiuiſſet. Quo dilucidè oſtenditur, quòd quæuis diſtẽperies proprie, ſiue improprie facta vocata, vt diſtingui ipſa cõſueuit, ſẽtiẽda nõ ſit: & non tantùm quæ propriè facta, vt hectica nominabatur, vt falſò hucuſq; fuit opinatum.

¶Sed

Tres obiectiones proponantur.

¶Sed hanc noſtram aſſertionē labefactare fortaſsis aliquis trib9 modis conabitur. Primò obiiciendo, quòd & ſi agens inducens aliquā diſtemperiē, cùm iā intotū induxit illam, nō valeat plus nocere alterando, poſsit obeſſe inductā diſtemperiē conſeruando, indeq; ſi ille eſſet ſcopus naturæ, quē nos finxim9, mācā ipſam fuiſſe, nō conferendo ſenſum illius, qui conſeruat, vt eius, qui alterat. Secundò, quòd falſum videatur id, quod aſſeruimus, puta ſenſationē pauſare per omnimodā aſsimilationē partis ſentientis cū re alterāte, quòd experimenta oppoſitū doceant. Noſcimus enim hominē ſuperaſperſum aqua calida, & tanto caloris gradu alteratū quāto ipſa erat affecta, poſt aquæ abſentiā calorem interius ſentire. Tertiò, quòd nō appareat verū eſſe, quòd ceſsāte alteratione, ceſſet ſenſatio, cū, abſente igne, qui hominem calefaciebat, experiamur, hominem ſentire calorem inductū, qui à nulla parte ſentiri potuit, quàm ab ea, cui ineſt, cuius contrarium nos retulimus.

Soluuntur obiecta.

¶ Sed iis omnibus breuiter faciemus ſatis. Primò enim argumento ſufficienter reſpondemus, dicendo. prudentius eſſe prouiſum à natura auferendo, vt retuli, ſenſū illius qualitatis, quæ omnino particulā ſentiētem ſibi aſsimilauit, q̄ illius ſenſum eidē particulæ tribuēdo. Nā ſi indeceret mēbrū affectum qualitas, quæ inducitur, ſatis cōſultū erat incolumitati illi9 per ſenſatiōes, quæ præcedunt omnimodā aſsimilationē inter paſſum & alterans, & ſuperflua foret vlterior ſenſatio, quæ duraret, paſſo ad huc aſsimilato. Inter homines enim cordatos cōſiliū eſt, amicis ſuadere, quæ illis expediāt, & deſtituere illos q cōſilia bis aut ter reſpuāt. At ſi ſaluti particulæ cōueniret tāt9 q̄litatis, quæ induceī, grad9, quāt9 eſt in alterāte, graue, & moleſtū eſſet, dolore illius vexari partē affectā, cui9 ope medebatur. Vt ſecūdū ac tertiū obiectū ſoluamus, ſciēdū innatū eſſe omnib9 naturalibus agētib9, fortius agere in propinqua, quā in diſtantia paſſa. Vnde effectus productus per alterationē tantò intēſior eſt, quātò agēti propinquior fuerit, dū vniuerſus gradus alterantis nō eſt inductus in patiēte. Nēpe calidum trium graduum, exempli gratia, cùm calefacit tripedale quātum in proximiorem ſibi pedalitatem prius inducit gradum vnum & duos ac tres, quàm in diſtantiores: at cùm tres in illa ſunt inducti, dein in alias tot gignere curat. Hoc ſuppoſito intellecto, vtriuſq; dubii ſolutio pellucida euadit, confitendo euentus, quos argumēta in ſui fauorem ducunt, veros eſſe, & negando inde aliquid aduerſus ea, quæ aſſeruimus, ſequi. Nā tam calefactus ab aqua ſibi ſuperirrigata, & æquali gradu caloris eiuſdē affectus, quàm calefactus ab igne, de quo tertium dubium tractabat, diſsimilem gradū caloris in intimioribus ſuis partibus habent ei, quē extimæ. ob id, quòd proximiores ſint aquæ & igni calefacientibus extimæ, quàm intimæ partes. Indeque calidiores ex præcedēte ſuppoſitiōe futuræ ſunt. Vnde accidit intimiores calorem ſentire, quem exteriores in eas inducunt, exempli gratia, ſi ab igne, vel aqua calida, aut alio quouis calido, cutis exterior hominis vllius afficeretur tribus caloris gradibus: & caro cuti proximior duobus dūtaxat, & caro profundius q̄ præcedens ſita vnico tantùm, abſente igne & aqua, cutis niteretur calorem immodi-

cum,quẽ habebat,paulatim,& paulatim extirpare, & ſe in priſtinam diſpoſitionem reducere, at interea, quòd carne ſibi proxima calidior eſſet,eam calefacere non deſiiſſet,& carni illi idem eueniret, cùm in timiore, quòd cuti ſecum accideret, quòd vniuerſa agentia, vt ſupra dixi,nitantur ſibi aſsimilare paſſa, in eo gradu qualitatis primæ,quo ipſa ſunt affecta: & toto tempore, quod duraſſet actio, & ſenſatio quoq; duratura erat. ita quòd in caſu recenſito caliditas triũ graduũ cutis ſentiretur à carne proxima, quæ à cuti alterabatur, & caliditas duorũ carnis cuti proximæ perciperetur à carne interiore,quæ à ſuperiore carne calefiebat:& hæc ſenſatio duraſſet per totum id tẽpus, quod pugna partiũ diuerſo modo præternaturaliter affectarum permanſiſſet, calefacientibus extrinſecis abſentibus, vt argumenta aduerſorum obiiciebant. Verum aduerſus noſtra placita nihil ea probãt: quia à nullo adæquato ſubiecto, cui relati gradus caloris inhærebant,ipſi percipientur, ſed à diuerſis partibus. Iis ſufficienter eſſe tribus obiectionibus reſponſum,reor.

Quod ex prius dictis ſequatur caſſã quandã antiquorũ diſtinctionem.

¶ Ex antecedentibus notũ euadit, Hippo.& Gale.ſententias,atteſtãtes Quòd cũ in mutato eſſe fuerint partes ſenſitiuæ,tunc ſentire deſinãt,& cùm notabiliter mutantur, tũc ſentiant,veras perpetuò eſſe,quauis diſtẽperie morbifica ægrotent partes. Et caſſam eſſe illam diſtinctionem antiquam diſtemperierum calidarum in factas, & fientes propriè & impropriè dictas.

Quid.2.ſequatur.

¶Secundò clarè quoq; liquet, factũ de fiente ſentiri,non à parte,cui adæquatẽ ineſt,ſed ab alia, inquam illud qualitatis factæ intenſius exiſtẽs,quàm aliud partis remiſsius affectæ, ſuam qualitatem intẽſiorem inducit.

Quid.3.ſequatur.

¶ Iis clara linquitur contextus vniuerſi ſententia,præter illa verba vltima,quæ ſonant,poſt calorem & frigus,ſiccitatem exiccando, & humiditatemm humectando, dolorẽ inferre,eſuriendo,vel ſitiendo.Quæ in rigore vera nõ eſſe,certum eſt, vt dignoſcitur ex appetentia cõtrariorum. Fames enim appetentia eſt ſicci & calidi,in ratione alimenti: vt ſitis frigidi & humidi in ratione potionis, ceu Ariſtotelis rectè dixit.ſecundo de anima.text. commenti vigeſimioctaui.

Contextus ſextus.

¶ Ergo ſi calor ſanguinis in particula,quæ phlegmone laborat, mitis eſt, tum qui in toto animalis eſt corpore mediocriter attemperatus non facilè vna cum afflicta particula calefit: ſin vel ille feruet vehementius, vel qui per totum ſpargitur animal, bilioſus eſt, ilicò totus ad calorem vertitur. Multò verò magis ſicubi ambo concurrunt, vt & qui in phlegmone habetur, admodum calidus ſit: & qui in toto eſt animante, bilioſus. Porrò calefit primùm, qui in arteriis eſt ſanguis: quòd ſcilicet is tum natura calidior, tum verò magis ſpirituoſus ſit: poſt hunc verò etiam qui in venis eſt. Quòd ſi propinqua viſceri, cui plurimus ſit ſanguis, obſeſſa phlegmone particula fuerit, iam celerius cum hoc vniuerſus, qui in animali eſt ſanguis, calore afficitur. Vnoque verbo, quicquid ex facili alterabile eſt, aut calidũ natura,id à quouis calefiẽte primum excalfit. Non ſecus & ab eo, quod frigefacit, quicquid facilè al-

teratu

teratu eſt, vel natura frigidum, id primũ refrigeratur. At promptus quidem ad alterandum ſpiritus eſt, vt potè ex tenuiſsimis conſtans par tibus. Calidiſsima natura meritò eſt flaua bilis, at frigidiſsima pituita eſt. Reliquorum humorum ſanguis poſt flauam bilem maximè eſt calidus, ſicut nigra bilis poſt pituitam eſt frigida. Quinetiam alteratur flaua bilis leui momento, ex quo vis in eam agente. Nigra ægrè altereſcit. In ſumma quicquid tenuium eſt partium, id promptè alteratur: cõtrà cui craſſæ ſunt partes, ægrè. Ita neceſſe eſt multifariæ phlegmones alterationes incidant, propterea, quòd multifariam affecta ſunt corpora. Principio nanquè ſuccus, qui phlegmonem excitat, magis, minuſue calidus eſt: deinde ſucci putrefactio pro ipſius natura reſpondet: non minimum certè, prout magis minúſue eſt impactus, quippe quæ per ſpiratu carent, celerius putreſcunt, veluti & in externis accidit omnibus, cæterùm cùm calida temperie ſunt & humida, tum vtique potiſsimum. iam ipſa phlegmone laborans particula, vel prope, vel longe ſita eſt à multi ſanguinis viſceribus: totuſquè ſanguis vel bilioſus eſt, vel melancholicus, vel pituitoſus, vel ſpirituoſus, atquè hæc omnia magis minuſquè. Quare neceſſe eſt multiformes fieri alterationes, ſiue alterum alteri ſit collatum, ſiue idem ſibi. Fiunt hæ omnes inæqualis corporis intemperies, maximè quidem inflammato eo, qui in phlegmone eſt ſanguine: deinde eo, qui in viſceribus habetur, & corde: atquè huius maxime eo qui in ſiniſtro eius ſinu eſt. In quem (ſicut in opere de vſurpan- dis manu diſſectionibus, eſt dictũ) ſi viuo etiam animante, nec adhuc febre tentato, dimittere digitum velis, vehementiſsimum deprehendes calorem. Quo magis veriſimile eſt, vbi totum corpus præter naturam incaleſcit, hunc maxime ſinum ad ſummum peruenire caloris: quippe cùm tenuiſsimum maximequè ſpirituoſum ſangninem habeat, ac moueatur perpetuò.

Commentũ ſextũ.

¶Tam prolixam ſeriem contextuum Galeni vnico commenticulo clauſi, quòd non adeò inſignia dubia ex relatis ſententiis inſurgunt, vt ex duobus antecedentibus cõtextibus. In præſenti loco nihil aliud Galenus primitus conatur, quàm docere cauſam caloris immodici accidẽtis in phlegmonatis particulis, vltimoquè, quòd ille calor difformis ſit, & inæqualẽ intẽperiem gignat. Inquit ergo in prioribus verbis, quòd cùm ſanguis, qui materia phlegmonis eſt, nõ fuerit natura calidus, neque reliquus qui in toto eſt corpore, non faciliter caleſit affecta particula, ſed tunc cùm ſanguis cõtentus in phlegmone feruet, aut totius corporis ſanguis bilioſus eſt, vel ambo coinciderint. Et cùm duplex ſit vas ſanguinem continens, alterum, quod vena nominotur, reliquum, quod arteria dicitur, calefieri primùm arteriarum ſanguinem, & poſtea venarum refert Galenus, ideo, quòd arteriarum ſanguis ex ſua natura calidior & magis ſpirituoſus, quã venarum ſit. Etiam tunc magis toti corpori communicari calorem, cùm iecori, vel cordi, vel aliæ particulæ vbi aſſeruari conſueuit plurimus ſanguis,

phlegmonata pars propinqua fuerit. Et tandem in ſumma quadam inquit, quòd quicquid paſsibili9 eſt, & natura calidius, id facilius excaleſit: & quicquid paſsibilius fuerit, & natura frigidius, id celerius frigidum reddetur: & cùm ſpiritus ſubſtãtia ſit calidior & paſsibilior multò quàm humorum, & bilioſus humor cæteris calidior ac paſsibilior, ſupereſt verum eſſe, quòd ipſe Galenus aſſeuerauerat, arteriarum bilioſum ſanguinẽ in plegmonatis partibus primitus caleſieri.

Increpantur nõnullæ ſententiæ huius contextus.

¶ Et quanuis omnia, quæ in præſentiarũ ex Galeno duxi, vera ſint, nullius momenti eſſe dicendis, manifeſtum eſt. Conatur quippe Galenus reddere cauſam caloris immodici contingentis in phlegmone, & innumera verba impertinentia cõſumit, docendo, quòd ſpiritus & bilioſa ſubſtantia promptior ſit excaleſieri, quàm alia. Ac ſubticet, quòd in primis dicere tenebatur, à quo ſcilicet hæc ſubſtãtia ſpirituoſa & bilioſa in phlegmone caleat, & totum corpus calidum efficiat. Nempe etſi ipſa ſeipſa calida ſit, ita calida erat, priuſquàm in phlegmone fuit aceruatus humor, putà cùm in venis, aut arteriis continebatur, & tunc totum corpus eo non caleſcebat, neq; ſpirituum immodicus calor ſufficiens erat calefacere febrili calore hominis corpus. Non ergo ab his calorem phlegmonis ducere ortum, erat vero ſimile, ſed ab alio, quod omiſſum eſt à Galeno: de quo primitus ſcripturus erat. At ipſe culpandus non eſt, quia non dolo, & quòd nobis inuideret veritatem dicere, tacuerit, ſed quòd eum cauſa latuerit.

Dilluitur inanis ſolutio increpatiõis præteritæ

¶ Quòd ſi quis ex noſtris dicat petulanter aduerſus tantum authorẽ me blaterare, cùm ipſe in recenſito contextu mox poſt verba expoſita referat. ⁂ Principio nanq; ſuccus qui phlegmonem excitat, magis minùs ve calidus eſt, deinde ſucci putrefactio pro ipſius natura reſpondet. ⁂ Ex quibus verbis facilè elici aduerſus dicet: cauſam caloris phlegmonatæ partis aſsignari à Galeno, putredinem ſcilicet illius humoris, qui congeſtus eſt in inflammato loco, hoc minimè ſufficere, paucioribus quàm poſsim oſtendã verbis.

Prima ratio.

¶ Primò, quòd ſi inde calor oriretur, quòd ſanguis bilioſus putrens calefaciat partem phlegmone affectam, ſequi videtur, ſanguinem eundem putrentem extractum per venæ inciſionem, etiam ardentem, vt phlegmonata pars, ſentiẽdum eſſe, quòd non experimur. Poſtquàm enim in lance ſanguis extractus calorem, quem ê corpore humano traxit, amittit, ſtatim frigidus percipitur: cuius contrarium euentus mõſtrare deberent. Nam ſi putredo caloris humoris cauſa foret, è corpore ſanguis extractus, magis putridus cùm minimè gubernari à natura valeat, futurus erat, indeq; calidior.

2. ratio.

¶ Secundò, quòd ſanguinem è venis eductũ quouis in loco arcto incluſeris, & perſpirari prohibeas, & ſi putreat, & calidius reddatur, non adeò calidum, vt phlegmonatam partem tanges, quin ferme nobis ſanis nõ æquè calidum. Quod nec ſic experiendum foret, ſed multo nobis calidiorem ſentiendum, ratione ſuperius ſcripta, quia ſcilicet ille magis ſit à natura diſtinctus, quàm qui in corpore includebatur, vnde maiore putredine corripiendus.

3. ratio.

¶ Tertiò, quòd ſanguis putridus, quantocunq; gradu putredinis putreat

treat

treat, ſi ipſum putrere à corpore ſeiunctum tantùm intelligas, multò min9 calidus, quàm eſt ſanguis arterialis, intelligitur, & ſentitur: & cũ quòd remiſsè calidum reſpectu alterius eſt, illud potius infrigidaturum quàm calefacturum erat, non video, quomodo poſſet ſanguis phlegmonis putrens calefacere ſanguinem arterialem.

Quarta ratio

¶ Quartò, ſanguis phlegmonis putrens, qui in pus vertitur, non illum putredinis modum acquirit, vt qui extra corpus. Nam nulli ſanguini putrenti extra corpus contingit, album, & liquidum, & fœtidum, & adeò calidum, vt eſt ſanies phlegmonis, fieri: ergo ab alio quàm à putredine, illa accidẽtia acquiſiuit, quod principium Galenus (ſi reſipuiſſet) inueſtigaturus erat.

Proponit auctor rationẽ qua Galenus reſipere debebat, ac intelligere, quod nõ ab humore putrido ſed aliũde humor phlegmonatæ partis caleat.

¶ Porrò ſola hac ratione excuſſurus erat ipſe ignorantiã adeò craſſam, vt ea eſt, quæ medicos ſui æmulos hucuſq; decepit, cum fingit calorem humoris putrentis tantùm, eſſe cauſam febrium, & ardorũ heryſipelatarum & phlegmonatarũ partium. Videns enim ipſe multò aliter ſe habere ſanguinem putrentem extra corpus, quàm qui in corpore putreſcit, aliquid corpori collaturus erat, quod eſſet huius putredinis peculiaris cauſa, & cùm hoc ſpecularetur, nihil aliud quàm ſpiritus humanos inueniſſet: ii enim ſunt velut flammulæ quædam, vt in antecedentibus docuimus. His ergo procurantibus in vapores diſflare ſanguinem, aut bilem, aut aliũ humorem congeſtum in læſa parte aut in pus illum vertere tributurus erat calorem, quem in phlegmonata parte ſentimus, & non ſanguini, aut bili putrentibus. eiſdemq; ſpiritibus per motus magnos frequentes & velloces cordis & arteriarum calidioribus, quàm tempore ſanitatis verſis, etiam tribuere debebat calorem febrilẽ quem etiã natura commẽtata eſt efficere in receſſitos vſus, abſumẽdi ſcilicet ſuperfluos & inutiles ſuccos, aut eoſdẽ per ſeceſſum, aut vomitum, ſeu alias vias, quas calor febrilis patentiores, quàm ante erant, facit, educẽdi. ſeu cùm ab his perfectioribus operibus deſiſtit, in pus vertendi humores eoſdem. vnde peculiaris illa putrefactio ſanguinis, & aliorum humorum in animalibus contingit: quæ certè eiſdẽ humoribus extra corpus eductis nõ accidit, neq; accidere poteſt, quòd deſit extra corpus principiũ illud, quo in pus viciati ſucci vertuntur. De quibus ſatis.

Proſequitur author expoſitionẽ cõt[…] tus & alte[…] galeni ſent[…] tiã menda[…] eſſe proba[…]

¶ Quod in vltimis verbis contextus adducti legiſtis, putà inæquales intemperies reſultare in phlegmonatis partibus, quia nõ adeò ſint pituita & melancholia apta calefieri vt bilis, & ſpirituoſa ſubſtantia, etiã falſum eſſe, quicunq; naturales obſeruat euentus facilimè dignoſcet. Nam quanquàm aqua, & lapis, & paleæ, exempli gratia, diuerſam ſubſtantiam habent, & calefieri non æquè prompta ſint, tamen in vnico vaſe incluſa, & igni expoſita, æqualiter calent, cùm ignis actio durat. neq; ſi hominẽ alteraſſent, inæquali, ſed æquali diſtẽperie affeciſſent. Quid ergo obeſt pituitam, bilem, & melancholicum ſuccum alterata à calore ſpirituũ noſtrorũ, & æqualiter calida effecta, æqualem diſtemperiem in phlegmonata parte inducere?

Alia cõt[…] pars expl[…] tur exqu[…] nulla co[…] eundem

¶ Reliquum, quod à Galeno dicitur de calore vehementiſsimo ſiniſtri vẽtriculi cordis, manifeſtè docet, hunc eſſe cauſam caloris phleg-

monatæ partis, & febrium per modum à nobis explicitum, & non putredinem humorũ, vt hucuſq; fuit opinatũ. Etiam clare probat, quòd non poſsit tam intenſus calor augeri à remiſsiore humoris putrentis, vt in quadam antecedente ratione meritò obiecimus Galeno. Antecedentia quoq; dilucidè demonſtrãt, inſciè dictum ab eo. Quin magis veriſimile eſt, vbi totum corpus præter naturam incaleſcit, hũc maximè ſinum ad ſummum peruenire caloris. Nam nõ ſequitur, quòd & ſi ignis calidiſsimus ſit, ideò plus caleat, quia alia ſibi proxima caleãt quin niſi ſummũ calorem alia, quæ ſibi appropinquant, attigerint, neceſſario, ipſum remittere & refrigerare, conatura ſunt.

Cõtextus ſeptimus.

¶ Cæterum in febribus id genus omnibus, calefit quidem ſanguis aliquando vniuerſus, quicunq; non naturalem illum calorem, qui ex humoris putreſcentia eſt obortus, concepit: non tamen ad arteriarum, venarumue tunicæ, aut aliud vllum circuniacentium corporum prorſus iam temperamentum ſuum mutauit: ſed adhuc mutatur atq; alteratur incaleſcens, ſiue vt ſic loquar, calefiens. Quod longiore tempore hoc patitur, etiam vincetur aliquãdo, prorſusq; mutabitur, ita vt non amplius calefiat, ſed iam ſit præter naturam calefactum. Porrò terminus mutationis eſt, cuiuſq; particulæ functiõis læſio, ad quem vſq; terminum omnis alterationis latitudo via eſt in id, quod præter naturam eſt veluti miſtum commune q; ac medium quiddam ex contrariis vtriſq; compoſitum, ipſo naturali prorſus affectu, & eo qui iã planè eſt præter naturam. Ergo toto hoc tempore corpus incaleſcẽs pro modo alterationis etiam ad portionem ſentit dolorem. Cùm verò omnes corporis ſolidæ particulæ excalefactæ ad abſolutionem iam ſunt, eiuſmodi febrem hecticam Græci vocant, ceu non amplius iam in humoribus & ſpiritu, ſed in corporibus iis, quæ habitus rationẽ habent comprehenſam. Hæc doloris eſt expers, putãtq; qui ea febricitant, omnino ſe febre carere. Neq; enim ſentiũt eius calorem, omnibus ſcilicet eorum partibus æquè percalfactis. Sed & conuenit de iis, inter naturalis ſcientiæ profeſſores in iis, quæ de ſenſibus produnt, nec enim citra alterationẽ eſt ſenſus, nec in iis quæ iam ad perfectionem ſunt alterata dolor. Itaq; etiã hecticæ febres omnes tum ſine dolore ſunt, tum neq; ſenſu ab iis, qui ipſis laborant, perceptæ. non enim ex eorum particulis hæc agit, hæc patitur, cùm omnes inter ſe iam ſimiles ſint redditæ ac vnicam habeant conſentientem temperiem. Quòd ſi alia earum calidior eſt, alia frigidior: at certè eatenus eſt frigidior, vt vicinum nihil offendat: alioqui ſic ſcilicet partes, quæ pro naturæ modo ſe habent, mutuò ſe offenderent: vt pote quæ ſic quidã temperamentis diſsideãt: caro nanque calida particula eſt, os frigidum. Cæterum tam harũ partium, quàm reliquarum omnium indolens inæqualitas eſt, modi exceſſus meritò.

Commentum. 7.

¶ In præſenti contextu Galenus explicare conatur differentiam inter febres ac diſtemperies illas, quas ipſe fientes nominat, & alias, quas factas dicit. Et ex hac diſsimilitudine

In hoc cõmẽto errores galeni nõnulli oſtẽduntur.

aliam

aliã quoq; infert,cum omnis ex his, putà fientibus,dolorem commutari affirmet & aliis,factis ſcilicet,indolentem diſtemperiem adiungi. Refert ergo, quòd primitus calefit in febribus putridis vniuerſus ſanguis,qui afficitur ab humoris putredine, ac tunc non eſſe iam mutatã arteriarum & venarum temperiem ſed mutari in verbis vlterioribus expræſſe affirmans humorum & mẽbrorum alterationes mutuo diuerſas eſſe,vbi ſi dicit humorem,qui actu putret aliter in febrientibus alterari ſiue calefieri,quàm membra, vera Galenus fatetur: nam humor putrens amittit formam,quam habet,& aliam acquirit, cum in aliud miſtum tranſit, vt contingit carnibus putreſcẽtibus,ex quibus vermes gignuntur, aut eiſdem cum in quatuor elementa,ex quibus conſtituebantur diſſoluuntur quæ in quarto meteororum libro palàm Ariſtot. docet,& nos in noſtra exacta philoſophia fusè oſtendemus. Verum ſi alios humores, putrido excepto,diuerſo modo quàm membra alterari Galenus opinatur, vt eiuſdẽ verba,quæ de vniuerſo ſanguine calefacto loquuntur,dicere videntur. falſum manifeſte decretum illud erit cùm non ſemper in omnibus febribus vniuerſus ſanguis putreat, ſed quandoq; nihil eius corruptum ſit, ſed tantùm ipſe caleat,Vt enim manente tunicarum,arteriarum,& venarum natiua temperie,quæ qualitas ſecunda eſt,vt retro diximus,caleſcunt ipſæ: ſic quoq, manente tẽperie illa ſanguinis, quæ qualitas ſecũda etiam eiuſdem eſt,calefit ipſe, & alteratur,& vt remota febre, arteriarum & venarum tunicæ in priſtinum calorem ſibi decentem ſe reſtituunt: ſic eadem remota, ſanguis, qui non putruit, propriũm calorẽ recuperat, & immodicum abiicit. Sed hic eloquẽtiſsimus, & ſatis craſſæ mineruæ vir non raró in hoc libello aberrauit: quia temperiẽ qualitatem ſecundam, non diſtinguit à temperie qualitatum primarum,vt in hoc commenticulo inferius oſtẽdam. Porrò poſt taxatam ſententiã aliam ſubiungit, nõ minore, quàm præterita cenſura dignam. Illa eſt, quòd cùm alteratur,& mutatur per febrem corpus, in termino calefactionis non amplius calefiens dicẽdum ſit.ſed præter naturam calefactum, & temperamentũ ſuum amiſſum habens.atque hunc calefactionis terminum cognoſci per læſionẽ operationis particulæ,in qua inducta eſt intemperies. In quibus ambobus decretis manifeſtè aberrat Galenus: nam neque ſemper cùm præter naturam calefacta eſt particula, tẽperamentum,quod eſt qualitas ſecũda,amittitur: cùm experiamur vniformiter, inducto ab aëre calore intenſo in aliquas ex noſtris partibus, abſente aëre,illũ abiici,tẽperamẽto partis manẽte. Neque aliudverũ eſt quòd per læſionem operationis dignoſcatur, inductam iam eſſe intẽperiem,& nõ induci, cum etiã ante ac prius quàm inducta ſit.puta cùm inducitur,officium particulæ, quæ alteratur,ſæpe ſenſibiliter lædatur. Quis enim tam demens eſt, qui audeat affirmare, quod cùm ignis induxit tres (verbi gratia) caloris gradus,qui quatuor erit etiam inducturus,quòd in hoc alteratiõis tempore, pars tribus gradibus caloris affecta, non ſit læſa, quia necdũ omnes quatuor ſint inducti, cùm tunc dolere, & ardere, & rubeſcere, ac forſan intumeſcere conſpiciatur. At vt dixi,hallucinatus eſt author hic,

quia

quia confundit alterationem con-
tingentem per ſolam inductionem
qualitatum primarum in aliquod
paſſum, à quo cõplexio, quæ eſt qua
litas ſecunda, non eſt abiecta, vt quæ
ſæpiſsimè accidit nobis caleſcenti-
bus à ſole, vel igne, aut motu, vel fe-
bre, cùm ea, in qua non tantùm pri-
mæ qualitatis inducuntur, ſed ad ea
rum immodicam introductionem,
etiam temperies ſeu cõplexio, qua
forma ſubſtantialis aſſeruabatur,
abiicitur, & ipſa forma ſimul cum
complexione corrumpitur, vt cùm
particula quæuis putret, aut in ig-
nem vertitur, vel alio quouis modo
propriam formam ſubſtantialem
amittit, & aliam nouiter acquirit.
Certè de alteratione hac vltima (&
ſi non propriè ſic nominanda erat,
vt Ariſto. primo de generatione do
cet) ad quã nouæ formæ generatio
ſequitur, loquendo, verum eſt, quod
dixit. ⁂ Quòd cum longiore tem-
pore incaleſcendo patiuntur parti-
culæ, etiam vincentur aliquando,
prorſusque mutabuntur. ⁂ Cùm
quòd lõgo tempore incaleſcit, hoc
non niſi intenſiorem & intẽſiorem
gradũ caloris acquirendo patiatur:
aliâs ſi nouus gradus ſemper nõ ad-
deretur, non verè diceremus, quòd
incaleſcit, ſed quòd iã incaluit. ſed
per immodicam inductionem calo
ris in humanas partes formam ſub-
ſtantialem abiici. vt cui inconueni-
ens calor ille ſit, certum eſt. Vnde
quoque colligitur reliquum, quòd
Gale. dixit, certum eſſe, putà, quòd
mutentur tales partes. nam ex viuẽ-
tibus non viuentes cum difflantur
fiunt. Verum tamen de alteratione
propriè dicta, vbi nullius ſubſtãtia-
lis formæ amiſsio, neque noue gene
ratio cõcurrit, loquẽdo, citata Gal.
ſentẽtia falſa eſſet, vt probauimus.

¶ Reliquum, quod ſcripſit, putà omnem alterationis latitudinem fi niri, cùm terminus præter natura-
lis parti patienti eſt adeptus, verum
eſt, ſi terminum præter naturalem
patienti parti formam ſubſtantia-
lem nouiter acquiſitam nominare
velit: nam cùm excalfit ab igne aër,
aërem alterari dicimus. at ſummo
calore ab igne genito, & aëre ob id
corrupto, locoq; illius alio igne fa-
cto, alterationem tunc aëris finiri,
nemo inficiatur. Verùm ſi terminũ
præter naturam dixiſſet Gale. cale-
factionem, aut infrigidationem, hu
mectationem, aut exiccationem ho
mini diſconueniẽtem, falſum eſſet
opinari, tunc alterationem talem
ceſſare, cùm terminus præter natu-
rã ſit acquiſitus. quòd experiamur
inductis duobus gradib9 vllius qua
litatis primæ, qui deſconueniant vi
uenti, & præter naturales illi ſint,
poſſe adhuc illos intendi, alteratio
nemq; eis inductis non finiri, ſed e-
tiam proſequi. Quod deinde ſequi-
tur, alteratiões ſcilicet huiuſmodi
eſſe velut miſtum, cõmuneq; quod-
dam medium inter contraria, putà
inter naturalem & non naturalem
affectionem, veriſsimũ eſt. Cùm e-
nim temperatus. exempli gratia, nõ
plures caloris quàm frigiditatis gra
dus habens, ab aliqua re præter na-
turam calefit, aut infrigidatur, acci
dit, vt Galenus inquit, quòd ille affi
ciatur à gradu caloris, aut frigoris
ſibi diſconueniente, qui ſimul ali-
quo conueniẽti affectus eſt. vbi con
tingit eſſe ſimul affectum tunc, qui
temperatus erat gradibus caloris
aut frigoris ſibi conuenientibus, &
etiam eo gradu diſconuenienti, quẽ
res præter naturam induxit.

Proſequitur expoſitionẽ autor.

¶ Aliud quoq; quod refert. ⁂ In
toto ſcilicet tempore alterationis

Proſequitur inceptum autor.

pro

pro modo & quantitate eius dolorem maiorem aut minorẽ fieri. ※ Perpetuò verum non eſt, quia contingat immodicè calefactam partem, minori dolore afflixi, quàm cùm remiſsiorem calorem patiebatur, vi ſenſitiua à tã immodico obiecto diſsipata. Certe cum frigiditas immodica dolorem infert, manifeſtius, verũ hoc eſſe, experimur. Quis enim nõ obſeruat, quòd opio medicamẽto frigido deuorato, poſt exiguam moram frigus ſentiamus: perſeuerantèq; infrigidatione frigiditateq; aucta, per ipſius opii infrigidantem facultatem, quòd ſtupidi, & omni dolore priuati reddamur? Nullus certè.

Idẽ quod in antecedentibus agit autor.

¶ Illud vbi concludit modum: per quem hectica febris fiat, abſurdiſsimum, vt in antecedentibus vidiſtis, eſt. Quæ enim maior abſurditas, quâm dicere. ※ Cùm verò omnes corporis ſolidæ particulæ excalfactæ ad abſolutionem iam ſunt, eiuſmodi febrem hecticam Græci vocant, ceu non amplius iam in humoribus & ſpiritu, ſed in corporibus iis, quæ habitus rationem habent, comprehenſam. ※ Nam aut calefactas ad abſolutionem partes vocat, partes, quæ ſummè calidæ, vt ignis ſunt: & cùm hæ viuæ eſſe non valerent, quia iam in ignem verſæ, ſi ignis diſpoſitiones habuiſſent. hectica febre laborantes tales partes non eſſent dicendæ. Neque illis conueniret, quòd pro ſigno peculiari hecticorum ſcribitur, ſcilicet indoloroſas fore, quin maximè dolentes futuræ fuiſſent, ſi forma membrorum eſſet corrumpenda, & in ignem vertenda. Aut calefactas ad abſolutionem partes illas dicit, quæ æqualem calorem, cum humore putrido habent, aut tantum, quantum ſpiritus febrientis ephemera febre poſsident. Et in hoc etiam aberrare ipſum manifeſtiſsimum eſt. quòd in putridis & ephemeris non inconueniat mẽbra humana tanto caloris gradu affici, quanto humor, aut ſpiritus. & hunc, conſumpto humore, aut difflatis ſpiritibus illis calidis amitti, & ad moderatum, & ſibi decentem calorem mẽbra reſtitui. Quod hecticis febribus minimè accidere credidit Galenus, quin quouis humore, aut ſpiritu cõſumpto, ipſam febrem hecticam membris humanis hæſuram proteruit.

Nõ tantũ hecticã febrem indoloroſã eſſe expimẽto cõprobatur

¶ Eſſe ſolam febrẽ hecticam indoloroſam, falſum eſſe, omnes ſciunt, qui febribus tertianis, maximè nothis ægrotarunt. Si enim vera fateri voluerint, ii dicent, quòd poſtquàm in totum aucta eſt febris, ab eiſdem non percipiatur, atque hoc per inſigne temporis ſpatium perdurare, confitebuntur. Quòd & ſi peculiare etiam ſit aliis febribus, non tamen adeo prolixum eſſe ſtatum earum vt harum certum eſt (quartanis exceptis) ideo de nothis tertianis exemplum ſcripſi. Sed quia ſuperius nouiſtis, qualiter in febribus dolor percipiatur, ac in aliis diſtẽperiebus, ideo fuſius de his in præſens non ago.

¶ Certè cauſam, quam aſsignat, cur indoloroſæ hecticæ febres dicãtur, quia ſcilicet omnes corporis partes in eis æquè percalfactæ ſint, ſufficiens eſt. Nam ſi memores eſtis, diximus, quòd tunc cùm eſt difformiter caliditas, aut frigiditas, ſeu alia qualitas ex primis inducta in noſtrum corpus diſtemperies intenſius affectæ partis percipiatur à remiſsiore, in quam intenſior agit: ex quo clarè eliciebamus, quòd cùm

omnes

omnes corporis partes æqualiter calidæ aut frigidæ agere mutuo non valuiſſent,quia inter ſimilia non ſit actio , dolor ſentiendus non eſſet, indeq; etiam vera Galeni ſententia ſit,quòd omnibus partib9 æquè per calfactis in hectica febre exiſtentibus, minimè dolor percipi queat. Verùm, vt diximus, non hoc peculiare ſignum eſt hecticarum,ſed cōmune omnibus illis, in quibus vniformis calor in toto corpore extiterit. Cur potius hecticis hoc tributũ ſit,quàm aliis febribus, tam à Galeno,quàm à poſteris medicis,cùm de quouis genere febris ſpeciatim ſcripſerim,Deo dante,docebitur.

Ex cuiuſdã diſtinctiōis ignorãtia quã maxime aberrauit Galenus in preſenti libello.

¶ Ignoraſſe Galenum diſtinctionem temperaturarum noſtrorum membrorum in calida & frigida actu talia, & ea ſunt,quæ formalem calorem aut frigiditatem habent, & calida & frigida potentia talia, quæ ſcilicet qualitatem ſecundam natam producere calorem, aut frigiditatem habent,& ſi ipſa actu calida aut frigida non ſint,ſibi quammaximè nocuit, & in negotio hoc hallucinari eundē fecit. Quanquã enim in libris de medicamentorũ facultatibus, & aliis innumeris locis,cùm de medicamentis loquitur, hanc diſtinctionem innuit. in hoc libello de temperie noſtrorum mēbrorum agendo, eadem non vtitur, ideoq; paſsim aberrat. Dixerat enim ſupra,partes corporis, diſtemperie facta ægrotantes, adeò æquè diſtemperatas fore, vt nulla in aliã agat,ſcribens. ⁜ Non enim ex eorum corporũ particulis hæc agit, hæc patitur: cùm omnes inter ſe iã ſimiles ſint redditæ, ac vnicam habeant conſentientem temperiē,⁜ Et ſtatim quaſi aberrauiſſet, addidit. ⁜ Quòd ſi alia earum particularum calidior eſt,alia frigidior, at certè eatenus eſt frigidior:vt vicinũ nihil offendat &c. ⁜ Non videns Galenus, quòd non indiguiſſet exprimere,quæ expreſsit,cum ad priorem ſententiam illa non attineant. In prima enim,vbi dixerat,quòd illius, qui intemperiē factam habet, partes æquè malè affectæ ſunt, & mutuò inter ſe agere,nequaquã poſſint.manifeſtè vera profert, loquendo de formalibus & actualibus intēperiebus.In ſecundo autem decreto vbi refert,quòd nō æquè calida, aut frigida noſtra membra ſint, etſi illam diſtemperiem, quam ipſe factã nominat,patiantur,etiam non mētitur. Nam etſi æquo formali calore caro & os ſint alterata, diuerſas temperies vocatas qualitates potentiales,quæ qualitates quædam ſecũdæ ſunt, eaſdem habere dubium nō eſt. Si enim præternaturalis ille calor ab vtraq; partiũ affectarum auferretur, & nulla extrinſeca vi partes illæ alterarentur, caro in non tã remiſſum calorem ſe reduceret, vt os:& hoc minimè priori decreto cōtrarium erat. nam membra hæc nō aliter ſe habent,quàm ferrum, & lapides:& plumæ:& lana: ſimul ab igne:vel ſole æquè calfacta, quæ perſeuerãte caloris productore,mutuo inter ſe non agerent, ſi tamē illæ abeſſet, ferrum & lapis frigida fierent cætera calida manerent.vt caro calida manſiſſet.ablata febre, & os ac neruus frigida, ſi ſuæ tēperiei quæ qualitas ſecũda eſt, relinquerentur. Et vt aberraſſet,qui dixiſſet,ferrũ,& lapides,de quibus loquebamur,non infrigidant lanam & plumas, cùm æquè calida ab igne ſunt, quia non tantum ſunt frigida, vt infrigidare illa valeãt:ſic aberrat Galenus,cùm dicit, quòd cùm intemperies æqualis nos

lis nos afficit, caro, & neruus non ſe
alterant, quòd non adeò diſtent, vt
eorum quoduis vicinum nihil offẽ
dat. Ratio enim, cur illa non ſe affi-
ciunt, nulla alia eſt, quàm quòd intẽ
perie actuali & formali æquè cali-
da omnia ſint. Hæc enim eſt à qua
actio inter membra noſtra oritur,
vndeq; dolor aut delicia reſultat, &
non intẽperies qualitas ſecunda no
minata, à qua inter noſtra membra
actio nulla verſatur. De his etſi quã
plurima dicenda ſuperſint, ſcribere
alia nõ placet, quòd negotium pro-
lixius eſt, quàm vt in commenticu-
lo ſit redigendum. De eo, Deo con-
cedente, agemus fusè tunc, cùm mo
dum, per quem medicamentariæ fa
cultates agunt, explicuero & interi
tus naturalis animatorum & miſto
rum cauſam reddidero.

Contextus octauus.

¶ Sic nanq; nec aër qui nos ambit,
prius offendit, quàm ad immodicũ
calorem frigusve eſt immutatus: cu
ius alioqui quæ in medio ſunt, dif-
ferentias, tametſi numeroſas, ac ma
nifeſtum exceſſum inter ſe haben-
tes citra noxam ſentimus. Ex iis er-
go fortaſſe nec illud durius dici vi-
deatur, quod Hippocrates alicubi
ait, omnem morbum vlcus eſſe.
Quippe vlc9 vnitatis eſt diuiſio, im
modicus verò calor ac frigus proxi
mè accedunt, vt vnitatem ſoluant:
plurimus quidem calor, dum ſegre-
gat, ac incidit ſubſtantiæ continui
tatem: ſummum verò frigus, tum
ſtipando, tum introrſus pariter ten
dendo, quædam exprimit, quædam
quaſſat. Atq; hunc quiſpiam immo
dici caloris ac frigoris terminum
ſtatuens, fortaſſe non immodicè ſen
tiat. Seu verò is, ſeu alius immodi-
ci exceſſus terminus eſt, certè confi-
ſtere omnem immoderatum exceſ-
ſum in habitudine ad aliquid iam
liquet. Non enim pari ratione à ca-
lidis frigidiſq; afficitur omne cor-
pus. Indeq; fit, vt aliqua animalium
conueniẽtes inter ſe ſuccos habeãt,
aliqua non ſolum non conuenien-
tes, ſed etiam qui ſe mutuò corrum
pant: veluti homo atq; vipera, quo-
rum vtriuſque ſaliua alteri eſt per-
nicies, ita vtique & ſcorpium neca-
ueris, ſi ieiunus illi inſpueris. At nõ
homo hominem morſu interimit,
nec vipera viperam, nec aſpis aſpi-
dem. Siquidem quod ſimile eſt, id
congruum amicumque eſt: quod
cõtrarium eſt, inimicum ac noxiũ.
Augetur enim quidque, ac nutritur
à ſimilibus: perimitur, ac corrum-
pitur à diſſimilibus. Itaque etiam
ſanitatis tutela per ſimilia perfici-
tur: morborum ſublatio per con-
traria. Verùm de iis alius eſt ſermo.

Commentum. 8.

¶ Si præterita non ſuffeciſſent, ad
oſtendendum, confudiſſe Galenum
intemperiem actualem cum intem
perie potentiali, iam prima verba
huius contextus, quem expono, il-
lud palàm monſtrarent. Dicebat
quippe Galenus qualiter caro, & os
& ſi diuerſas temperaturas habeant
non mutuo ſe dolore afficiant. Et
in exordio contextus noſtri confert
hanc temperaturarum diuerſitatẽ,
quæ qualitates ſecundæ ſunt, diuer-
ſis aëris nos ambientis intemperie-
bus, aëre formali, & actuali calo-
re, aut frigore, humiditate, & ſic-
citate tantùm affecto, & non po-
tenciali: quia elementis nullæ qua-
litates ſecundæ inſunt; eæ enim ex
actione diuerſorum elementorum
mutuò pugnantium reſultant, &

Probatur in præſenti con textu aberraſſe gal. cõferẽdo diſtẽperies actuales potẽtialibus.

ex vnico confici non valent. Porrò, vt dixi, non parum labitur Galenus relata non animaduertens.

¶ Reliquum de Hippocratica ſententia, vbi omnem morbum vlcus eſſe teſtatur, alludere videtur Galeni ſententiæ primi libri de ſymptomatum cauſis. capite ſexto. Ibi enim quoque teſtatur, cuiuſuis ſenſus immodica obiecta non aliter dolorem inferre: quàm vnitatem ſoluendo. Quod ferme eſt aſſeuerare dolorem non aliunde procedere, quàm ab vnitate ſoluta. Res profectò in totum contraria veritati, cúm impoſsibile ſit, vnitatem ſolutam citra diſtemperiem dolorem efficere. Et quòd negotium hoc ſit ſatis difficile, prolixumque, ſi exactè eſſet explicandum, ideo breuius quàm poſsim, ab eodem me extricabo, differendo vſque in opus edendum exactum huiuſce rei examen.

¶ Sunt tot ac tam diuerſæ ſententiæ de eſſentia doloris, quòd eaſdẽ, & fundamenta, quibus innituntur, referre, prolixum valde foret. Ideo tantùm compendium quodam horum decretorum, rationibus, quæ eadem fulciunt, relictis, proponam, & ſtatim ad cauſam doloris explicandum tranſſeam.

Quid diuerſi autores opinati ſũt dolorẽ eſſe.

¶ Fuère nonnulli, qui dolorem per triſtem ſenſationem definierunt, opinantes dolorem eſſe ſenſationem, & hanc actum diſtinctum realiter à facultate ſentiente falſò fingebant. Alii actum appetitiuæ, quæ nobis inſeruit, vt fugiamus, quæ diſconueniunt, & proſequamur, quæ nobis proficua ſunt, dolorem eſſe proteruierunt. Quidam actum cuiuſdam facultatis, quam imaginatiuam coëxtenſam cum tactu nominant, innitentes neſcio quibus verbis ſatis confuſis Ariſtotelis, in ſecundo de anima. dolorem eſſe dixerunt. Reliqui non actum, ſed obiectum quoddam tactricis facultatis, diſtinctum à qualitatibus primis, quæ tactus obiecta ſunt, eſſe dolorem fatentur.

Quę doloris imediata cauſa ſit oſtenditur.

¶ Et vt inter hos non conuenit de entitate doloris, ſic de immediata cauſa illius ii diſſentiunt. Quidam opinantur duplicem eſſe doloris cauſam, ſolutam ſcilicet vnitatem, & diſtemperiem quoq;. Et harum quilibet vim inferendi immediatè dolorem concedunt. Alii rentur vnitatem ſolutam immediatè dolorem inferre. Et intemperiem tunc tantum dolorem efficere, cùm ad vnitatis ſolutionem immodicè conſtringendo, aut dilatando intemperies perduxerit. Cæteri ediuerſo ſentiunt, dolorem ſcilicet à ſoluta vnitate immediatè effici, non poſſe. & tunc tantùm ſolutam vnitatem dolore afficere, cùm diſtemperiei cauſa fuerit. Quã ſententiam veram eſſe, quibuſdam iactis prius fundamentis, indubitata ratione probo.

Solã intẽperiem doloris cauſam imediatã eſſe eui dẽtiſsimis argumẽtis oſtẽditur, ſupoſitis prius quibuſdam aſſertionibus.

¶ Primum, quod ſupponere oportet, eſt, quid notiſsimum phyſicis omnibus, qui libros de anima nouerunt, eſſe ſcilicet impoſsibile, ſenſibile commune cognoſci ab aliqua facultate ſenſitrice, non cognito prius ſenſibili proprio. Itaque cùm in viſu ſenſibilia propria ſint lux & color, impoſsibile eſt cognoſci per viſum rei lucidæ, aut coloratæ figuram, magnitudinem, numerum, motum, aut quietem, quæ ſenſibilia communia ſunt, ſi prius naturæ prioritate lux, aut

color

color non percipiatur. Et cùm in tactu ſenſibilia propria ſint caliditas,frigiditas,humiditas,& ſiccitas, nullum tangibile quãtum,aut figuratum,motum aut quieſcens, tanti aut tanti numeri, cognoſci valebit, niſi vlla ex primis qualitatibus noſcatur. In aliis quoque ſenſibus idẽ neceſſariò accidere,omnes indubie teſtantur.

2.Suppoſitio ¶Secundò præſcire oportet, ſolutam vnitatẽ nihil aliud eſſe, quàm aut illum partium ſolutarum numerum, aut indecentem earundem figuram, quorum quoduis à tactu percipi non poterit, niſi vlla primarum qualitatum percipiatur, quòd figura & numerus de communibus ſenſibilibus ſint, quibus conuenit, non ſentiri,niſi propria prius percipiantur, vt antecedẽs ſuppoſitio docuit.

3.Suppoſitio ¶Tertiò præſciendum eſt,nullam qualitatem inhærentem parti facultatem tactricem habenti ſentiri à parte,cui ineſt, vt ex quarta animaduerſione commenti quinti huius libri patuit.

4.Suppoſi. ¶Quartum quoq; eſt vt notiſsimum habendum,in ſola tactiua facultate dolorem verſari. Si enim accidit oculum, aut aurem, ſeu linguam dolere, non quia videt oculus,dolet, ſed quia tactu eſt particeps,& nec auris quia audiẽs,ſed quòd eius tactus afficiatur,dolet. Idemq; aliarum facultatum organis contingit.

Ratio valiſdiſsima qua intẽperiẽ tantũ doloris immediatã cauſam eſſe, poſſe, probatur.

¶Quibus intellectis, ratio inſolubilis, qua probatur, ſolã diſtẽperiẽ poſſe immediatã cauſam doloris eſſe,colligitur quæ huiuſmodi in eſt. quicquid à ſenſu tact9 doloroſè percipiendum eſt,calidum, aut frigidũ humidum, aut ſiccum eſt ſentiendum:ergo ſi vnitatis ſolutio doloroſè eſt ſentienda, calida, aut frigida humida, aut ſicca eſt percipienda. Conſequentia eſt nota, ex ſecunda ſuppoſitione. Et antecedentis quoque veritas ex prima & quarta. Vlterius caliditas, & frigiditas humiditas, & ſiccitas partis ſolutam cõtinuitatem patientis eſt ſentienda, vt ipſa doloroſè percipiatur: ergo vel à parte ſoluta,vel ab alia. A parte ſoluta non, quòd illi quæuis illarum inſit, indeq; ab ea ſentiri non poſsit ex tertia ſuppoſitione, ergo ab alia. Sed hoc eſt impoſsibile, & contra experimentum,quod docet, in partibus ſolutis ſentiri dolorem ex vnitatis ſolutione, & non in aliis illæſis, ergo antecedens, ex quo ſequitur, falſum erit. Cùmque hoc non aliud ſit, quàm aſſertio, quòd vnitatis ſolutio immediatè efficiat dolorem, ſupereſt aſſertionem illã falſam eſſe. & quòd ſola diſtẽperies dolorem inferat verum ſit. Eſt tanti valoris ratio hæc, quòd ſi verum eſt, quod ab omnibus vt indubitatum ſupponitur,ſolutam vnitatem ſcilicet eſſe ſenſibilem de per ſe, & ſi de numero communium & non propriorum,phyſica demonſtratione,concluſio probata ſuperſit.

¶Obiicere enim nobis, ſi verum eſſet, quod intulimus, neceſſariò ſequuturum, quòd ſi ſecaretur alicuius membri vnitas enſe, vel alia re æquè vt membrum, quod inſcinditur, calida, & aër etiam æquè calidus, vt membrum inſciſſum fuiſſet, dolor non perciperetur, quia diſtemperies nulla in membro ſoluto ex hypotheſi tunc adeſſet, nequaquam noſtrum decretum refringet. quòd ſupponat impoſſibilem euentum, & qui accidere naturaliter non poſsit. Non enim tantùm membra noſtram Quædã innanes obiectio ſoluitur.

N 2 cùm

cùm ſoluuntur, intemperiem patiũtur ab extrinſecis cauſis, aëre, gladio, & aliis rebus, verùm & ab intẽperie ſpiritus, qui defertur in membrum ſolutum, ipſe enim detectus cute & carne, neceſſariò alteratur, & partem noxam patientem in quã defertur, alterat, etiam nulla hominis pars ſenſibilis magnitudinis vniformis temperiei eſt, quin vna altera calidior, aut frigidior, humidior aut ſiccior. Vnde impoſsibile eſt ab aëre, qui eſſe non poteſt æquè diffor mis, vt partes hominis ſunt, membrũ nõ alterari. Nam ſi æqualẽ gradũ caloris aër haberet vt pars æque vt ipſe calida, calidiori aut frigidiori hominis parti collatus, intemperatus erit, in illaſq; intemperiem inducendo, dolorem prorritabit. Defluxus quoq; inordinatus ſanguinis & bilis, ac aliorum humorũ in partem diſſectam, non parum intemperiem earundem auget, & dolorẽ concitat. Quibus verum eſſe manifeſtum eſt, euentum, quem vt poſsibilem arguens ſupponit, impoſsibilem eſſe, inde quoq; rationem illã caſſam manere.

Proponitur quædam futilis ſolutio rationis illius, qua probabamus à ſoluta vnitate immediate dolorẽ fieri, nõ poſſe, & increpatur.

¶ Quippe qui opinabantur, ſolutam continuitatem doloris cauſam immediatam poſſe eſſe, argumento à nobis parum ſupraducto reſpondent, admittendo euentum, vt poſsibilem, fatenturq; non inconuenire, cum decẽti temperie primarũ qualitatum fœdam figuram, aut numerum diſconueniẽtem doloroſè immutare, idq; ſatis ingenioſè exemplo quodam probare exiſtimant. Accidit, inquiunt, hominem optimi coloris deformem videri, cùm illius turpis figura deformius immutat, quàm pulcher color eleganter. ad cuius ſimilitudinem poſſe cõtingere, credũt, optimam temperiem dolorẽ inferre, quãdo ſolutæ vnitati, quæ de formis mẽbri naturæ eſt, coniungitur. nõ animaduertẽtes ii, quòd nõ incõueniat, viſu videri colorem vllius deformis hominis, ſimul cum turpi figura eiuſdẽ, & impoſsibile ſit, temperiem ſeu diſtẽperiẽ partis patientis ſolutã vnitatẽ percipi à parte, in qua ſubiectiuè ipſa fuerit, & quòd abſq; ſenſatione illa dolor eſſe nõ valeat, quia ſoluta vnitas, quæ ex ſenſibilibus cõmunib9 eſt, nõ poſsit percipi à tactu, ſi tẽperies aut diſtẽperies propriè ſẽſibilis ſibi cõiũcta nõ pcipiat. vt prima ſupoſitio ratiõis ſuperioris docuit.

Experimẽto probatur verũ eſſe, q tantùm intemperies doloris ſit cauſa.

¶ Quin ex alio euentu noſtri decreti veritatẽ comprobari, manifeſtè intelligitur. Si enim partis, quæ ſecatur, dolorem imminuere conamur, oleis, aut aqua tepida abiicientibus intemperiem inſigniorem, dũ inſciſſam partẽ fouemus à dolore releuamus: quod fieri non poſſet, ſi vnitatis ſolutio doloris cauſa fuiſſet. nam hæc minimè per fotum relatum comminuitur.

Alia ratio qua idẽ ſatis euidẽter probatur.

¶ Alia quoque ratione euidentiſſimè oſtenditur, ſolutam vnitatem immediatè dolorem inferre non poſſe. Nam ſi ab hac tantùm oriri dolor valeret, ſequeretur, quòd ſi ſemel ex tali vnitate ſoluta dolor. fieret, ſemper durante vnitatis ſolutione eſſet perſeueraturus. Conſequentia eſt nota, Quia ſi tranſacta hora poſt diſſectionẽ durat dolor. non eſt, cur poſt annum perſeuerante diſſectione, dolor non perſeueret, cùm adeò facta eſſe dicatur diſſectio poſt horam, vt poſt annum. Sed euentus oppoſitum docent, medicamentis ſcilicet auferentibus intemperiem, aut dum ipſa vniformis, & æqualis verſa eſt, dolorem auferri, ſolutione vnitatis

tatis manente. Ergo ab intemperie,
& nõ à ſoluta vnitate dolor ortum
trahebat.

Solutio futilis diluitur.

¶ Si proteruiat aliquis, quòd vni-
tis ſolutio cùm ſit, dolorẽ inferat.
& ſtatim cùm facta eſt, nullum effi-
ciat, ſed quòd qui poſt perſeuerat, à
diſtemperie ortum trahat, inſolubi
li ratione conuincetur, quærendo
ab illo, quæ vnitatis ſolutæ pars ſen
tiatur, cùm vnitas ſoluitur, an, quæ
iam ſoluta eſt, vel quæ ſoluenda re-
ſtat. Quæ ſoluta eſt, cùm iam facta
ſit, ſentiri non poterit ex conceſsis
ab aduerſo. Quæ ſoluẽda reſtat, ſen-
ſationẽ inferre eſt impoſsibile, cùm
non ens non ſentiatur: ſupereſt ergo
nullo modo ſolutam continuitatẽ
dolorem illaturam.

Præteritã rationem nr̃is decretis minime contrariam eſſe.

¶ Neq; ille, qui teſtatur, inæqualẽ
intemperiem ſolam efficere dolorẽ
conſimili argumento torqueri po-
terit. Cùm enim ſibi obiiceretur,
quæ pars diſtemperiei ſentiatur, an
facta, aut futura fieri, dicet ille, qui
veram opinionem tuetur, quòd fa-
cta diſtẽperies efficiet dolorẽ, verũ
quòd à parte, in qua ipſa facta eſt.
non ſentiatur, vt verè arguens obii-
ciebat, ſed à parte, in quã facta agit.
Quo perſpicuè ſoluta relata obie-
ctio euadit. Vt enim color, qui eſt
in pariete diſtãte ab oculo. ab eodẽ
videtur, ſic facta diſtemperies, ſiue
quæ eſt in parte viuente, ſeu in obie
cto extrinſeco, dũ alterat, ſentitur à
parte vim ſenſitricem habẽte, cùm
ipſa alteratur. Non tamen ſolutio
vnitatis à parte non ſoluta ſentiri
valet. Neq; pars nõdum ſoluta quia
quod diſſectum non eſt, doloris pro
ducti vnũ eſſe non poſsit.

Improbatur quædã rationis nr̃æ euaſio.

¶ Aduerſus certè nequaquam di-
cere poterit, factum ſolutæ conti-
nuitatis ſentiri, & non à parte ſolu-
ta, in qua ſubiectiuè eſt, ſed à parte
ſana. Primò, quia, vt ſuperius dixi,
oppoſitum experiamur. Secundò,
quòd cum ſoluta cõtinuitas ſit vel
numerus, vel figura, vt patuit, & ho-
rum nullum vllius actiuitatis eſt,
quoduis illorũ ſoluta vnitas ſit, nul
lo modo afficere partem diſtantem
poterit. Tertiò, quòd figura, & nu-
merus, & alia ſenſibilia communia
non percipiuntur à tactiuo organo.
niſi contactu mathematico tangan
tur. Non enim clauſis oculis, & ſi ca
leam ab igne, vel alia re, quæ me nõ
tangit. potero percipere figurã, aut
numerum caleſacientium. Nullo er
go modo diſſectio partis ſolutæ à
parte incolumi poterit, percipi, niſi
tangatur: & cùm tangẽs diſſectum,
dolorem nullum ſentiat, vt chirur-
gici tractãtes vulnera & omnes ho-
mines, verè teſtari poſſumus, ſequi-
tur ſolutam continuitatem dolorẽ
nullum illaturam: niſi tunc cùm di
ſtẽperies, quæ eſt doloris immedia-
ta cauſa, ſuboriatur. De his prout
propoſito attinet, ſatis dixiſſe vide-
tur.

Proſequitur cõtextus expoſitionẽ autor.

¶ Cæterum de termino, quem ſta
tuere immodico calori & frigidita
ti Galen9 videtur, quòd vnitatẽ ſol
uere, quæ immodica ſunt, valeant,
& prius quàm hoc aſſequantur, non
poſsint immodica dici, nulli inni-
titur ſufficienti rationi. Difficul-
ter tamen diuelletur ab hac opinio
ne, qui proteruire voluerit. Quapro
pter rectè Galenus dixit, quòd qui
ſic de negotio illo phyſico ſenſerit,
non immodicè ſentire, ideſt, non ab
ſurdè ſentiens dicendus ſit.

Proſequitur expoſitionẽ autor.

¶ Notiſsimum eſt, verũ eſſe illud
decretum, quod præcedentem ſen-
tentiam ſequitur: exceſſum caloris,
aut frigoris: ſeu aliarum qualitatũ
nullum ſimpliciter talem dici poſ-
ſe, niſi alteri cõferatur. Calor enim

qui oſsi eſt per exceſsũ immodicus, carni collatus per defectum & remiſsionem labitur. Vt ſiccitas multa, quæ carni eſt diſconueniens, oſsi adhuc non ſufficit. Tandem exceſſus & defectus voces relatiuæ ſunt, vt ſimilitudo & diſsimilitudo, propinquitas & diſtantia. Inde ergo verum quoq; erit, quòd ſaliua vnius animalis, quæ aliis eiuſdem ſpeciei eſt vtilis, nonnullis ſit pernicioſa. vt ſaliua viperæ, aut ſcorpionis homini eſt pernicies, & humana relatis eſt valde noxia. Quo deprehẽditur eſſe manifeſtiſsimum mẽdacium decretum nonnullorum phyſicorum atteſtantium, ſolas qualitates primas mutuò agere & pati. Quis enim negare poteſt Galeni euẽtũ de ſaliua hominis ieiuni ſcorpioni iniecta, & eundem interimente, ac contrariũ, de ſaliua, aut morſu ſcorpionis, aut viperæ, hominẽ necante? quorum nullum fieri poſſet, niſi qualitates vllæ vltra primas inducerentur à relatis venenatis animalibus in hominem, quibus occultæ diſpoſitiões humanæ formæ ſimul cum primis qualitatibus conuenientes, abiiciuntur. Nam minime potuiſſe frigus, & calorem venenatorum dumtaxat vim necãdi habere, apertiſsime ex hoc intelligitur, quòd alia iis multo calidiora, & frigidiora ſine noxa adeò inſigni qualis eſt mors, non ſolùm exterius admota necare non valeant, verùm intra corpus deuorata non noceãt. Neque duntaxat relatis falſum eſſe dogma illud phyſicorum probatur: verùm dolor, & ſtupor dentiũ obortus à rebus dulcibus & ponticis, & à complurimis multò his calidioribus, aut frigidioribus minime procedens, manifeſtum exhibẽt teſtimonium, non ſolum inter qualitates primas actionem corruptiuam & productiuam verſari, ſed inter nonnullas alias, quas in alio opere exprimemus.

Contextus nonus.

¶ Hecticam verò febrem, quæ iã habitum corporis occupauit, minimè ſentit, qui ea laborat. Reliquarum febrium nulla eſt, quæ non à laborante ſentiatur: ſed aliæ magis, aliæ minus ægrotanti ſunt graues. Sunt ex iis & quæ rigorem ingerant: fit enim id quoque ſymptoma, veluti alia multa, ab inæquali intemperie. Rationem tamen generandi eius in propoſito libro tradere non eſt, priuſquam de naturalibus facultatibus demonſtratum fuerit, quot hæ, qualeſque ſint, tum quid agere quæque ſit nata. Verùm in libris de ſymptomatum cauſis, de omnibus agetur. Sed reuertor ad inæqualis intemperamenti differentias. Nam quemadmodum ex phlegmone febris naſcatur, tum quòd phlegmone omnis ac febris omnis præter hecticas, ex morbis ſint, quibus inæqualis ſit intemperies, dictum iam eſt. Porrò accendi febrem & citra phlegmonem ex ſolis humoribus putreſcentibus licet. Neque enim ea ſolùm, quæ inculcata ſunt, & perſpiratu prohibita putreſunt (verum celeriter ea, maximeque) cæterum putreſcunt & alia multa, quæ putredini ſunt opportuna. Dicetur verò de horum opportunitate alio loco. Iam alio quoque genere inæqualis oriri intemperies in toto corpore poteſt: modo fuligino ſo vapore detento: modò exercitationibus & pluſculis laboribus calore adaucto: modò ab ira, cùm ſanguis immoderatius feruet:

uet:modò ex deuſtione quauis externa,incaleſcit.

Commentũ nonũ.

¶ Quaſi aliquid inſigne & indubitatum in antecedentibus docuerit, vt memoriæ commendet, hic iterũ repetit,febrem ſcilicet hecticã non ſentiri à poſsidente illam.non proſpiciens Galenus,quod idem putridis (à ſe vocatis) accidere ſit neceſſe, quando vniformis calor in omnibus membris febrientium fuerit.neq; conſiderans neceſſum eſſe, quòd cùm à prandio, vel cœna calor hecticorũ creſcit, ab eiſdẽ ſentiatur, quia alteratio velox & inſignis, qualis eſt illa, à membris vim ſenſitricem habentibus neceſſariò percipienda ſit,vt in precedentibus ſcripſimus.

¶ Eſſe aliquos febriũ modos, quos rigores in inuaſionum initiis ſemper comitentur,adeò notum eſt, vt probatione nulla egeat. A quibus autem cauſis rigores oriantur: non eſt adeò facilè dictu,vt paucis ex primi poſsit verbis, ſed quòd de his in proſecutione ſymptomatum, quæ febres comitantur,fuſsè docturi ſumus,ideo ſuperſedẽdum ab hoc negotio nunc viſum. Galenus in præſens differt rem eandem, donec de facultatibus naturalibus agat. Neque immeritò, quòd hoc expultricis facultatis eximiũ ſymptoma eſt.

Galenus fatetur ſine prohibita trãſpiratione putredinem ob oriri poſſe, & eadẽ ſententia ipſe confutatur.

¶ Cùm iterum tractat de inæquali intemperie Galenus,quandam interſerit ſententiam, quam non frequentem in ſuis commentariis leges, citra conculcationem ſcilicet & prohibitam tranſpirationem putredinem poſſe oriri. Quam,ſi verã eſſe, vt eſt,credit. merito poterimus ab eo querere, cur quando conatur ipſe reddere cauſam caloris immodici contingentis in putridis febribus, ſemper recurrit ad fuligines putridas prohibitas exhalari. Quãdo enim obſtructio nulla fuiſſet,& fuliginibus liberus pateret exitus,vnde oriri calorem febrilem dicet,qui ſemper in has obſtructas fuligines recurrit? A cauſis exterioribus oriri febres, quas ephemeras vocãt,docuit hoc in loco Gale. Quod etiã primo de febriũ differentiis & aliis locis à nobis ſupra citatis ſcripſerat.Et quãuis hoc verũ ſit, nõ tamẽ febres illæ fiũt, vt ipſe putauit, ſed multò aliter,vt nos oſtendimus.

Cõtextus decimus.

¶Porrò quòd etiã in his omnibus febribus, nõ ſecus ꝗ in phlegmonis ſupra eſt dictum, tũ pro viribus effectricis cauſæ, tũ pro corporis ipſius affectu,alii magis febricitẽt, alii minus,alii haud quaquam,apertum eſſe arbitror.æquè verò & quòd intẽperies ipſa nonnunquam ſpirituoſam tantum inuadit ſubſtantiam, nonnunquam etiam ipſos ſuccos, clarum id quoque reor. Sed neque minus illud quòd omnibus huiuſmodi febribus ſi traxerint, hectica ſuperueniet. Iãq; ſermo noſter propemodum oſtendit inæqualem hãc intemperiem, aliquando ex calida frigidaùe ſubſtantia,quæ in particulam aliquam influat,accidere: veluti in his fiebat,quos phlegmone infeſtat: ſæpe non ita, ſed ipſa corporis temperie in qualitate mutata: tum quòd alterantium eam, quædã ortum habeãt ab ipſo corpore, quædam extrinſecus,vtique cùm ex putredine tantùm aliqua, vel phlegmone excitatur febris, ab ipſo corpore:cũ aduſtione,vel exercitatione extrinſecus. Dicetur autẽ & de his fuſius in morborum cauſis. Tanquam

quam autem ex deuſtione accenditur febris, alterato videlicet corporis temperamento. Itidem nonnulli ſæpe ex frigore refrigerati toto corpore vehementer ſunt. Aliqui verò etiam perierunt. Iam quòd ii omnes etiam doleant, ne id quidem latet, porro dolent & qui ex rigore ingenti vehementer perfrigerati, celeriter ſeſe excalfacere properarũt. Multiq; eorũ cùm ſubitò ac ſimul manus igni admouerunt, ingentem circa vnguium radicem ſentiũt dolorem. Et quiſquam cùm tam luculenter videat intemperiem inæqualem doloris eſſe cauſam, etiã de internis doloribus dubitet, aut miretur, quo pacto citra phlegmonem ſubinde, vel laxiore inteſtino, quod Colon Græci vocant, vel dentibus, vel alia quauis particula homines doleant. Nam neq; talium vllum mirabile eſt.

Commentnm. 10.

Propriis verbis Galenus confutatur.

¶ Si ſol, & motus, & ira ſolum calorem inducẽdo in ſpirituoſam hominum ſubſtantiam febres ephemeras concitarent, vt Galenus abſurdè docuit: cùm nullus ſit, qui exerceatur, aut iraſcatur, ſeu ſoli exponatur, qui non immodicè, ac adeò intensè vt febricitans caleat, nõ erat, cur in præſens diceret, quòd ſint aliqui homines, qui haud quaquàm à febribus corripiantur, & ſi iræ, & exercitio, & ſoli exponantur. Non enim vllius exercitati, aut irati, aut ſoli expoſiti ſpiritus eandem temperiem ſeruant, quam cum relatis homo non incumbit, ſed adeò immodicè quorũuis horum ſpiritus calẽt, vt ſi ille calor, abſentibus cauſis exterioribus, duraſſet, neceſſariò febrirent. Cùm ergo durare calorẽ immoderatum, abſentibus ira, & ſole, & exercitio, ac aliis procatarticis cauſis, non proueniat ex aptitudine aut ineptitudine ſpirituoſæ ſubſtãtiæ (nam cuiuſuis hominis ſpiritus calorem illum immodicum, vt indecentem reſpuunt) aliunde febres illas, & perſeuerantiam caloris in aliqbus hominibus, & non in aliis, ortum trahere, opinandum eſt. De quo in antecedentibus ſcripſimus, ideo ne ſæpius idẽ repetatur, ſileo.

¶ Sic loquitur de intemperie, quã inuadere nonnunquam ſpiritus, alias humores, & cùm diu perſeuerat membra, dicit, vt ſi intemperies foret, ſubſtantia vlla, quæ naturaliter, vel liberè mota in vtrumuis relatorum ferri valeret. Et quanq̃ in rigore impropria verba illa ſint, quòd tamen tolerari poſſunt, ideo ab eiſdem tranſeamus.

Non eſſe dũplicẽ intẽperiei differentiã, refertur.

¶ Intemperiem noſtrorum membrorum eſſe, ſecundum mẽtem Galeni duplicem, quandam, quam dicit oriri à materia eandem producente. Aliam, quam ſine materia nominat. Sunt tot loci præter hunc vbi à Galeno refertur, vt difficile eſſet, omnes in vnũ congerere. Sed in vniuerſum verã nõ eſſe relatã aſſertionẽ, & quòd ſit impoſſibile diſtẽperiẽ calidãcitra materiã inueniri, vt Galeno eſt opinatũ, in retro ſcriptis oſtẽdim9. Sufficiat ergo relatis verbis cauere lectori. Eſſe tantũ duplices cauſas, quæ intẽperiẽ producant, alteram internam, putà humores putreſcentes, aut inflammationes, de quibus Galenus hic mentionem agit: alteram externam, ſolem, aut frigus, & alia.

Cauſa cur vngues corũ q infrigidati ſunt, igni expoſitę dolẽt, vbi innirũ ratio increpãt.

¶ Ex frigore etiam externo & interno dolores fieri, ſatis clare euentus, quos Galenus recenſet, docent. Colicum enim dolorem ex ventoſitate, aut pituita gigni, & vniuerſum

corpus

corpus ex frigore rigentis aëris do-
lere,omnes ſcimus. Sed cur vnguiũ
radices doleant, cùm ſubitò manus
frigidas igni admouemus,pauci ſci
unt.Et quanquam nõ exigua de hoc
referantur tam à nonnullis commẽ
tatoribus huius libelli (expoſuit e-
nim hunc Arnaldus de Villa noua,
& nuper quidam Hieremias Thri-
uerius,& Leonartus Phuichius)q̃ à
multis aliis,quod verũ eſſe reor,pau
cis explicabo.Prius nõnihil prædo-
cẽdo,quorũ primũ ſit.quòd experia
mur homines ingẽtib9 rigorib9 ex-
poſitos,delicia affici, cùm quãlibet
particulã ex illis,quæ rigẽt (dum di
giti non ſint)igni admouẽt:& quòd
iidem cùm extrema digitorum,vbi
vngues ſitæ ſunt, igni approximãt,
quẽdam dolorẽ ſentiant, quaſi tũc
vngues à carne diuellerentur,etiam
quòd nulli alibi relatum dolorem
quàm in vnguibus percipiant.

¶ Item quòd vngues tũc maximè
doleant, cùm niue, aut aqua valde
frigida, vel borea flante fuere prius
refrigeratæ, & cùm poſt ab igne ca-
lent.ſecus ſi per linteorum,aut ſter-
corum calidorum admotionem fri
giditatem expellant.

¶ Ex quibus cauſa euentus manife
ſta euadit,dolorem, de quo eſt quæ-
ſitum,ideo fieri,quòd aliquæ partes
aquæ,aut niuis ſi ab iis prouenit re-
frigeratio,aut aëris,ſi tantùm à fri-
gido continnete riget homo, per i-
gnis celerem calefactionẽ in vapo-
rem eleuatæ, & propter vnguiũ den
ſitatem extra corpus exire prohibi
tæ, partes, quæ ſubter vngues ſunt,
diſtendunt,& dilaniant, ac ipſas vn
gues à carne cõiuncta ſegregare co-
nantur. vnde ille dolor confuſus re
ſultat,vbi non frigus, vt Galenus re
fert,ſed potius quædam confuſa di-
uulſio, percipitur. Non enim ſic do
lent, vt ſi duntaxat diuellerentur.
Quòd etiam frigus dolorem infe-
rat: neque ſic dolent,vt ſi tantùm ri
gerẽt, quòd refrigerationi diuulſio
adiungatur, ſed ſimul ex vnitatis ſo
lutione & diſtemperie frigida illa
triſtis paſſio ſuboritur.

¶ Credere enim per antiperiſta-
ſin retrahi frigus,illudq; dolorẽ in-
ferre,vanum eſt. Primò, quòd non
potius in extremitatibus digitorũ
igni admotis, quàm in cubito aut
humero, ſeu alia quauis corporis
parte dolor eſſet percipiendus,cùm
primùm partes illæ refrigeratæ ig-
ni admouerentur: ibi enim antipe-
riſtaſis euẽtura erat,vt in vnguibus.
Secundò,quòd non potius per ignis
admotionem dolor eſſet percipien
dus, quàm per lanarum calidarum,
aut linteorum calidorum approxi-
mationem. Tertiò, quòd non plus
poſtquàm à niue, aut aqua valde fri
gida refrigerantur manus, quàm a-
liter frigide verſæ dolorem percep
turi eramus, cùm vtrobiq; antiperi
ſtaſis ſubſecutura erat.Cuius oppo-
ſitum experimur. maximè quòd fri
gus retrahi impoſsibile eſt, ſi de fri-
gore accidente loquãtur, hoc enim
vt cætera accidentia,nõ mutat ſub-
iectum.Secus ſi corpus frigidum fri
gus vocẽt, nam ſic vera loquerẽtur.
& hoc habilius erat retrahi,& face-
re antiperiſtaſin in aliis partibus
corporis magis raris,quàm in parti
bus proximis vnguibus adeò denſis.
Solò ergo ibi dolor contingit;quia,
vt nos diximus, propter vnguium
denſitatem,& maiorem compactio
nem per frigus factam, illæ partes
prohibeant vapores velocius eleua-
tos ab igne,quàm à linteis, vel lana,
aut aliis rebus actu calidis expirare,
& extra corpus exire. Indeque,vt di
xi, ipſi dilacerant partes ſubter vn-

gues

gues ſitas,& dolorẽ inferũt.quæ exarata ſunt ſatis probãt varias eẽ huiꝰ loci cõmẽtatiões à neotericis ſictas.

Contextus.11.

¶Neq; quemadmodum ſimul rigeant,& febricitent, ægrotantium aliqui: quippe ſi pituitoſus ſuccus qui frigidus eſt, quemq; Praxagoras vitreũ appellat,& amara bilis, quæ calida eſt,ſimul abundãt, ac per ſenſibilia membra moueãtur,nihil miri eſt, vtrunq; à cubante pari modo ſentiri. Neq; enim ſi hominem ſub ſole feruido ſtatuas, & aquã illi frigidam infundas,fieri poteſt, vt non ſimul & à ſole calorem, & ab aqua frigus ſentiat, verùm hoc caſu ambo extrinſecus ſunt,neq; paruis portionibus incidunt. In febribus vero quas epialas vocant,tum ab interno tum exiguis portionibus eoq; vniuerſum corpus ambo ſentire videtur. Cùm enim tenuiſsimis portiũculis aſperſum per corpus tum calidum ſit,tum frigidum,nullam ſenſilem alterius portiũculam ita paruam deſumas, in qua non alterum ſit comprehenſum. In ipſa tamen acceſsionis inuaſione, aliqui febricitantium tum rigent,tum verò febricitant, tum ambo ſentiunt, frigus immodicum & calorem vnà:verùm non eodem loco; quippe cùm poſsint, quæ excalfactæ ſunt partes manifeſte à refrigeratis diſcernere. Nam intus, & in ipſis viſceribus calorem ſentiunt: in extremis partibus vniuerſis,frigus. Tales perpetuæ febres ſunt, & quæ Græcè lipyriæ vocantur: præterea quoddam ardẽtium febrium pernicioſum genus. Quòd igitur in his maioribus portionibus accidit,hoc Epialis contingit minutis. Inæqualis nanque eſt & harum febrium intemperies: ſed neque minus reliquarum omnium,exceptis tamen hecticis.

Commentnm.11.

Dixerat Galenus in fine præteriti contextus,quòd nõ eſſet mirabile à cauſis frigidis internis dolores fieri:hic refert, quòd neque etiam eſt, cur miremur,quòd aliqui ægrotantes ſimul rigeant,& febricitẽt.Nam ſi vitreum phlegma,quod frigidum eſt,& amara bilis, quæ calida etiam eſt, ſimul in eodem corpore redundauerint,inquit, quod non inconueniet à partibus vim ſenſitricem habentibus, quibus relati humores incubuerint,ſimul ſentiri. Vt ſi homo ſub ſole feruido ſtatuatur, & frigida aqua infundatur, ſimul calorẽ & frigus percipiet. Intereſt tamen, vt inquit Galenus, quòd cùm à ſole & aqua, quæ extrinſecæ cauſæ ſunt, frigus & calor ſentiuntur,nõ in paruis portionibus vtraq; cõtraria percipiuntur, vt in febribus epialis, in quibus in exiguis diuerſis febrientium intrinſecis particulis,quandoq; calor, quandoq; frigus infeſtat. Et in principio inuaſionis quarundam febrium. Frigus enim & calor ſenſatus in febribus vocatis lipyriis à Græcis, nõ vt in Epialis in exiguis portionibus, & quæ ſenſu diſcerni nõ valeant,ſentiri refert.quin quòd in internis partibus calor, & in externis frigus moleſtat. Hæc ſunt, quæ in contextu ducto Galenus retulit, quæ non exiguam expoſitoribus difficultatem pepererũt, quam explicare auſpicor.

¶Quæſierunt enim nõnulli, vtrũ ſcilicet ſimul cõtrariæ q̃litates ſintiri ab eadẽ facultate tactrice poſſint. Alii vt indubitatũ euẽtũ hunc admittentes, modũ per quẽ fieri cõtingat,explicare conati ſunt. Qui- Vtrum cõtrarie qualitates primæ ſimul induci poſſint.& ab eadẽ parte ſentiri exponitur.

dam

dam quandoq; rem vt poſsibilẽ ſtatuentes aliâs vt impoſsibilem confuſa indiſtinctaq; decreuerunt. Nos autem vtrum poſsibile ſit ſimul caleſieri & infrigidari aliquam partẽ noſtri corporis, prius exprimemus. Ac pòſt, ſi euentus impoſsibilis ſit, qualiter verum ſit, quod multi referunt, ſe ſimul caleſieri & infrigidari ſentire, exponemus.

¶ Quippe non quærimus, vtrum ſit poſsibile aliquam noſtram particulam quantũuis exiguam caleſieri, & aliam ſibi proximam infrigidari, aut aliis duabus qualitatibus contrariis affici, nam hoc tam experimentum quàm ratio verũ eſſe teſtantur. Quis enim non videt, inconuenire nihil, quòd vlla ſiue magna ſeu parua noſtri corporis pars abintrinſeca ſeu extrinſeca cauſa caleat. & alia æqua aut maior vel minor ſibi proxima frigeat, experiẽtibus ſæpe nobis, niuem aquæ feruẽti ſimul miſceri, vbi partes niuis ſubitò calorẽ aquæ ſuſcipere nõ poſſunt, neq; aqua feruẽs niuis frigiditatem. quòd omnis actio inter cõtraria cũ mora fiat. Quod ergo examinare curamus, tantùm eſt. An poſsit vna eadẽque pars adæquatè ſecundùm ſe totam ſimul caleſieri & infrigidari. Et quòd relatum dubiũ tangit quádam inter phyſicos tritam quæſtionem, vtrum ſcilicet qualitates contrariæ ſimul ſe compati valeant, neceſſariò id diſcutere breuioribus q̃ poſsim verbis compellor. Quanquã negotium hoc plus aliũ expetebat locum, quàm præſentem, verùm illic fuſiſsimè, hic breuiſsimè explicabitur. Fuerunt complures, qui nullo modo poſſe compati contraria in eodem ſubiecto ſunt teſtati, inter quos Gregorius Ariminenſis. 17. diſ. primi. quæſtione. 3. recẽſetur. Et quanuis triplex genus contrarietatis ſit, altera, nempe contrarietas inter terminos motus à quo, & ad quẽ verſatur: alia, inter propoſitiones contrarias, aut ſubcontrarias, ſiue contradictorias: alia, inter qualitates, quæ mutuò inter ſe agunt, altera alteram corrũpendo. Nos hic tantùm examinabimus, An qualitates primæ contrariæ poſsint ſimul in eodẽ ſubiecto eſſe, an neceſſe ſit, quicquid frigiditatis eſt in aliquo ſubiecto, prius corrumpi, q̃ vllus caloris gradus inducatur, aut ecõtra. & ſic etiã de humiditate & ſiccitate. Reliquorum contrariorum examen in aliud, vt dixi, tempus differendo.

¶ Gregorius credidit, vt audiſtis, nequaquam poſſe frigiditatem & calorem ſimul eidem ſubiecto adæquatè ineſſe, compulſus aliquibus ratiõibus, ex quibus potiſsimæ ſunt definitio contrariorum ex Ariſtotelis predicamentis & ex. 5. methaphyſicorum. tex. C. 15. ellicita. Ea enim dicuntur, quæ ſub eodem genere poſita, maximè à ſe inuicem diſtant, eidem ſuſceptibili viciſsim inſunt, à quo mutuò ſe expellunt, niſi alterum illorũ inſit à natura. Etiã ratio hæc, quòd ſi contraria ſe compaterentur in aliquibus gradibus, eadem ratione & in omnibus, indeq; ſequeretur, quòd eſſet poſsibile, aliquid eſſe ſimul ſummè calidum, & ſummè frigidum, quod naturaliter implicat. Ratio hæc facillime colligi poteſt. Nam data aqua ſummê frigida, ſi contraria in quibuſuis gradibus ſe compaterentur, poſſet etiam ſummus calor ibi induci. Et per eandem rationem ſumma & quæuis ſiccitas etiã poſset, in aqua relata gini. vnde quoque ignis ibi producendus eſſet, quòd diſpoſitio-

nes

nes requiſitæ ad ſuum eſſe, fuiſſent productæ, & inde verũ foret, quod intulimus, eſſe illud ſummè calidũ, ac ſummè frigidum. Maximèque eum impulit. 3. ratio, quæ ſequitur, maiorem eſſe contrarietatem terminorum, quàm motuum antecedentium terminos, & cum calefieri & infrigidari ſimul, ſit impoſsibile, neceſſarium iudicauit, eſſe quoq; impoſsibile, calorem & frigiditatẽ, qui ſunt termini calefactionis & infrigidationis, ſimul eidem ſubiecto ineſſe.

Alia etiã fuit deceptus ratione quã cũ ſoluero prę dictas referã

¶Sed hic ſatis acris ingenii vir hallucinatus eſt, tam opinando, quod retulimus, quàm decretum ſuũ nullius valoris rationibus fulciendo. Et vt vera me dicere noſcatis, placitum noſtrum vobis proponere ordior, quo, & eiuſdem fundamentis perlectis, nobiſcum deinceps opinemini. Placitũ id eſt. Qualitates primæ contrariæ cùm ſummum gradum non attingunt, alterum cõtrarium tanti gradus, quantus deeſt, vt ſumma propria intẽſio impleatur. ſecum neceſſario admittũt. Si enim exempli gratia, ſummus calor ex octo gradibus conſtiterit, impoſsibile eſt, cum ſummus non fuerit, ſed quatuor tantùm graduũ, quattuor frigiditatis in eodẽ ſubiecto ſimul non eſſe. Et ſi calor ſex graduũ fuiſſet, duos frigiditatis comites habuiſſet: & ſi ſeptem, vnum tantùm frigiditatis habebit. Vt ſi vnicus caloris gradus foret, ſeptẽ frigiditatis gradibus comittarerur. Eundem ſeruare ordinem reliquas duas qualitates, humiditatem & ſiccitatem ſcilicet, etiam teſtamur, nam par ratio vtrobique eſt. Neque nos ſumus primi, qui relatũ decretum docuerimus. Buridanus enim, & Marſilius, ac Iacobus Forliuiẽſis, & multi alii idem prius docuerunt.

Prima ratio qua ꝓbatur cõtrarias qualitates ſimul in eodẽ ſubiecto eſſe.

¶Hoc verum eſſe, & ſi quampluri mis demonſtratiuis rationibus probare poſſem, nõ tamen eas adducã, quòd medicinam tractemus, ſed tãtum illas, quæ experimentis (quibus medicus maximã exhibet fidẽ) innitũtur. Anteriorq; ſit. Si verũ eſſet, quòd nequaquã caliditas induci poſſet in vllũ ſubiectũ, niſi frigiditas, omnis prius ex eodẽ fuerit expulſas aut frigiditas niſi caliditas omnis ſit abiecta, ſequeretur, quòd cũ expulſa frigiditate ab aëre, ipſe ab intrinſeco ſeu extrinſeco incepiſſet calefieri, neceſſariò ſubitò in proprium deueniſſet calorem. Et cùm aqua calida abieciſſet calorem, ſubitò corrupto aquæ calore, eſſet ſummè frigida reddenda, quorum neutrum experimur. Conſequẽtia probatur. Omnis actio, quæ fit in ſubiectum non reſiſtens, ſubitò fit: ſed inductio caloris in aërem nullam frigiditatem habentem fit in ſubiectum nõ reſiſtens, ergo ſubitò fiet. Conſequẽtia eſt nota. Et antecedentis quoq; maior. Nam lux & ſpecies obiectorum, quæ nullum contrarium habent, & vniuerſa alia huiuſmodi ſubitò in medium inducũtur. Minor etiam notiſsima eſt. Nam ſi in aëre nulla fuerit frigiditas, cùm ipſi calor naturalis ſit, non erit vnde reſiſtentia proueniat. bene ergo illatũ eſt conſequens illud, quod falſum eſt, & antecedens, ex quo ſequitur.

Scoti euaſio nulli⁹ eſſe valoris oſtenditur.

¶Euadi enim non poteſt ratio hæc, vt Scotus ſoluit Ariſtotelis rationem quarti phyſicorũ, qua probabat, quòd ſi vacuum daretur, ſubitò grauia & leuia per eum mouerẽtur. fingendo eſſe reſiſtentiam intrinſecam mobilium. Nam ſiue ipſa ſit in mobilibus, quæ motu locali mouentur, ſeu non, quòd in

motu

motu locali neceſſario accidat ſucceſio, ne ſimul eadem res corporea ſit in pluribus locis, nos fatemur. in motu tamen alterationis, de quo agimus: nullam intrinſecam reſiſtentia eſſe, notiſsimum eſt: cum quicquid alterat paſſum non reſiſtens, ſubito inducat ſuam actionem in illum. vt euentus duo recenſiti luminoſorum & obiectorum viſibilium producentium ſpecies probant, ac qualitates occultæ magnetis, & ſuccini, ac nonnullarum aliarum rerũ oſtendunt. ſimul enim vt præſentatur magneti, ferrum, fertur illud in magnetem, ſubitò inducta qualitate occulta, à magnete in ferrum.

2. Ratio. ¶Item ſi verũ eſſet, quòd in aqua quæ cùm calida prius erat, incipit frigiditas induci, nullus caliditatis gradus reſtaret, non eſſet, cur magna aquæ calidæ copia reducens ſe in frigiditatem, tardius infrigidaretur, quàm exigua aquæ portio: quæ etiam tunc primùm, amiſso calore, incepiſſet frigeſieri. Illationis bonitas notiſsima eſt. Nam ſi neutra illarum aquarum haberet, quid prohibuiſſet ſuam infrigidationẽ. ſi in continente frigido vtraque eſſent ſitæ, ambæ in eodem tempore in natiuã frigiditatẽ eſſent reſtituẽdæ: ſed euẽtꝰ falſum hoc eſſe docẽt. Citius enim exigua aquæ portio, amiſſo calore, in ſummã frigiditatẽ deuẽit, quàm magna per relatã normã frigeſcẽs: ergo opinio Gregorii, ex quo id ſequitur, falſa erit.

¶Vlterius, experimur ſæpe, cûm valde calidi ſumus, ſi rem noſtro tẽperamento calidiorem, verum nobis tunc minus calidam, tangimus, per talem rem infrigidari. Sed hoc nullo modo fieri poſſet, niſi frigiditas in re remiſsius calida, quâm nos, ac etiam in nobis, ſecum calorem compaterentur. ergo relatæ duæ qualitates contrariæ ſimul in eodem adæquato ſubiecto eſſe poterunt, quod probare nitimur. Maiorem veram, eſſe omnes ſciunt, qui manum intromittentes in aquam calidam, ac poſt in calidiorem, iterum manum in priorem ac minus calidam intromittunt. Ac qui ingredientes triclinium calidum, ibique calefacti, in calidius ſe recipiunt, iterumque ad primum triclinium redeunt. Et qui de domo interiore balnei in anteriorem redeunt. Omnes enim iſti eandem aquam & aërem triclinii, quæ prius calida ſentiunt, poſt calidiores facti, frigida diiudicant. Minoris veritas per hoc patet, Quia cuiuſuis ſenſationis futurum eſt aliquod obiectum mouens facultatem ſenſitricem: aliâs ſi ſine motore poſſet facultas percipere, non eſſet, cur potius vno tempore quàm alio ſentiremus. Ergo ſi rem calidam tangendo, frigiditatem percipimus, cùm calidiores re calida facti ſumꝰ, neceſſariò caliditas illa remiſsior q̃ noſtra, frigiditatem coniunctã nos immutantem habebat.

¶Fingi enim non poteſt, quòd remiſſa caliditas, nullam ſecum frigiditatem coniunctam habens, intenſiorem corrumpat, indeque frigiditatis ſenſus oriatur, quòd duo impoſsibilia inde ſequãtur. Alterum, quòd caliditas caliditatem corrumpat. Aliud, quòd caliditas ipſa frigiditatis ſenſationem inferat. Res profectò in totum ſimilis delirio huic. albedo obiecta oculis, nigredinis viſionem effecit. Fortè primum illud illatum non inconuenire aliquis putabit, quòd remiſſum collatum intenſo, vim contrarii habet. Sed qui ſic opinaretur, ideo — Quædã in n:s euaſio i probatur.

 hallu-

hallucinabitur, quòd non intelligat, ideo remiſſas primas qualitates collatas intenſioribus vim contrarii habere, quòd ſecum coniunctas contrarias ſibi habeant, à quibus prouenit corruptio intenſioris, & non à remiſsiori. Et quòd qualitates ſecundæ remiſſæ, vt rubedo, vel fuſcedo dicantur contrariæ reſpectu albedinis aut ingredinis extremarum, non quòd ſe corrumpant, ſed quòd diuerſo modo quàm extremæ facultatem viſoriam immutent. Si enim caliditas remiſſa intenſam corrumpere poſſet, definitio contrariorum de illis verificaretur, nam ſub eodem genere remiſſum & intenſum conſtituuntur & eidem ſuſceptibili viciſsim inſunt. &c. Quæ in definitione contrariorum citata ex Ariſtotele diximus, illis competerent: & difinitione illis conueniente, neceſſariò definitum competere debebat. Vnde impoſsibile illud ſequeretur, quòd caliditas vnius gradus, eſſet cõtraria caliditati duorũ, aut triũ, & ſic frigiditas frigiditati. Et vlterius quòd non poſſet caliditas vnius grad9 à caliditate duorũ intendi, quòd contraria valeant ſe corrumpere, & minimè intenſiora ſe reddere.

3. Ratio. ¶Item præcipuũ propoſitũ de cõpactibilitate contrariorum roboratur cùm calidum agit in frigidum, & à frigido repatitur, calidũ, quod agit, remiſsius redditur, q̃ idem erat cùm primũ calefacere frigidum inceperat. Sed illa caloris remiſsio fieri non potuit, niſi à frigiditate reagente, ac nonnullum caloris gradũ corrumpente, & in eius locum frigiditatem producente: ergo ſimul, ac in eodem ſubiecto caliditas & frigiditas ſtare poterunt, quod probare cupimus. Hoc argumentum, ac quamplura alia huius farinæ, potius ad opus phyſicum ſpectant, quàm ad præſens medicum: ideoq; illud minimè adduxiſſẽ, niſi quòd alii hanc rationem aliter colligãt, quoddamque impoſsibile, vt verũ inferant, quod examinare neceſſariò in præſenti loco cogor. Inquiunt enim illi, quòd cùm calidum repatitur à frigido, quicquid inter calidũ & frigidum intercipitur, ſimul calefaciendum & infrigidandum ſit: nam ſi per medium illud tranſit actio calefacientis, ac reactio infrigidantis, cenſebant illi medium neceſſariò ſimul calefaciendum, & infrigidandum: quo conuincere aduerſos, negantes compatibilitatem contrariarum qualitatum putabant. Sed quanquam verum probare nitebantur, indecenti medio vſi ſunt, ac impoſsibile, vt dixi, indoctè inferebãt, aliq̃d ſcilicet ſimul calefieri, & infrigidari, quod naturaliter fieri non poſse, probare exordior, prius mẽtem horum philoſophorũ, & aliorum exponendo.

¶Vltra phyſicos recenſitos multi medici opinati ſunt, incõuenire nihil, qualitates contrarias ſimul in eodem ſubiecto poſſe introduci, inter quos Gentilis de fulgineo. de maioritate morbi, & ſuper prima primi Auicenæ, & in aliis locis credidit, poſſe duos tantùm caloris gradus cum duobus præciſſe frigiditatis induci: & tres cum tribus, & ſummũ calorẽ cũ ſumma frigiditate, ac ſingulos calores cum ſingulis frigiditatis. indeq; incõuenire non putauit, quòd aliquis humor ſimul putreat, & cõcoquatur: quanquã putrefactionẽ cõtrariã concoctioni eſſe affirmet Galenus noſter, etſi in præſenti loco ipſe nunquam explicuerit in eadem numero corporis parte ſimul

te ſimul calorem & frigiditatem gigni, ſed tantum quòd ſenſu decerni non poſsint partes calidæ à frigidis in febribus epialis, libro tamen ſecundo.de febrium differentiis capite ſexto. refert. ※ Ex hoc igitur genere eſt & febris ea, quæ propriè vocatur Epiala, quando ſimul febricitant, & rigent, atque eodem tempore in toto corpore vtrumq; ſentiunt affectum. ※ Cuius ſententiæ verba vltima, putà, quòd in toto corpore vterque ſentiatur affectus, videntur teſtari, quòd Galenus opinatus ſit, ſimul caliditatem & frigiditatē in toto corpore potuiſſe induci. Sed quòd in præſenti libello de inæquali intemperie non retulerit eſſe eaſdem numero partes, quæ calent, & frigent, ſed adeò coniunctas, vt ſenſu decerni non poſſint, etiam quòd verum in aliquo ſenſu ſit, cùm aliquæ partes frigent, totum ſcilicet cathegorematicum frigere, & cùm aliæ partes calent, totum etiam cathegorematicum calere, vt dicere in hoc cathegorematico ſenſu ſolemus, percuſſiſſe nos totum parietem lapide, cum tantū eiuſdem partem ferimus. Ideo ex relatis locis, neque vllis aliis, quos legiſſe meminerim, elici, ſecundùm meam ſententiam, poteſt, Galeno viſum, ſimul aliquid per ſe totum, & per quamlibet ſui partem, quod ſyncathegorematicum totum nominatur, calefieri, & infrigidari potuiſſe. Sed miſsis authoribus: ad veritatem rei promiſſæ examinandā accingamur.

Quod impoſsibile ſit aliquid ſimul calfieri & infrigidari.

¶ Pollicitus quippe fui me oſtenſurū impoſsibile eſſe, aliquid ſimul calefieri, & infrigidari, idq; exequar Necnon, quòd nullo alio modo qualitates cōtrariæ ſimul eſſe valeāt, q̄ ſumma latitudine ex vtriſque impletis. Quibus dilucidatis, planiſsimum euadet, an ſimul ab aliqua vna & ſingulari noſtra particula calor & frigiditas ſentiri valeant, an non.

¶ Supponatur ergo primò, vt cū minori negotio veritas percipiatur, nullum ex entibus corporeis ſub orbe lunari ſitis inueniri, quod calidum, frigidum, humidum, aut ſiccū non ſit, coniuncta ſemper in illis caliditate, & frigiditate, humiditati, aut ſiccitati. Hoc ſuppoſitum verum, eſſe inductio probat. Si enim ordiamur ab elementis, nonnulla calida & humida, alia calida & ſicca, quædam frigida & humida, reliqua frigida & ſicca eſſe inueniemus. Si per miſta procedamus, nullus vllum miſtum tetigit, quòd relatis coniunctionibus qualitatum primarum non inueniat affectum. 1. Suppoſi

¶ Secundò ſuppono, neminem vnquam vidiſſe aliquid admoueri rei ſe calidiori, quod calidius de per ſe non reddatur, aut cùm immodicū calorem inductum à re ſe calidiore tolerare non poteſt, quòd non corrumpatur, & eſſe deſinat per immodicum calorem, ſibi diſconuenientem introductum. nihilq; approximari rei ſe frigidiori, quin frigiditatē maiorē acquirat, aut pereat, Idēq; rebus humidis & ſiccis cōtingere. 2. Suppoſi

¶ Quibus habitis, rationē ſic colligo, Quicquid calidū, aut frigidū, humidū, aut ſiccū eſt, per admotionē contrarii minus tale redditur: ſed omnia entia corporea ſub orbe lunari ſita, talia ſunt, ergo omnia entia corporea, per inductionē contrarii minus talia erūt. vlteriuſq; nulla entia ſimul calefieri, & infrigidari, humectari, & exiccari poterūt, quod erat primū probādū. Maioris veritas Prima ra

 ex ſe

ex ſecũda ſuppoſitione, minoris ex prima, & bonitas conſequentiæ ex primo modo primæ figuræ patent. Vlterius. Quod calidum eſt, per frigidi approximationem minus calidum redditur: ergo vel inducta frigiditate in ſubiecto calido, aut tantùm caliditate corrupta. nõ ex hoc ſolum, quòd ſit corrupta caliditas, cùm antecedentes rationes ſufficiẽter probauerint, qualitates contrarias neceſſariò cõpati in eodem ſubiecto: ergo inducta frigiditate remitetur, & cùm euentus probent ſucceſsiuè & partibiliter tam calorem quàm frigiditatem gigni, & corrũpi, ſequitur ergo, quòd ſi ſubiectum calidum foret octo caloris gradib9, & infrigidaretur per vnius gradus frigiditatis introductionem, quòd tantùm alter caloris gradus ſit corrumpendus: & ſi per duorum graduum frigiditatis introductionem, quòd tãtùm duo caloris gradus ſint corrumpendi, & ſi conſequenter. Quo ſecundum, quod probare promiſi, verum ſupereſt.

2. Ratio. ¶ Item ſi relatus ordo non ſeruaretur in corruptione qualitatum primarum, & contrariarũ generatione, ſed eſſet poſsibile, quoſcunq; caloris gradus cum quibuſcunque frigiditatis cõiungi, impoſsibile foret, entia ſub lunari orbe ſita, eſſe corruptibilia. Conſequentia probatur, ſuppoſito quodam notiſsimo principio, quòd miſtorum formæ non deſinant informare elementa deſeruientia illis pro materia: niſi quia diſpoſitiones, quibus formæ miſtorum aſſeruabantur, ſint corruptæ, neque elementa ipſa eſſe deſinant, niſi quòd qualitates ſibi conuenientes abiiciãtur. Ergo ſi ignis ſummè calidus exiſtens per aquæ infrigidationem non amiſiſſet vllum caloris gradum: ſed ſumma caliditas, & frigiditas etiam ſumma in eo eſſe poſſent, vt fateri coguntur, qui in quibuſuis gradibus contraria poſſe ſimul eſſe, teſtantur, non eſſet, cur ignis corrumperetur per infrigidationem factam ab aqua: cùm calorem, quem ignis cupiebat adeſſe, haberet. Eadem ratione neq; aqua corrũpenda foret, & ſi ſummè calida fieret, quòd ſummè frigida manſura erat. Similiter aër & terra per actionem aliorum elementorum, non eſſent peritura. Et neq; miſta habuiſſent cauſam corruptionis & interitus, vt dixi, cùm nullæ ex ſuis primis qualitatibus, quibus nata eſſent ipſa conſeruari, valerent, per contrariarum introductionẽ corrumpi, indeque ſecundæ & tertiæ qualitates eorundem reſultantes ex his primis etiam erant permanſuræ. vnde & miſta ipſa æterna futura forent, quorum oppoſitum experimur.

¶ Item fingatur aliquod ens calidum tribus caloris gradibus, & frigidũ totidem: ſuppoſito: quod ſumma caloris latitudo ſit octo graduũ & frigiditatis ſummum totidem & quæro ab aduerſis, an calidum octo graduũ agẽs in hui9modi ens, illud corrupiſſet? Et probatur neceſſariò quòd non. Nam ſi inductis quinque caloris gradibus ſupra præexiſtentes, tres frigiditatis non forent abiiciendi: ex confeſsis ab aduerſo, qualitates ſcilicet contrarias in quibuſuis gradibus compati, nulla ratio dari poſſet corruptionis illius entis, quòd ipſum, inducto ſummo calore, non amiſiſſet gradus qualitatum primarum, quibus conſeruabatur. Sed conſequens illud eſt falſum, vt experimenta docent. Summo enim calore cum moderata ſiccitate inductis in quauis 3. Ratio.

re,

re, ignis gignitur, & antecedens ens corrũpitur. Ergo antecedẽs, ex quo illud ſeqtur falſũ erit. Eadẽ norma inter arguendũ ſeruata, colligi poſſet, quòd cùm aqua ſummè frigida in ignẽ verteretur: trãſeundo per omens adiũctiones primarũ qualitatũ poſsibiles inter calidũ & frigidũ, humidũ & ſiccũ, poſſet vniuerſis miſtorũ formis ſubiici, & ſic ex ſola ea vniuerſa miſta fieri. Quòd nõ ita eſſe, aqua ipſa ex frigida verſa adeò calida, vt adurat, probat.

Soluũtur rationes quib9 inixi ſũt. qui cõtrarias qualitates eiſdẽ ſubiecto ineſſe ſimul putauere eſſe impoſsibile.

¶ Satis hæc in præſens ſint ad probandum verum eſſe noſtrum decretũ: accingamur ergo diſſoluere Gregorii & ſuorum ſequatiũ rationes, quibus decepti, opinati ſunt, contrarias qualitates ſimul eidẽ ſubiecto ineſſe, non poſſe. vt poſt doceamus, qualiter in actione & reactione nõ contingat, aliquid ſimul calefieri & infrigidari, & argumentum Suiſſet calculatoris ſoluatur.

Solutio primę rationis.

¶ Prima ratio, quæ innititur definitioni illi ellicitæ ex poſt prædicamentis cõuenienti poſitiuè oppoſitis, facillimè diſſoluitur. quia Ariſtoteles nequaquã voluit ibi, quòd poſitiuè cõtraria ſic ſe mutuò abiiciant, vt neceſſe ſit, quicquid vnius cõtrarii eſt in aliquo ſubiecto, abiiciendum prius ſit, quàm alterius aliquid inducatur: ſed tãtùm, quòd impoſsibile ſit, denominationẽ vnius cõtrarii manere in aliquo ſubiecto, alterius contrarii denominatione in eodẽ manente. Quod verum, & à nobis cõceſſum eſt. Impoſsibile quidẽ exiſtimamus, aliquid frigidũ nominatum, quia plures frigiditatis q̃ caloris gradus habeat, etiã calidũ dici, quòd implicet. ſi enim calidũ vocaretur, plures caloris, quàm frigiditatis gradus habuiſſet. & ſi frigidũ ecõtra. & habere plures caloris gradus, quàm frigiditatis, & pauciores, eſt implicatio. Ergo verũ diximus, impoſsibile eſſe ambas denominationes manere. Quippe hoc definitio contrariorũ exprimebat per verba illa, à quo mutuò ſe expellũt. Idẽ quoq; expreſsius Ariſtot. dixit in citato capite de oppoſitis, vbi retulit, quòd calidum & frigidum non ſe habent, vt par & impar, vel vt ſanũ & ægrum, quibus nullũ eſt mediũ. Omnia enim aut paria aut imparia. & viuentium corpora, ſana aut ægra, neceſſe eſt vocari. Non tamen omnia nata calida aut frigida eſſe, talia dicentur. ſed nonnulla neq; calida, neque frigida. quod nullis aliis ſubiectis contrariorũ conuenire poteſt, quàm iis, qui tantũ gradũ caloris quantum frigiditatis poſsident.

¶ Exiſtimare enim Ariſtotelẽ voluiſſe aliquid non calidum neq; frigidum dici, non quòd tantum caloris quantum frigiditatis habeat, vt nos explicuimus, ſed quòd tranſeũdo de calore in frigiditatem, detur inſtãs aliquod; in quo ſubiectũ neq; calidũ neq; frigidũ nominet, quòd fingamus, quòd in eo inſtãte omnis frigiditas tũc ſit abiecta. & ſit primũ inſtãs nõ eſſe eiuſdẽ, & caliditas incipiat, per vltimũ nõ eſſe, induci, quia tũc nõ ſit producta, ſed mox ſit producẽda. deliriũ talis exiſtimatio foret: quòd eadem ratione medium inter ſanum & ægrũ inueniri poſſet. Nam cùm quis de ægritudine ad ſanitatem peruenit, aut econtra de ſanitate ad ægritudinem, aliquod inſtans intelligi valet, in quo neque ſanum neque ægrum corpus illud dicetur, vt de calido & frigido. Ac vt illud inſtans inter calorem & frigiditatem medium nominabat, qui nobis aduerſabatur, ſic hoc inter ſanitatem & morbum medium voca

turus erat. Cuius oppoſitum Ariſtoteles, vt audiſtis, dixit. atteſtans neque inter par & impar, neque inter ſanum & ægrum medium inueniri. Quæ Ariſtotelis decreta ſic noſtris placitis conformia ſunt, vt & Gregorii Ariminenſis opinioni in totum aduerſa.

Solutio ſecũdæ rationis.

¶ Secunda ratio ſoluta in antedictis eſt. Non enim etſi ſimul contraria eſſe valeant, indiſtinctè, & in quibuſuis gradibus coniungi poſſunt, ſed ex vtroque ſummam latitudinem implendam eſſe, probatum ſupereſt.

Solutio tertię rationis.

¶ Tertia ratio, quæ maioris vigoris eſſe videtur, quàm antecedentes, vt prima ſoluitur. Tanta enim eſt contrarietas inter terminos, vt inter motus. Vt enim fieri non poteſt, quòd aliquid ſimul calefiat, & infrigideaur: ſic impoſsible quoque eſt, quòd aliquid ſimul calidum & frigidum denominetur. Neque ex hoc ſequitur, quòd calorem & frigiditatem ſimul idem ſubiectum habere non poſsit. Aberrat enim Gregorius, & ſui æmuli, opinantes quicquid calorem habet, calidum dicendum: & quicquid frigiditatem, frigidum: non animaduertentes, quòd aliunde calida & frigida dicantur, putà quòd plus caloris, quàm frigoris, aut plus frigoris quàm caloris habeant. Quam ſolutionem & præteritas ſi Gregorius animaduertiſſet, vidiſſet, quàm futiles ſunt omnes ſuæ argumentationes: quibus nõ paucũ papyrũ abſumpſit. Et quòd omnes innitãtur cuidam falſo fundamento, putà, quòd nihil interſit, cum tot caloris gradibus tãtam frigiditatem coniungi, quàm cum pluribus, aut paucioribus: ideo rationẽ cur ita à natura ſit inſtitutũ, & quid inconueniat, proponere auſpicor,

¶ Illa eſt, Impoſsibile eſſe cum calore illo, quem Gregorius.a.quinq; graduum nominat, maiorem neq; minorem frigiditatem, quàm illa quæ. b. trium graduũ ab eodem vocatur, coniungi. Quia, vt dixi, & probaui, ex ambobus contrariis ſumma latitudo vtrorunque tantum ſit implenda. Neque immeritò in primis qualitatib9 id eſt cõmẽtata efficere natura, quin ab acerrimo ingenio eiuſdẽ præ oculis habẽte conſeruationẽ rerũ relatus ordo inſtitutus eſt. Si enim ſine contrario qualitates primas in ſubiectis eſſe permiſiſſet, entia innumera ſubitò eſſe deſiiſſent. Omnia enim miſta & elementa, quæ qualitatem primam in ſummo non admitterent, vt caliditatem aër, aut humiditatẽ aqua, ſubitò eſſent corrumpenda. Nam ſi eſſet caliditas, aut frigiditas, humiditas, aut ſiccitas citra ſummum, ſine oppoſitis ſibi, in aliquo ſubiecto miſto, aut elemento ſimplici, vt altera relatarum qualitatum primarum perpetuo eſt in omnibus miſtis & ſimplicibus: & ſumma qualitas prima illius ſpeciei admoueretur ſimplici illi, aut miſto. neceſſariò qualitas prima illud ſubitò corrupiſſet per inductionẽ ſummæ qualitatis, ſibi diſcõueniẽtis. et quòd ſubito ſũma qualitas induceretur, patet, quia nõ eſſet cõtraria qualitas in ſubiecto remiſſo, quæ reſiſteret inductioni ſummæ, indeq; agẽs ſumma qualitate affectũ, aproximatum paſſo remiſſam poſcẽte ad ſui conſeruationẽ, ſtatim vt paſsũ intra ſpherã ſuæ actiuitatis habuiſſet: illud corrupiſſet, vt dixi. Sed hoc naturã prudẽter gubernantẽ minimè decebat, quòd nihil prædiceret interitum & finẽ rerum, quo ſcito, innumera incommoda vitantur. Scimus enim nunc

ligna

ligna proxima eſſe cõuerti in ignẽ. quòd non ſtatim, vt ignis eiſdem admouetur, ſumma caliditas in ea inducatur, ſed ſenſim paulatimq;. vt enim ſucceſsiuè expellitur frigiditas & humiditas, ſic inducitur caliditas & ſiccitas, huius inductionis fumo, qui è lignis eleuatur, teſte exiſtente. Cõſtat etiam nobis, bruta incommodum aliquod pati (quòd eiulatus, & triſtes voces edant naturaliter vitaliter, citra vllã ſenſationẽ. vt ligna fumum) cùm diſconueniẽs qualitas prima in eadem producitur. Quibus ſignis homines excitantur, & ſolliciti fiunt, vt opem ferãt domui, quæ flagrare eſt parata, aut beſtiis, quæ interire ſunt proximæ. Homines quoque non aliter alios morti vicinos eſſe noſcunt, quàm vocibus, & gemitibus, aut aliis nutibus editis ab ægrotãtibus, dum qualitates vitæ illorum contrariæ in ſe gignuntur: quas qui aſtu, aut vi ſæpiſsime induci vetat, Deus à gentibus in adagione illa, homo homini Deus, nominabatur. Quorum omnium nulla fieri quiuiſſent, ſi ſtatim vt ignis, aut aqua ſummè frigida, aut alia, quæ ſummum gradum obtinuiſſent, approximarentur entibus poſcentibus remiſſum, ſuam actionẽ produxiſſent. Hic ergo fuit ſcopus naturæ adiungentis contrarias qualitates in eodem ſubiecto. Quem ſi Gregorius attingiſſet, non adeo aberraſſet, & à vero diſceſsiſſet.

Cũ calidum patitur a frigido & agit in illud. mediũ actionis non ſimul calefieri & infrigidari,

¶Prædixi ſuperius, quòd eram oſtenſurus, nõ eſſe neceſſarium, cùm calidum agit in frigidum, & repatitur ab eodem, medium, per quod actio tranſit, ſimul calefieri, & infrigidari, vt aliqui, qui nõ animaduerterunt, illud eſſe impoſsibile, falſò opinati ſunt. Quod in præſens, ficto quodam poſsibili euentu, qualiter fiat explicò. Sit ferrum aliquod calidum ſeptem gradibus caloris, & vnicum tãtùm frigiditatis habeat. quod per pedale ſpatium præcisè diſtet ab aqua, ſeptẽ frigiditatis gradus, & vnicum caloris habẽte. & ferri illius ſit multò maior quantitas, quàm aquæ: vnde potentius ſit ad calefaciendum aquam, quàm aqua ad infrigidandum illud. Tranſacta ergo hora actionis inter relata, fingamus, quòd ferrũ induxerit duos caloris gradus in aquã, & aqua reagendo vnicum tantùm frigiditatis in ferrum. Quo ſic accidente, ferrũ per medium recenſitum calorẽ inducet in aquam, & aqua per idẽ reaget in ferrum, frigiditatẽ in ipſum inducet, nulla parte medii tunc data, quæ calidior, ſemper quòd durat actio ferri in aquam, nõ fiat: medii illius reſiduis frigiditatis gradibus, qui cum calore in ipſo compatientur, deſeruientibus aquæ reagenti in ferrum, vt inſtrumẽto quo frigiditatem in ferrum producant, abſque calefactione & infrigidatione ſimultanea illius medii, vt indocti philoſophi opinabantur.

¶Video fuſius hæc tractaſſe, q̃ medicos ac phyſicos huius tempeſtatis deceat, quòd horum inſigniores dũtaxat curẽt, methodos curatiuas antiquorum addiſcere, & docere, negligentes examini ſubiicere earundem veritatem, & an proſperè, ſeu infauſtè ex illarum obſeruatione ægris contingat. Sed mea nihil intereſt, quòd nunc res medica imperitè tractetur, & quòd ab imperitioribus (cùm me intelligere non valeãt) probris afficiar, quòd ſciã, nõ poſt multos hos annos ſpeculatiuas ſciẽcias in pretio habendas, & tũc plus mihi gratificaturos poſteros, quàm

 nunc

nunc à præſentibus infamor. Neq; perpeti volo, quod dicere ſolent illi. qui aut ignauia, ſeu ingenii tardi tate logicam & phyſicã exactè callere non valent: cum ob id contumelioſè à peritis tractantur. neceſſum non eſſe ad rem medicam, hæc ſciri, hoc ſe excuſantes, ac ſuam ignorantiam tegentes, ignari quantum interſit in ſcientia, cuius potiſsima pars in prudenti æſtimatione conſiſtit, aſſueuiſſe ingenium ad res difficillimas, vt poſtea promptũ ſit, abditas in alto corporis morborũ cauſas, minimè fallacibus coniecturis rimari, ac callere, indeq; conueniẽtem medelã illis admouere. De his nõ plura, nã hæc cordatis, & qui ſapere cupiunt, quorũ miſereor, ad reſipiendum ſufficient. Eorum nempe imperitorum, quibus ſua ignorãtia non tantùm ſatisfacit, verum de eadem gloriantur, curam habere in caſſum eſſet.

Quod impoſibile ſit ab vnica & ſingulari parte hominis cõtrarias qualitates ſimul ſentiri.

¶ Quicquid ad examinandum veritatem vndecimi contextus huius libelli, quem exponimus, neceſſariũ erat, prout locum hũc decebat, ſcripſimus: præterquam illud, cuius gratia hæc de compatibilitate contrariarum qualitatum tractata ſunt, putà, vtrum ab vnica ſingulari parte noſtra poſsit ſimul calor & frigus percipi, quod & ſi ex expoſitis in præcedenti contextu clarum ſatis ſit, parũ plus vt illuſtrius adhuc euadat, à nobis exponetur. Porrò qui legiſtis in antecedẽtibus. impoſſibile eſſe, partem vllam ſimul ſecũdum ſe totam calorem & frigiditatẽ ſuſcipere, facilimè colligeritis, etiam impoſsibile eſſe, calorẽ & frigiditatem ab vnica parte ſentiri, ſi indubiè ſciretis, tactiuas ſenſationes non ſine reali actione qualitatũ primarũ, quæ tactus ſenſibilia propria ſunt, fieri valere, vt verum eſt. nam ſine illarũ actione reali in tactum ſenſatio fieri non poteſt. Verum quia aliqui falſò opinati ſunt, calorem & frigiditatẽ, ac reliquas duas qualitates primas per ſpecies immutare tactũ, vt colores viſum, ne vllus his deceptus credat, per harum inductionem citra calorem & frigiditatem, aut alias primas qualitates inductas, poſſe contraria, ſimul à tactu percipi, probare cogor, quòd relatis ſpeciebus nullo modo tactus ſentiat.

¶ Primò, quòd ſi quod diximus, verum non eſſet, tactiua facultas non plus eſſet vocanda materialis potẽtia, quàm viſus. Cuius contrarium omnes teſtantur, quòd experiamur, colorem nõ inductum in oculum, ab oculo videri, & nullam primarũ qualitatum percipi à tactu, niſi in organum facultatis tactricis inducta ipſa prima qualitas ſit.

¶ Secundò, quòd ſæpiſsimè accideret, decipi ſentientem vllam qualitatum primarum, credendo ipſe, qui ſentit, quòd frigeat, aut caleat, cùm nihil tale patiatur. Nam ſi ſpeciebus frigiditatis tantùm quis affectus, frigiditatem ſe ſentire fateretur, digiſſet ille, ſe frigeſcere: cùm frigeſcere nihil aliud ſit, vt Ambroſius Calepinus, & omnes volunt, q̃ frigidum fieri. Et cùm etiam nullus aliter id de ſe teſtari poſsit, quàm frigiditatem per tactiuam facultatem ſentiendo: ſed qui id tunc fateretur, mentiebatur, quòd frigidus non fiat, ſed tantum frigiditatis ſpecies (vt iſti volunt) ſuſcipiat: ergo, vt dixi, deciperetur hic.

¶ Tertiò, quòd nunquam in recenſito euentu contingare poſſet, aliquem hominem præter ſentientẽ, idem iudicium edere de frigiditate

illa

illa ſenſata, quod ſentiens. nam ſentiens dixiſſet, ſe frigore affici, & qui eum tetigiſſet, oppoſitũ teſtaretur, quòd ſolis frigoris ſpeciebus afficiebatur ſentiens ex ſuppoſito, & nullum frigus in eum inducebatur.

¶ Quartò, quòd natura fruſtra dediſſet nobis vim tactiuam ſentiendi primas qualitates per ſpecies. Nã ſi tactus tantùm hominibus collatus eſt, vt fugiant, quæ ſibi nocent, & perſequãtur, quæ conueniunt: cùm ſpecies frigoris, & caloris, ac aliarũ primarũ qualitatũ, nec noceãt, neque proſint, nõ erat, vt qd talẽ vim ſenſitiuam nobis natura donaſſet.

¶ Si vt horum argumentorum vis diſſoluatur, quis dixiſſet, nõ ſe confiteri, ſpecies caloris aut frigoris poſſe ſenſationem efficere ſine frigore aut calore inductis in organum facultatis ſenſitricis, facillimè ratione dicenda impugnabitur. fruſtra genitas fuiſſe à natura ſpecies caloris aut frigoris, ſi ſine ipſo calore aut frigore nos immutare non erãt valituræ, Ideo enim prudenter ſpecies coloris produxit, vt ſcilicet viſus videre valeret colores, coloribus oculo non affecto. Si enim neceſſario coloribus eſſet afficiendus oculus, cùm videret, ſpecies coloris minimè à natura fierent. Ad cuius normam, ſi primis qualitatibus tactus eſſet afficiendus ad ſenſationis productionem, in caſum ſpecies primarum qualitatum fierent à natura. Auicenam. 6. naturalium idem voluiſſe, qui eundem in citato loco legerit, palàm intelliget. Tandem ſi pertinacibus concedatur, ſimul ſpecies primarum qualitatum cum ipſis primis induci, cùm ſenſationes tactiuæ fiunt, neque ii fateri poterunt, ſimul calorem & frigiditatem ab vlla parte adæquatè ſentiri, vale re, cùm calorem & frigus ſimul poſſe induci in aliquam vnam partem probatum, ſit eſſe impoſsibile.

Contextus. 12.

¶ Quinetiam iis qui rigent, nec tamen febricitant, inæquale temperamentum eſt: rarum tamen eſt id ſymptoma. Cæterum incidit tum mulieribus, tum quibuſdam aliquãdo viris. Debet autem omnino deſes præceſsiſſe vita: aut certè ciborum copiam longiore ſpatio homo ſumpſiſſe: ex quibus tardus, frigidus crudus, & pituitoſus naſcatur ſuccus: qualem ſcilicet Praxagoras vitreum exiſtimat. Porrò antiquitus nemo, vt videtur, ita eſt affectus, vt qui nec adeo ocioſi neq; in victus ſaturitate viuerent, indeq; factum eſt, vt ſcripſerint antiqui medici, rigori febrẽ neceſſario ſuperuenire. Verũ tamẽ tũ nos ipſi, tum alii iuniorum medicorum non pauci, ſæpenumero vidimus rigorem, quem nulla ſequuta ſit febris. Porrò componitur ex hac intẽperie, & ea, quæ febricitantium eſt, Hepialus. Appello ita febrem illam, cui ambo ſemper accidunt. At in qua rigor quidẽ præcedit, febris ſequitur, veluti in tertianis & quartanis. hanc hepialũ non voco. Ita ex duplici inæquale intemperie Hepialus componitur. Etiam aliæ febres præter hecticas ferè omnes, ſimili genere, qui particulæ alicuius cum tumore morbi ſunt. Hi quoque omnes perinde ac phlegmone, Cùm intemperamẽto inæquali conſiſtunt, cancer, eryſipilas, carbunculus, herpes, tumor, phagedena, gangrena: quippe commune iis omnibus eſt, vt ex fluxione humorum ſint orta. Diſsident in eo, quòd alii ex pituitoſo, alii ex bilioſo & melãcholico ſucco, alii ex ſanguine

guine vel calido, vel tenui, vel bulliente, vel frigido, vel craſſo, vel alio quopiam genere affecto fiant. Declarabitur enim alio loco de horũ membratim differentia diligenter. Quod ad propoſitam diſceptationem pertinet, hoc tantùm dixiſſe abunde eſt, quòd qualiſcunque eſt fluxio, eadem ratione quemque prædictorum affectuum creat, qua prius ex calida & ſanguinea phlegmonẽ gigni monſtrauimus. Sed nõ minus etiam ſimilarium, ac ſimplicium, primorumque in iis corporum ſingula, ſic à fluxiõe affecta ad inæqualẽ intẽperiẽ deuenient. Cæterũ extrinſecus pro rheumatis ratione calefacta, refrigerata, ſiccata, vel humectata: penitus, & in profundo nõ dũ ſimiliter affecta. Quòd ſi tota per totã mutata alterataq; ſint, fiunt quidẽ ilicò à dolore libera, in difficili tamen ſic cõſtituta ſunt ſtatu. Hæc pernouiſſe iis, q̃ opus de medicamẽtis ſunt præcepturi, & poſt id medẽdi methodũ, abũdè mihi ſatis videt.

Commentum. 12.

¶ In hoc vltimo contextu Galenus inter inæquales intemperies rigorem recenſet, quem dicit aliquãdo accidere, febre non ſubſequente, quanuis antiquiores medici aſſeuerauerint, ſemper rigorem ſubſequi febrem, rationemq; illius diſcriminis ſatis inſufficientem exprimit, inquiens ideò ſuis temporibus accidere rigores ſine febribus, qui præſertim in mulierib9 & viris otioſis proueniũt, quòd procreaſſent propter otium ſuccos incoctos ac crudos, quos vitreos Praxagoras vocabat, in ſuperioribus ætatibus homines pluribus laboribus aſſuetos hos minimè aceruantes. Sed ratio hæc, ſecundùm meam ſententiam, ſatis imbecilla, atq;, vt verius dicã, inepta eſt. Nam ſi ſuperiora tempora animo Galenus voluiſſet, & Sardanapalũ Lydorum regem, & Darium victũ ab Alexandro, & Medorum ac Perſarum Principes, aliosq; complures tyrannos, & cõuiuia opipara Athenienſium in memoriam reuocaſſet, inueniſſet luxum, ac ſuperfluitatẽ ciborum nõ tunc cùm ipſe viuebat, initium ſumpſiſſe, ſed voraciſsimos & deſidioſos homines omni in tempore abundaſſe. Vt ergo antiquorũ medicorum decretum verum eſſe atteſtaretur, ſuffeciſſet dicere, illos noluiſſe neceſsitatem, quam referebant, eſſe naturalem, ita vt dixiſsẽt, impoſsibile fore rigorem nõ comitari à febre, ſed eſſe neceſsitatem caſualem, vt ita dixerim, quaſi rariſsimus ſit caſus, in quo id contingat. vt referre ſolemus: impoſsibile eſt per totam vnam æſtatem ſine intermiſſione pluere. Quod cùm accidiſſet, miraculoſum nõ foret: quia impoſſibilitas, de qua loquebamur, non erat naturalis, ſed caſualis. Vel fortè ideo illud in codicibus antiquorum ſcriptũ reperit Galenus, quòd cùm nunquam fuiſſent medici vocati mederi rigorib9, quibus febres non ſubſequebantur, quòd illis trãſactis, ægri bene valeant, ideo neceſſario ſequi febrem dixerunt, quòd nuſquam inuiſſerant vllum ægrũ, cui id non acciderit. à me horũ non pauci viſi ſunt in propria vxore preſertim, poſtquàm parere iuuenis deſiuit, & in aliis complurimis quoq;.

¶ Vlterius dicit, quòd ex hac morboſa valetudine, puta rigore ſimul inuadente cum febre, nõ quòd ipſe præcedat febrem, & febris ſubſequatur, vt in tertianis & quartanis accidit, ſed quòd ambo ſimul infeſtent, oritur genus illud febris, quæ hepialus

lus nominatur. Quam ſententiam
eſſe contrariam in totum innume-
ris eiuſdem galeni, tam in libro ſe-
cundo. de ſymptomatũ cauſis. cap.
6.quàm in libro.2.de febrium diffe-
rentiis cap.4. quàm in libro de rigo
re & trimore,& palpitatione, ac cõ
uulſione, quàm in multis aliis locis
videtur,quòd rigor potius oriatur
ab humore acri, quàm à pituitoſo,
vt inter citatos locos verba Galeni
ex cap.5.ſecundi de ſymptomatum
cauſis affirmant,cùm inquit.⁂De
inde rigor ipſe ſolus qui dimoueat
concutiatq; particulas, hic rigor à
frigidis ſuccis nunquã creatur.om-
nino enim eiuſmodi ſucci præ craſ
ſitudine concitato motu non mo-
uentur. Quòd ſi aliquãdo attenuã
tur, rigorem quidem excitant, non
tamen vehementem,⁂Quòd ſi ve
rum eſt,hepialus non à pituita & bi
le ortum erat habiturus, vt ipſe in
hoc eodem libro, contextu vndeci-
mo dixit,cùm retulit. ⁂Quippe
ſi pituitoſus qui frigidus eſt, quéq;
Praxagoras vitreum appellat, & a-
mara bilis, quæ calida eſt, ſimul a-
bundent, ac per ſenſibilia membra
moueanttur,nihil miri eſt,vtrumq;
à cubante pari modo ſentiri. ⁂
Quin potius ſola bilis rigorem & fe
brem erat ſimul concitatura, rigo-
rem per ſenſibilia membra mota,fe
brim,fuliginem putridam in cor ia
ciendo, vt ipſe credit. Verùm etſi
Galenus non ſibi cõſtare videatur,
in exponendo cauſas hepiali, quòd
in hoc libello, vt vidiſtis, à pituita
& bile oriri referat.Et in fine cap. 5.
libri ſecundi. de febrium differẽti
is.à pituita putrefacta mota. Parcẽ
dus eſt,vt qui non dolo ſed ignoran
tia aberrauerit. Hæc dixiſſe in præ-
ſentiarum ſufficit, nam poſtea cùm
de ſignis febriũ tractauerimus, ma-
nifeſtè docebimus, non minus hal-
lucinatum fuiſſe Galenum redden-
do cauſas rigorum, quàm febrium.

¶Poſt relata recenſet tumorũ præ
ter naturam multa genera, quæ om
nia dicit cum inæquali intemperie
conſiſtere,puta phlegmonem, can-
crum,eryſipelam,& alia. Ac poſt in
fine fermè libri huius inquit, quòd
cùm vlla particula patiens nonnul
lum ex tumoribus recenſitis muta-
ta alterataq; fuerit, fiet ilicò à dolo
re libera. Quæ verba duplicem ſen-
ſum habere valent: alterum, vt per
illud ſignificare Galen9 velit, quòd
tunc erunt à dolore partes relatæ li
beræ, cùm omnino mutatæ, ideſt,
in totũ extinctæ, & ſine anima fue-
rint. Quod certè verum eſt. Nam
exanima ſenſu carẽtia dolorem ha
bere non poſſunt. Aliud quòd tunc
cùm diſtemperies humoris omni-
no eſt inducta in particulam tumẽ
tem, & nulla pars tumorem patiẽs
ſignari valet, quæ alteram in diſtẽ-
perie excedat,ſed omnes vniformi-
ter labuntur, dolor pauſet. & hoc
quoq; verum eſt, vt in antecedenti-
bus probatum ſupereſt. Reliquum,
quod ſubiungit, quæ ex illis nõ do-
lent. in difficili ſint ſtatu conſtitu-
ta. omnino verum non eſt. Quæ
enim dolere deſinunt, quòd vitam
amiſerint,in teterrimo eſſe ſtatu ne
mo negare poterit, cùm vltimum
terribilium ſit mors, vt Ariſtot. 3.
Ethicorum referebat. Quæ autem
diſtemperiem iam factam, & omni
no aſſimilatam humori inducenti
habent, eſſe in difficili ſtatu menda
cium eſt,cùm ſæpe experiamur,do-
lores molares ceſſare per tumorem
genarum,vbi humor dolorẽ inferẽs
in totum ſimilem ſibi partẽ, in qua
includebatur, efficit. et articulorũ
doloribus idem accidere. Hæ tamẽ
ægritu-

ægritudines non poſt multos dies
diſcedunt, & ægum bene valere per
mittunt,ſolo humore,qui dolorem
faciebat.diſcuſſo. Quod ſi Galenus
perpenderet, non adeò enormiter
in reddenda cauſa hecticarum aber
raſſet, exiſtimans ideo quòd indolo
roſæ hecticæ febres ſint, à nulla ex-
trinſeca humorali neq; ſpirituoſa
cauſa pendere. Nam ſi eadem me-
thodo proceſsiſſet,neque dolores il
li,de quibus nunc loquebamur,neq;
alii conſimiles à cauſa humorali
prouenirent, oppoſitum cuius euen
tus probant. Tumores quippe arti-
culorum,aut genarum, etſi ſine do-
lore ſint,per diſcutientia, & in hali
tum vertentia humorem incluſum
deliteſcunt, & ægrum liberum lin-
quunt. Ac vt in totum hallucinatũ
fuiſſe Galenum,cùm hecticam opi-
natus eſt in membris fixam eſſe, &
aliunde originem calorem febris il
lius trahere oſtenderem, etiam li-
brum de maraſmo Galeni explica-
re videbatur, ibiq; quot vitia inue-
niſſem notare,& rationibus euiden
tibus talia eſſe probare. A propoſi-
to tamen retrahere duo potiſsimũ
in cauſa fuère. Primum, quòd ibi
explanare modum generationis ani
malium, & neceſsitatem mortis ſe-
nectute illis aduenientis expedie-
bat. quod ad exactam phyſicam à
nobis (Deo concedente) condendã
attinet. Alterum, quòd immorari
& retardare me. non parum coge-
bat commentatio illa.ne adeò citò,
vt opto, opus hoc in lucem ederem:
Quapropter de ſignis febrium gene
ratim ac ſpeciatim tractandũ nunc
primùm eſſe decernimus,ac poſt cu
iuſuis febris ſigna,& eiuſdẽ antiquas
methodos curatiuas, ac nouas pone
re. Nam cùm hæc diſcutientur,non
paucæ rationes excerpi poterunt,
quo illuſtrior adhuc doctrina no-
ſtra euadat.

Caput.18. In quo fe-
brium diariarum ſigna exaran-
tur.

INueſtigaturus fe-
brium ſigna, pri-
mò (ne ab ordine,
quem noſtri præ-
deceſſores,agentes
de febribus obſer-
uarunt, diſcedam) de ephemerarũ
febrium ſignis ſcribam, non eas ra-
tus ab ſpiritibus inflammatis, à cau
ſis extrinſecis ortum trahere,vt Ga
leno eſt opinatum, ſed ab aliqua fu-
liginoſa,vel flatuoſa,vel humorali
exigua cauſa putreſcente, aut nõ pu
treſcente, vt ſuperius probauimus,
originem ipſas ducere. Fuit enim
antiquum dogma, vt Galenus cap.
quinto. primi de febrium differen-
tiis libri inquit, omne febris genus
ex putredine fieri, opinantibus, vt
reor, antiquis, callorem illum im-
modicum febrium non aliunde poſ
ſe prouenire,quàm à putredine hu-
morum,non callentes ipſi,neq; Ga-
lenus,qui eoſdem eſt ſecutus,modũ,
per quem tam inſigni calore,qualis
eſt febricitantiũ, corripiamur. quẽ
iam nos expoſuimus. Et quanquam
huiuſmodi de ſignis ephemerarum
inueſtigatio, nõ adeò neceſſaria me
dico ſit,vt eiuſdem ignorantia plu-
res ægrotantes in vitæ diſcrimẽ pel
licere valeat, cùm ipſa febris ſine o-
pe medici ſæpe deliteſcat:& ægrotã
tem deſerat, quòd tamẽ contendãt
medici, nonnullas ex his ignauiter
curatas,in eas,quas putridas, aut he
cticas vocant, quandoque tranſire,
quòd à vero non abhorret,ideo ſig-
na gene-

na generica earũ,vſurpata ex.7.cap.
primi de febrium differentiis libri
ſcribere imprimis videtur: dein ſi
quid taxandũ appareat, exprimere.
Dixit quippe in citato loco Galen.
Vnũ verò hoc eſt præcipuum fe
briũ.ephemerarũ indicium, ab ali-
qua incipere cauſa recenti,ac mani
feſta,quæ ante præceſſerit, quã om-
nes medici iuniores vſitato vocabu
lo procatarcticam, ſiue præincipiẽ
tẽ appellant. Sed etſi hoc inſepara-
bile ſit talium febrium indiciũ, ta-
men earum proprium non eſt: nam
& aliarum quædam ex cauſa mani-
feſta fiunt,quæ ante præceſsit: inſe-
parabile verò ac proprium eſt co-
ctio in vrina ſtatim die prima.
Quæ ſentẽtia perpetuò vera eſſe nõ
videtur.Nam ſi ephemera febris nõ
aliter fit, quàm corde in velociores
frequentiores, ac maiores diaſtoles,
& ſyſtoles moto, vt inde calidius ſe
reddat; & ſpiritus ab eo in totum
corpus profluentes, calidiores quo-
que procedant,vt humor ille, qui à
ſole, vel ira, aut immodico exerci-
tio,ſeu alia cauſa vſtus, aut putrefa-
ctus, ſeu quoquo alio modo malè af
fectus,ſeu in fuliginem aut flatuum
verſus,ſanguini puro cordis, ex quo
ſpiritus fiunt,miſtus,ab eodem cor-
de ſecernatur, & in halitum verſus
ab vniuerſo corpore extirpetur, vt
ſyncerus ſanguis cordis, & totius
corporis linquatur, hoc munere
per viginti &quatuor horarum ſpa
tio à corde exequutó,vt ſuperius do
cuimus. non video ego, quomodo
citra exteriorem cauſam humores
adeò exigui ac tenues vitiari ab in-
terna cauſa non valeant, ac ſangui-
ni cordis miſceri, vt ipſum cogant
velociter & frequenter tunc moue-
ri.vt cùm à ſole, vel alia cauſa exte-
riore febris diaria oritur. Nõ enim
mihi ſemel,ſed pluries contingit,in
uiſere ægros per vnam tantum diẽ
febrientes, à quibus cùm ſciſcitor,
an aliquid paſsi ſint in ãtecedẽtib9
diebus,vnde ſuſpicari poſsint,febrẽ
quam patiuntur, originem traxiſſe,
reſpondent, nihil præter rationem
ab eiſdem effectum,febre illa,quam
neceſſariò ephemeram vocaturi ſu
mus, non aliunde ortũ valente tra-
here,quàm ab aliqua interna cauſa.
cùm extrinſecas deeſſe,relatio ægro
tãtis teſtatur. Quo manifeſtè digno
ſcitur, non eſſe hoc inſeparabile ſig
nũ ephemerarũ.Putare enim relatã
febrẽ vnius diei,non eſſe ephemerã,
ſed putridã, illi tantũ dicerent, qui
non caluerũt noſtras rationes, qui-
bus confutauimus Galeni decreta,
atteſtantia ſpiritus inflammatos in
ephemeris, & humores in putridis,
& membra in hecticis, cauſam eſſe
trium ſpecierum febrium.

¶Aliud quoque, quod in contex-
tu ſequitur,inſeparabile,ſcilicet, &
proprium eſſe ephemeris coctionẽ
vrinas indie prima habere,ſi de pro
prio Porphyrii loquatuor Gal. no-
tiſsimum mendacium eſt.Nam & ſi
omnibus huiuſmodi febribus con-
tingat,nõ ſolis illis accidit,cùm ſæ-
pe videam9 eas,quas putridas dicũt
ab humore cocto incipientes,in pri
ma die vrĩnas coctas habere. Sed de
his non plus,vt ad alia ſigna recenſi
ta à Galeno trãſeamus.Inquit enim
ipſe vlteri9. Ac præterea pulſus
ad magnitudinem ac celeritatem ef
fatu dignam accedentes, ita vt fre-
quẽtia à proportione deficiat ſec ũ
dùm exteriorem quietem. Eſt autẽ
& magis inſeparabile ac proprium,
quòd nullo modo ad celeritatẽ ea
pars pulſus.quæ ſyſtole dicitur,ten-
dit: & ſi aliquando contingat hoc,
minimum, ac vix perceptibile exi-

ſtit, parumq; à naturali tenore mutatum. Quippe ſi vſpiam Gal. ingenii ſui vires non exiguas eſſe oſtẽdit, in negotio maximè de pulſibus id fecit. dumtamen ſuper veris hypoteſibus fuerit inixus. Quod verũ eſſe tam libri de pulſuum differentiis,& dignoſcendis pulſibus, & cauſis eorundem,ac ſignis ab eiſdẽ ſumptis quàm innumera loca ſuorum codicũ,vbi agere de pulſibus res poſtulat,oſtendunt. Hic nempe quandam veram ſententiam profert, ea eſt,in ephemeris pulſus eſſe ſenſibiliter maiores acveloclores,quàm in aliis ſpeciebus febrium,quod meritò accidit. Nã cùm cauſa febris huius ſit adeò exigua, vt intra diem diſcutienda, extirpandaq; ſit, multò minus ægrotantis vires deiicere poterit,quàm materia illa, quæ vnica non finitur acceſsione,vt putridarũ virtuteq; ægrotantis validiore exiſtente, pulſus eſſe maiores, ac velociores,quàm cùm imbecillior eſt, ſi cætera de obedientia inſtrumenti, & neceſsitate refrigerationis paria ſint,Gal.ſatis manifeſtè in.1. libr.de cauſis pulſuũ docuit. Meritò ergo, vt Gale.dixit, pulſus magni & celeres in diariis cõtingunt. Horũ quoq;,qui relatã febrem patiuntur,pulſus,non adeò per frequentiã in exteriore quiete diſtare à ſeipſis ſanis,vt per celeritatẽ,& magnitudinem,notiſsimã quoq; cauſam habet. Quia cùm in motu arteriarũ quẽ pulſum nominamus, quatuor contingant. Diaſtole, quæ eſt quædã ſurſum arteriæ cõpreſſæ latio, quam nos arteriã tangentes percipimus: quòd tũc cùm ſurſum arteria fertur, noſtros digitos feriat,ac percutiat:&poſt relatã diaſtolẽ quies ſuccedẽs,tã quòd finis naturalis mot9 eſt quies, quàm quòd ſtatim arteria deprimẽda ſit, & inter quoſcunq; motus naturales cõtrarios quies intercipiatur,&poſt hãc quietẽ ſyſtole, id eſt, depreſsio proueniat,& depreſsionẽ quies alia ſequatur,quæ q̃tuor,vt retuli, ſunt, putà duo mot9,vnus centrũ arteriæ verſus,alius econtra, & duæ quietes, altera poſt ſurſum lationem,& alia poſt deorſum. Et penes has quietes frequentia pulſuum notetur.Illum enim dicimus frequentiorem, qui minus quieſcendo tardat:& ediuerſo rariorem, qui magis inquiete immoratur. Ideo in ephemeris,quies, quæ accidit poſtq̃ arteria ſurſum lata eſt (quã Galenus vocauit exteriorẽ quietẽ, vt diſtinguat eã à quiete alia, quæ fit poſt arteriã cõpreſſam) prolixior multò eſt, q̃ in aliis febribus,vbi ingẽs humoralis cauſa duratura per multos dies viget, quòd ſyſtole, quæ ſucceſſura eſt relatã quietem,non eſt adeò neceſſaria in febribus ephemeris, vt in aliis à multo humore ortũ trahẽtibus.Ideo quod ſyſtole in nullũ aliũ vſum ſeruiat, quàm vt per eã fumi vi caloris eleuati,extra corpus per poroſitates arteriarũ pellantur.Et cùm hi multò pauciores ſint in ephemeris, quàm in eis,quas putridas vocat, inde prouenit, in ephemeris eſſe pulſ9 maiores & velociores,quàm in aliis:nõ tamen in eadem proportione frequẽtiores ſecũdùm quietẽ exteriorem, quin ſecundũ hanc rariores, quòd liceat arteriæ ob redditam rationẽ, diuti9 ſurſum quieſcere in ephemeris:q̃ in putridis vocatis. Neque idẽ licet arteriæ poſt interiorẽ quietẽ, quàm ſequutura eſt diaſtole,quæ ad aërem trahendum & refrigerandum facta à natura fuit. Nam cùm caliditas ephemeræ non parum vigeat,diaſtolen celerem poſcens, cogit quietẽ relatam breuiorem eſſe.

Plus

Pluſ de his dixiſſe exiſtimo, quàm huic loco còueniret. Coactus tamẽ explanare veram Galeni ſententiã, id feci: nempe vt carpendo eiuſdẽ lapſus: nõ parũ quandoq; tardor, ſic explanãdo, quæ verè ac acriter ab eodẽ exarata ſunt, immorari tenor.

Argumentũ aduerſus aſſerta a nobis ſoluitur.

¶Ex dictis à nobis inter exponendum Galeni ſententiã hanc, aliquis fortaſsis eliciet vnũ non cõtemnendum argumentum, aduerſus aſſerta à me, explicante in antecedentibus cauſam durationis vigintiquatuor horarũ ephemerarũ, quòd ibi retulerã, pauciorẽ multò eſſe materiam ephemeræ, q̃ tertianæ, aut quartanæ ſeu cõtinentis, aut alterius cuiuſuis febris. Quod verũ nõ eſſe, qui nobis aduerſaretur, inde ſuſpicabit̃, quod ſequi videatur, nullã acceſsionẽ febriũ intermittẽtiũ minoris durationis, q̃ vigintiquatuor horarũ futurã, cũ nos ſcripſerimus, quòd materiã tẽtã habeãt intermittẽtes febres quæ ſufficiat ante ſui reſolutionem per relatũ tẽpus durare, & redire. huius cõtrariũ euentibus mõſtrãtibus. Cui obiectiõi facilimè reſpõdem9, aſſeuerãtes verũ eſſe, febriũ, quas putridas vocãt, materiã tantã quãdoq; eſſe, vt multas viginti & quatuor horarũ acceſsiones efficere poſſet: ſed id nõ cõtingere, quia natura ſagax niſi coacta, nũquã tale aggrediatur. innixè procurãs in quauis acceſsione non adeò perdurare, cor, & arterias velociter, & frequẽter ſe mouẽdo, quouſq; in valde ſenſibilẽ imbecillitatẽ vis vitalis deueniat. ſed multò ante citra hãc cõſiſtere, vt pro futuris, & vſq; ad extirpãdam cauſam morbificã ſufficiat. ſat ſibi (vt finẽ febri imponat) ſufficere rata, portionẽ illã humoris, quæ proximior cordi erat, in ſudorẽ verſam, aut inſenſibiliter reſolutã extra corp9 pellere, vel cúm hæc aſſequi non valet à corde ſe cernere.

Quidã Galeni contextu exponitur.

¶Aliud propriũ ephemerarũ ſignũ, quòd poſt recẽſita ſequitur, verũ quoq; eſt, earũ febriũ calorẽ ſuauẽ eſſe, quòd exigua ſit materia difflãda, ex qua fuligines multæ eleuari non queũt: iiſq; deficiẽtibus, ſolo calore, quẽ ſpũs calidiores à corde veloci9 moto verſi habẽt, obiecto manui tãgẽtis, febrim neceſſariò ſuauẽ fore, cuiuis patet. Sequẽtia cõtextus Galeni verba, etſi vera, vt præcedentia, ſint: parũ difficilia intellectui apparẽt, quæ, vt iacẽt, trãſcribo, vt ea explicẽ. ⁂ Inſeparabile quoq; æqualis atq; incõpreſſus aſcẽſus in caliditate ac pulſibus ſimul, nõ tamẽ propriũ, cùm & aliis quibuſdã adſit: ſicuti etiã cõſiſtente febre mediocritas: neque enim hoc etiã eſt propriũ quanquã his maximè ineſt. Et meli9 ſane hæc quæ cõmunia exiſtunt increſcente febre, ac conſiſtente, quoniã magis ephemeris inſunt, inter propria reponere. ſic enim fieret & ſi nõ rei ipſius ſpecies, ad pulcherrimum atq; exquiſitiſsimũ huiuſmodi febrium propriũ ſimul atq; inſeparabile ſignũ. ⁂ Nẽpe per hæc nihil aliud vult Gal. quàm quòd augmẽtum febris huius ſit inſenſibile. tam ſi calor febrientis perpenditur quàm ſi pulſus conſiderãtur. Etiam quòd ſtatus, ſeu conſiſtentia ſit mediocris, hoc eſt dictu, nõ adeò adurens, vt calor aliarum febrium conſiſtentium, hæc tamen duo ſigna aliis quoq; febribus quãdoq; cõuenire refert, ideòq; apparere non inter propria diariarũ receſenda. Verũ tamen quòd in aliis febribus augmentũ nõ eſt adeò inſenſibile vt in ephemeris, neq; cõſiſtẽtia eſt adeò æqualis, inquit, quòd meli9 ſanè hæc duo ſigna inter propria ephemerarum

P 2 ponẽ

ponenda ſunt, quàm inter communia illis & putridis. Quia etſi augmẽtum eſſe minus ſenſible, & cõſiſtentiã fore mitiorem ſpecies ſubalterna ſit, cõueniens tam ephemeris, q̃ putridis, exquiſitum, ac pulchrum hoc eſt exactiſsimum ſolis ephemeris conuenire indubiè videatur.

Moderatur Galeni alia ſẽtentia.

¶Vltimum ſignum ephemerarũ exaractum à Galeno, eſt, finiri febrẽ cum ſudore, aut rore, aut cum aliquo optimo vapore, & febrim in totum ceſſare. Quæ verba moderanda eſſe exiſtimo, aliâs capere nequeo cur inter propria ephemerarũ Gal. recenſuerit hæc, cùm omnibus intermittentibus febribus perpetuo ferme accidat, cum ſudore, vel rore finiri, & in infebricitationẽ deſinere. Primũq; ex his duobus Auicena fen. pri. quarti tractatu primo cap. 6. Satis calidè moderatus eſt, dicens. ※ Et plurimum quidem eradicationis ephemeræ fit per ſudorem & humiditatem ſimilem ſudori naturali, non humoroſo, & non fit vehemens & valde ſuperfluus etiam in quantitate, imo ſimilis in hoc eſt ſudori naturali, & eſt proximus ei in qualitate. Si enim videris ſudorem plurimum, tunc febris nõ erit ephemera. ※ Quan ſententiam vſurpauit Auicena ex trigeſsimo continẽtis Raſis, & Raſis ex Galeno parum infra citando. Ex qua quoq; hominũ vulgus elicuit præſagium illud. Si cum ſudore febris deſinit, altera reuerſura eſt. Quod falſum, vt vidiſtis, eſt. Dicturi enim erant, ſi cum immodico ſudore febris finita eſt, altera acceſsio redibit. Paulꝰ & Aëtius de hoc ſigno non meminerunt: de altero vero, puta omnimoda ceſſatione febris, relati authores verã expoſitionem ſcripſere, eodem Galeno ſuppeditante illis modum, per quẽ explicari velit. Scripſerat enim in de arte curatiua ad Glauconem lib. 1. cap. 2. de febribꝰ epheme. ſequẽtem ſententiam. ※ Nam arteriarũ motus in patiente hãc, in totum aſſimilantur huic, qui in ſanis deprehenditur, cùm in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque ſi multũ temporis inter primæ acceſsionis finem & ſecundæ principium intercidat: quemadmodũ in tertianis atque quartanis: in illis enim febris remanet ſignũ. In ephemeris autem in totum aboletur acceſsione ceſſante. Plurimis verò earum & humidi quidem vapores, & quibuſdã etiam ſudores optimi apparent, aut omnino quidã plurimꝰ veluti vapor ex intimo corporis exit. ※ In vltimis his verbis non aliud docens, q̃ quod ex Auicena trãſcripſimus, vt in prioribus vult, quòd quanquã tã ephemeræ quàm nonnullæ putridæ intermittentes ad infebricitationẽ deueniãt, nõ pares in hoc ſint, ſed quòd in intermittẽtibus pulſus ad naturalem habitũ & omnino ſibi ſanis ſimilem reuertantur, & quòd hoc putridæ priuẽtur, in ipſis manãte ſemper propria inequalitate febrili, vt idem Gal. in fine quinti capitis de arte curatiua ad Glauconẽ dixit. Neque aliam eſſe propriam inæqualitatem febriũ putridarũ, q̃ ſiſtolem (quæ ad expurgandas fuligines in vaſis contentas à natura inuenta fuit) eſſe velociorẽ & maiorem, ac frequentiorẽ, quàm diaſtole, quòd in putridis immodica fumorum copia, ad id impellat, ac cogat, refrigerationem minorẽ quàm ephemeræ poſcentibus ipſis: quia calore febrili difflante cauſam morbificam iuuentur.

Proſequitur autor ſigna diariarum.

¶Præter hæc, quæ receſuimus ſigna ex primo libro de febrium differentiis,

rentiis, ſuperſunt nonnulla alia ex citato cap.2.primi de arte curatiua ad Glauconē, ea ſunt: ſi ſimul cùm febris ægrotantem corripit,vllus etiam dolor capitis, aut alterius partis corporis moleſtat, & febre ablata in totum dolor ille deliteſcit,febrem non reuerſuram teſtatur. Id enim vt plurimum in aliis febribus non contingit, quòd earum materia tanta ſit, vt vnica acceſsione difflari vi febrilis caloris, non valeat, indeq; quod ſupereſt ad futuram febrem faciendā,dolorē vllum ægrotanti infert. Cauere quidem oportet, ne cùm dico materiam,aut cauſam febris, lector credat, me velle, humorem,quem materiam aut cauſam nomino,producere calorem febrilem.nam hoc impoſsibile eſſe,ſatis euidenter in antecedētibus oſtēdi,ſed humorem,cauſam, aut materiam impropriè â nobis dici, nam propriè occaſio dicēdus humor foret, niſi enim ille adeſſet,cor in magnas, veloces, & frequentes diaſtoles, ac ſyſtoles, quales ſunt febriles, non inſurgeret.

¶ Supereſt & aliud ephemeræ febris indiciū referre, facillimè ægrotantes tolerare ipſam. Quia cauſa,â qua pendet,adeò eſt exigua,vt intra vigintiquatuor horarum ſpatium diſcutienda ſit. Etiam quòd dum finita febre in balneum deſcēdunt. horrore nullo capiantur, qui febrierūt. neque aliud quid triſte immutet,quia cùm vniuerſa morbi cauſa ablata per antecedētem febrem ſit. nihil ſuperſit,quod commotū, aut eliquatum vi balnei,rigorē, aut triſtitiam loto inferat. Hæc ſunt ephemerarum potiſsima ſigna, quæ ſcire curationi ægri conducunt: nam certi facti ephemeram febrem præceſsiſſe, audacter cibum, & vinum ægrotanti concedimus, & conſueta munia eundē obire,permittimus.

¶ Eebrium ephemerarum vniuerſa generica ſigna recēſuimus, supereſt de eiſdem ſpecifica ſcribere, ac curationem peculiarem cuique apponere. Neq; cū hæc fecerimus,modum,quem Galenus.8.methodi medendi præſcripſit,ſeruabimus: quin potius eundem in.2.cap. de arte curatiua ad Glauconē æmulabimur: & ſi quid exponendum, aut addendum, vel carpendum inuenerimus, id omne exprimemus.

Caput.19.In quo indicia ephemeræ febris, prouenientis ex triſtitia, immodicis curis,vigeliis, & ira.ex.2.ca. pri. de arte curatiua ad Glauconem exarantur.

ADiūgitur verò his qui propter triſtitiam febricitant, acritudo potius, q̄ abundantia caloris. Quemadmodū ediuerſo his: qui propter furorem, ſed & extenuatio corporis in his, quos triſtitia, quàm in his, quos cura vexauit,conſpectior exiſtit, oculorum præterea cauitas, ac quædā inconſueta decoloratio. Hæc quidem ſunt & in aliis, qui quouis modo diu cogitarunt communia: maximè autem et ex oculis diſtinguere opportet. Nam ex his etiam inſanis animæ mores poſſumus cōiectare. At in ægrotis ſi quis diligenter inſpicere queat, ſunt indicia certiora. Sic quidem eos,qui propter diſciplinas, aut contemplationem aliquam diu cogitarunt, ab his, quos triſtitia corripuit,diſcernere oportet.

tet. At qui vigilarint, diſtinguere oportet ex forma palloris. Nam in ipſis facies ſubtumens, & oculorũ motus manifeſtus, vix enim palpebras attollunt, ineſt etiam palpebris humiditas. Nam qui triſtantur, aut cogitationibus detinentur, his exiccãtur. Cauitas verò eſt cõmũe accidẽs omnibus, mœrori, vigiliis, cogitationibus, nõ tñ furori: in hoc enim neq; oculorum cauitas, neq; pallor manifeſtus, & plus caloris, atq; celerius ex imo prorũpit, neq; pulſuum magnitudo deſtruitur, quemadmodũ in vigiliis, triſtitia, & cogitationibus. Quare hæc à furore apertiſsimè diſtinguuntur: ab inuicem verò quemadmodũ diximus antea.

¶ Sunt adeò connexa ſigna febriũ ephemerarum à triſticia, ira, curis, & vigiliis prouenĩetium, vt tã Galenus in præſenti loco, quàm Aëtius ſermõe primo Tetrabibli. 2. ca. ſexageſimo. ſimul vnico capite ea diſtingerint. Quod Auicena non obſeruauit: quin in plures (quàm nullus ali9 author) cauſas, & capita diariariũ febrium partitus eſt. Cuius rei occaſionem parũ infra exprimemus. Signumq; primum febris à triſtitia orientis, putà eſſe calorem plus acrem in hac quàm intenſum, vel, q̃ in ea, quæ à furore, ſiue ira ortũ trahit, rationi conforme eſt. Triſtes enim dum iam diutinam, aut immo dicam triſtitiam paſsi ſunt, tunc febre corripiuntur, indeque ſicciores multò, quàm irati ſiunt, qui parum ante iram bene valebant, & ſuæ ſpõtis erant. Maiorem autem ſiccitatẽ mordatiorem efficere æquum calorem, nemo eſt, qui ignoret. Meritò ergo id ſignum relatum eſt à Galeno. Quod tamen etiam minus acris ac minus mordax ſit calor febrium prouenientium à curis, & vigiliis, q̃ febrium orientium à triſtitia, ego crediderim, quanuis Galenus id nõ expreſsit. Nam curæ, ac vigiliæ pariter exiccare, vt triſtitia non valent, ob rationem infra dicendam. Copioſiorem, & magis conſpicuũ quoque eſſe calorẽ febrientium ob irã, quàm eorum, qui ob triſtitiam, aut curam, ſeu vigilias, manifeſtam cauſam habet. Nempè, quia in furentib9, ſiue iratis, calor ad corporis extima defertur, vt in recenſitis animi affectibus ad intima. In vigiliis enim &ſi ad exteriora calor, vt in ira deferatur, non adeò affatim, ac celeriter, vt in ira, quare in ipſa conſpectior, maiorq; percipitur, quàm in aliis febribus recenſitis. Extenuationem triſtium eſſe patentiorem: q̃ eorum, qui cura vexantur, in cauſa eſt, quòd triſtes curis aſsiduis, quæ diſplicent, premuntur, & qui curã habere dicuntur, tãtum curis citra diſplicentiam laborant, ſed duplici malo affectum, nocumentum ſenſibilius, quàm ſimplici paſſurum, notiſsimũ eſt. meritò ergo corpus magis extenuatum in triſtibus erit, quapropter parũ ſupra faſſus ſum, ſenſibiliter ſicciorem eſſe calorem triſtium, quàm aliter affectorum. Oculorum cauitas, quam ſignũ eſſe huius ſpeciei febris Galenus inquit, ob id contingit in febrientibus ob triſtitiã, quòd qui triſtes ſunt, ſemper triſtia meditentur, & quandoque etiam lugeant: indeque tam ex continua meditatitione rerum, quæ diſplicent, quàm ex lachrymatione aſsidua, eorum oculi (quorum præcipua pars ex liquidis quibuſdã humiditatibus conſtant) exiccantur, minoresq; reduntur, cerebro ipſo exiccato. etiam eodem cerebro ſpiritibus animalibus exinanito, quibus deficientibus oculus (qui plusq̃

vllum

vllum aliud membrum de expoſitis noſtro viſui redundat) minor vertitur, quòd fons, ex qua in oculum ſpiritus emanabant, exauſta ſit. Ipſis tãdem oculis minoribus factis, neceſſum eſt genas, quibus teguntur, eoſdem ſequi, cerebrumq; verſus ipſas ire, ex quo cauitas illa, de qua agim9 (quæ inter os cilii & genam ſuperiorem, ac inter os maxillæ & genam inferiorẽ interiacet) viſitur, Hiſpani, ojeras, vocamus. Decolorationẽ inconſuetam non intelligas, in oculis ipſis accidere, nam neque oculi veris coloribus afficiuntur. Neque glaucus, & niger, & alii impropriè colores oculorum, propter triſtitiã variantur, ſed ad cauitatem referenda decoloratio eſt. Fiunt enim quibuſdam genarum illæ partes cauæ, coloris cerulei, aliis nigricantes, quibuſdam ſub pallidæ, prout diuerſæ temperaturæ ſunt. Verba, quæ ſequuntur, ſcilicet eſſe cauitatẽ oculorum, & decolorationem, communia tam triſtibus, quàm cogitabundis, & vigilibus, manifeſtè vera ſunt propter ſuperiorem rationem: vt etiã quòd ex oculis poſsimus in his ægris, de quibus agimus, diſtinguere cauſas morbificas: cùm & ex eiſdẽ ſoliti, ſimus in ſanis coniectare animæ mores.

Increpatur quædam cõtextus ſentẽtia.

¶ Reliqua, quæ ibi leguntur, perperam eſſe ſcripta ſeu vitio librarii ſeu interpretis, manifeſtum eſt. Nã illic ex oculorum affectibus diſtinguere procurat Galenus febrẽ prouenientem ab immodica meditatione ſcientifica, aut alia quauis cogitatione, & à triſtitia ex vna parte, cũ febre trahente ortum à vigilia ex alia, quod litera contextus minimè exprimit, vt cuiuis illam legenti patet. Ideoq; ſententiam, quam Galenus volebat, exarabo, ac ſimul cauſam eius reddam. vt ea lecta, & cum cõtextu ducto collata, cuiuis liceat intelligere, quòd merito eſt à nobis librarius aut interpres increpatus. Indicium ergo febrium à vigilia orientium ex modo palloris diuerſo qui multo aliter, quàm in aliis duabus cauſis, viſitur, ſummitur. In vigilibus, enim facies eſt ſubtumens, ob imminutam alimenti coctionem defectu ſomni, & complures vapores ad faciẽ eleuatos, & minimè difflatos: tam quòd craſsiores multò ſint, quàm ſi ab alimento decenter cocto emanaſſent, quàm quòd ſpiritus pauciores ex ſuperflua vigilia redacti, non valuerint, vapores eleuatos diſcutere, qui faciei incluſi ac ibi detenti, in tumorẽ eleuari ipſam cogunt. Quod neq; triſtibus neque meditabundis accidit: quia coctio in his non adeò vitiatur, ſicut in vigilibus: neq; ad eorum cutim tanta copia vaporum defertur (quia quãdoq; dormiant) vt ad cutim vigilãtium, quæ pronior ad recipiendum quàm in aliis eſt: eo quòd ſpiritus eiuſdem non ſint ad intima retracti, vt aliorum dormientium. Ex alio quoq; ſigno differentia inter recẽſitas cauſas febrium cognoſcitur, quòd ſcilicet vigiles pigrũ habeant motum oculorũ & palpebrarum, nam vix eaſdem eleuare queunt, ob immodicam humiditatem, in aliis febrientibus hoc nõ accidẽte, quin quòd eorum oculi exiccantur. Quæ omnia, ſi vt ego recenſui, elicere ex contextu Galeni quis vellet, nequaquam, vt dixi, poterit.

¶ Cauitatem oculorum eſſe commune accidens triſtibus, vigilibus, ac cogitabundis certũ eſſe, quæ prædicta ſunt, probant. In iratis, ſeu furentibus tamen hanc non conſpici, manifeſtam cauſam habet. Ob irã

 ſcilicet

ſcilicet(ad extima corporis,ſangui-
ne & ſpiritibus deriuatis) oculũ po-
tius eminentem, quàm depreſſum
neceſſariò fieri. Etiã pallore genas
irati carere, recenſita ſpirituum &
ſanguinis in faciem delatio in cau-
ſa eſt. Quanquam inficiari Galenus
non poterit,bilioſos, parumq; ſan-
guinis habẽtes,cùm iraſcuntur,pal
lidos fieri, & ſi diuerſus ſit horum
pallor,à pallore vigillantium,& tri
ſtium,& cura oppreſſornm. Quòd
iratorum color cuidam rubori ad-
miſtus ſit, vt reliquorum potius in
fuſcedinem vergens. Pulſuum ma-
gnitudinem, & exteriorem calorẽ
in furentibus non imminui,vt in re
liquis tribus affectibus, omnes, qui
furioſos plurimum calorem ad ex-
teriora membra expanſum habere,
ſciunt,nouêre. Per quæ ſigna febriẽ
tes ob iram à febrientibus per aliũ
ex dictis affectibus diſtinguuntur,
vt per ſuperius etiam recenſita, ipſi
ab inuicem diſtant.

Caput. xx. De medella febrium diariarum ortum trahentium à triſtitia, immodicis curis,vigiliis,& ira.

QVanuis Auicena
diſtincta capita
cõdiderit pro quo
uis horũ affectuũ,
& cuiuis eorũ me-
dellã propriã ada
ptauerit,nos Gale
nũ ſequuti in.3.cap. primi de arte cu
ratiua ad Glauconẽ.in vnico capite
vniuerſa ſigna,exarabim9 & in alio
medelã omniũ ſcribem9. Nẽpe Aui
cenæ viſum,non tãtum per nouum
ſcribendi ordinẽ ab aliorum autho
rum ſerie diſcedere, verùm & per
multiplices ephemerarum febrium
ſpecies à ſe exaratas. Addidit enim
capita febrium diariarum,quas vo-
cat ex anguſtia,ex gaudio,ex timore
ex euacuacione, ex dolore, ex ſynco
pi, ex ſiti, & ex aliis cauſis, quarum
(quòd ſciam) Græcorum nullus me
minit. Neq; immeritò Græci illas
tranſegerũt,quòd ſufficiebat ex tri-
ſtitia,& ira,qui quoquo modo gau-
dio contrarii affectus ſunt, medellã
ſcribere:vnde quantũuis parũ peri-
tus medias mediis remediis, vt alias
curare valebit.Præſertim, quòd nõ
nullæ ex recenſitis ab Auicena cau-
ſis nihilòfermè ab aliis diſtent. quo
enim differat anguſtia à timore,aut
à triſtitia,difficulter exprimes:& cũ
iã expreſſeris, medella eadẽ vtroſq;
hos tres affectus neceſſario es medi-
caturus. Ac vt Galenus de locis affe
ctis ſexto. in medio capitis ſecundi,
loquendo de ſignis doloris coli, in-
quit, medicos aberrantes quandoq;
putare non ex colo,ſed ex renibus il
lum prouenire, & econtra renũ cru
ciatum coli dolori attinere, & ta-
men in initio parum intereſſe ſalu-
ti ægri,qui horũ affectuũ ſit,qui ve-
xet.decernit.quia hoc tẽpore nõ ita
magnam præſidiorum differentiã
ipſi requirunt. ita in relatis diariis
febribus an hinc vel illinc febris pẽ
deat,ad medellam pauciſsimum in
tereſt. Quam,vt auſpicemur, verba
Galeni ex citato tertio cap. primi
de arte curatiua ad Glauconem trã
ſcribo,ea ſunt.

¶ Curare autem oportet omnes
quidem balneis. At qui ex denſitate
cutis, aut inguinum inflammatio-
ne febricitant, ſi in aëre balnei im-
morari iuſſeris,haud quaquam no-
cebis.Reliquos omnes quàm citiſsi-
mè oportet ab aëre ſemouere.Si ve-
rò diutius in aqua immorari volue
rint

rint,permittere. Oleo autẽ tepido, & multo,& manibus mollibus perfricare quàm plurimum,atque hos præſertim, qui ex labore febricitãt: ſecundo autem loco,qui meatus habent aſtrictos: & tertio,qui inflammationem inguinum patiuntur. Sæpius autem iſtos lauare inquantum contingerit,cibum autem aſſumere,qui ex labore febricitant,poſſunt multoties:non æquè tamẽ, qui ex denſitate cutis,aut inguinis inflãmatione laborant. At his vtriſq; tenuis victus eſt optimus.Qui verò ex laboribus febrierint, præcipiendũ eſt,vt cibos aſſumant,concoqui faciles,ac cruditatẽ præcipuè deuitent. Sed & vinum potare quantum poſſunt conuincere,ſunt permittendi. Menſuræ autem ratio quemadmodum in aliis omnibus ex viribus & ætatæ ſumitur ægrotantis. Necnon & ex naturali temperatura, & præterea ex conſuetudine, & anni tempore,& regione,atq; aliis huiusmodi. Qui verò ex inguinũ inflammatione febricitant,arcendi ſunt à vini potu,donec inflammationes ſoluantur. At qui cutis foramina habent aſtricta,vel refrigerati ſunt, ſi non multum hoc affectu laborent, neq; plenum corpus habeant, non ſunt à vini potu prohibendi. At qui pleniore corpore ſunt,vel multùm refrigerati, prohibere vtile eſt. Qui verò ex vigiliis,aut aliquo animæ affectu febricitant, poſtquàm balneaueris, cibo humido, ac boni ſucci reficere expedit. Vinum verò omnibus,ſed præcipuè his,qui vigiliam paſsi ſunt,intrepidè offerre,niſi capitis dolore premãtur,aut pulſum venarum in tẽporibus ſentiãt. Liquet autem, quòd etiam in aliis eadem cauenda ſunt; ſed & iis, qui ira,aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, vnium eſt exhibẽdum, & qui furore perciti fuerunt, quando omnino ab affectu quieuerunt: prius verò periculoſum vti vino. Tentare autem oportet & contrarium ſemper afferre ei quòd moleſtat: labori quidem quietem: vigiliis verò ſomnum: iræ autem & furori,atq; triſtitiæ ſermonibus,actionibus, ſpectaculis, enarrationibus, animi iocunditatem.Sic qui cogitatiõe laborat,omnino ratiocinationes omittat. Et qui ex inguinum inflammatione febricitat, prius huiꝰ curationi intendat. Ac multò priꝰ viceris vnde originem habuit. ❧

¶Promiſsi parum ante, ſi memores eſtis,taxare quæcunq; minus bene aſſerta ex Galeno perduxerim. Et cùm methodus relatus medendi febres diarias manifeſtè doceat, nõ à ſolis ſpiritibus inflammatis ortũ febres has trahere, ſed ab aliqua humorali ſeu vaporoſa cauſa vniuerſas oriri, inde manifeſtè intelligitur, Galenum aberraſſe, cùm teſtatus eſt primo artis curatiuæ ad Glauconem. Et primo de febrium differentiis.&.8. methodi medendi; & in aliis innumeris locis,à ſolis ſpiritibus ſuperaccenſis ephemeras febres oriri.Si enim ab his ſuperaſſatis,& in quibus calor febrilis iam factus eſſet,vt Galenꝰ dicere videtur. febris diaria oriretur, aut balneis vtendum non eſſet pro earundum medella, aut à principio eiſdem vti deberet febriens. Quippe ſpiritibus ardentibus,vt ita dixerim, aër balnei calidus, & eiuſdem aqua etiam calens, in nullũ vſum deſeruire ad horum extinctionem poſſe, patet, cùm potius frigidus aër, & aqua niue refrigerata ad extinguendum ardorem ſpirituum propriè vtilia futura forent. Porrò ſi per accidẽs difflando

Ratio cõtr Galenum,e proprijs ſẽ tẽtijs ellicitu

flando,& in vaporem ſpiritus vertẽdo,prodeſſe balneas dixiſſes, primò obiicere tibi meritò poſſem, quòd eſſet præferenda medella per ſe,curationi per accidens: at cùm refrigerare calefacta ſit per ſe curatio, potius per refrigerantia, q̃ per calefacientia præſcribenda eſſet ephemerarum medella, quod Galenus nunquàm præcepit. Secundò inconuenire,quod intuli videtur,ſcilicet, tunc cùm primùm febres ephemeræ inuadunt, in balneum ducendos eſſe febrientes, non expectata febris inclinatione. Quia cùm ad diſſoluẽdum ſpiritus inflammatos nõ eſſet expectanda concoctio, vt in humoralibus febribus, quantò citius diſcutere, & in halitum vertere ſpiritus poſſemus, tantò melius conſultum fuiſſe ægrorum ſaluti, certum eſſet. Sed à principio balneas intrando,poſſet tota, aut potior pars ſpirituum inflammatorum difflari, & æger à febre liber manere, vel ſaltim minore febre affligi: ergo indoctè præceptum fuit à Galeno. 8. de morbis curandis.cap.3.inclinãte febre in balneas febrientes hac febre duci. Aut ſi rectè & methodicè præceptum ab eo eſt,vt eſt,non erat cauſa febrium ephemerarum ſpirituũ inflammatio,vt ipſe credidit,ſed aliqua vaporoſa materia,aut humoralis pauca inficiens ſanguinem, ex quo ſpiritꝰvitales,aut animales procreandi erant, quam diſcutere natura procurat per calorem magnis, & velocibus, & frequentibus eleuationibus,& depreſsionibus cordis,in ſe genitum, vt ſuperius oſtendimus.

Cui obeſſet aër, aut aqua frigida, prohibendo diſſolutionem. Et balneæ in principio quoq; nocerẽt miſcendo illum paucum humorẽ, aut fuligines, quas natura diſcutere febre procurat, cum bonis ſuccis. In fine febris cùm iam ad cutim excreta cauſa relata eſt,hoc incommodo vitato, & vtilitate nonnulla ſi indubiè medico conſtaret,febrem eſſe ephemeram, ex lauatione ſequuta, breuiorẽ ſcilicet febris declinationem fore,& ſecurum ægrum facere, ne vnius diei febris in plurium duratione commutetur, infectis humoribus à vaporibus non diſcuſis.

¶ Et quòd prædixerim, Galenum 8.de morbis curandis præcepiſſe,nõ ante declinationem febris ephemeræ lauandum eſſe ægrotãtem, ideo verba eiusdem citato.3. capite referre placet, illa ſunt. Quippe in prima acceſsione inclinante ducendi in balneum omnes ſunt. Quã ſententiam non incaſſum duco, ſed vt videatis,quòd eiusdẽ oblitus Galenus fuerit in contextu ſupra à me citato ex.3.cap. primi de arte curatiua ad Glauconem. Etiam vt noſcatis,quòd etſi, vt dixi, quando medicus certus eſt, febrem eſſe diariam, balneum ſit proficuum ob rationes à me exaratas. Quòd tamen ego ſecurius exiſtimo,in balneum nõ ducere ægrum,quàm conſilium Galeni ſequi. Primò, quòd ſigna diariarũ, quæ propria nominat,ſint adeò difficilia cognitu, præcipuè quæ ex pulſu ſumuntur, vt medicos quantũuis doctos & expertos decipere valeant,& ſi in aliis febrientibus eis vteretur medicus,nõ exigua incõmoda ægrotanti inferret. Secũdò quòd ſi balneis vti non oportet ante inclinationem febris ex Galeni præcepto,& medicus adeò peritus,vt Galenus,iã indubiè noſcerit febrẽ diariã eſſe,illã cui medetur,& ipſam inclinare. iã incaſſum balneis vti præciperet ad remouendum febrẽ, quæ ſponte ſua deſitura erat. Ob enim

Improbatur medela febrium diariarũ præſcripta à Galeno, & quàm exercet autor exaratur.

tam

tam exiguum commodum,vt foret parum celerius febrem deſinere, nō erat auſurus in diſcrimen adeò ingens impellere ægrum, ſi fortè deceptus fuiſſet,& febris diaria nō eſſet. Ego quippe per totam vitam id obſeruaui, nunquam curare, intra vigintiquatuor horas, febres, quæ ab inflammationibus exterioribꝰ, aut interioribus non originantur: neq; ab ictu aliquo, ſed dubius an ephemeræ futuræ ſint, an non, minimè balneis,aut olei infuſionibus curaſſe,ſed naturæ, ſeruando tantum optimam victus rationem,commiſiſſe.Quāquam enim Hiſpani balneo vti velimus, non ſine magno negotio poſſemus, quòd apud potiorem Hiſpaniarum partem vſus eorundem exoleuerit, præſertim in regione hac noſtra,quæ vetus Caſtella appellatur.

Caput. xxj. Dieta communis omnibus diariis febribus.

AC quoniā Aëtius ſermōe primo Tetrabibli ſecundæ. cap.66. dietam cōmunem omnibus diariis febribus vſurpatam ex Galeno deſcripſit, illā trāſcribere viſum. Vt enim ex Galeno vſurpaui genericam curationem earundem,ſic opportunum apparuit ex Aëtio rationem victus exarare. Verba capitis illius quæ ſequūtur ſunt. ✠ Dieta in febribus diariis omnibus communem ſcopum habet,vt ſit ex eduliis boni ſucci, & quæ omnino concoquūtur, & nuſquam circa meatus detinentur. His quidem qui ex ardore aut ira febriunt, quæ ſimul frigefaciūt ac humectant.Frigefactis verò, minus alentia, & moderatè calefacientia. His autem qui vigilarūt, aut triſtes fuerunt, aut curis vexati, humidus & ſomniferus cibus congruus eſt. Fatigatis autem,plurimus,& maximè nutriens. At in quibus intemperatura corporis calidior ac ſiccior facta eſt,eos oportet aliquando circa primum exacerbationis impetū nutrire. Vinum autem dandum eſt omnibus, qui ex diaria febre laborant,aquoſum, tenue ac albū, quod & concoctionem adiuuat, & vrinas ac ſudores propellit.His verò qui vigilarunt,aut triſtes fuerunt, aut curis vexati, magis intrepidè vinū datur. Sed & fatigatis nimium dandū eſt,quantum ſuperare poſſunt. Iratis autem priuſquàm ab affectu omnino liberati fuerint, minimè tutū eſt vinum dare.

Caput.xxij. De medella diariarum febrium orientium à cutis denſitate.

PLacuit de hoc genere febris ſpeciatim primitus tractare, quòd inter alios affectus hic mederi neglectus, non exigua incommoda parere poſſit. Quanuis enim,vt parum ante dixi, ſi medicus indubitanter ac verè ſcire, potuiſſet, febrem hanc intra viginti & quatuor horas deſituram & ſi mederi illi neglegiſſet, parum aut nihil noceret, tamen quòd exitus febris huius & aliarum multò incertior quàm Galenus blatterat, ſit: ideò inter alias, ſi cui ſtatim vt inuadit,opem ferre licet,hæc eſt.Peculiaria

culiaria ſigna, ac cauſas vltrà ſuperius recenſita, & ſi illic ferme dicta ſint, ex Galeno primo de arte curatiua ad Glauconẽ cap. 2. atq; ex Aẽtio ſermone primo tetrabibli ſecũdæ cap. 64. vſurpatæ, & in hoc loco referre placet. Inquit enim vterq;, quòd denſatur cutis aut ex frigore, aut ex aliqua immodica adſtringente vi, qualẽ aquæ aluminoſæ in eos, qui eis lauãtur, inferunt. Etiã, quòd tacta cuti, febrientis ſtatim dignoſcatur, quòd arctiſsima, hoc eſt, adſtricta corrugataq; cutis valde ſit. Et quòd horũ calor tũc cùm primũ tanguntur, mitis iudicetur, qui multùm acris ſi pluſculũ retardetur tãgẽs, percipitur. Cuiꝰ cauſa eſt, quòd dẽſata cuti, prohibetur in his vaporũ exitus, qui in poros patẽtes habẽtibus, occurrentes primiter tãgentibꝰ, inferre immodicũ calorẽ ſolẽt, indeq; mitis horum calor ſentitur. Moram verò facientibus, acris iudicatur, quòd dẽnſiora maiorem formæ caloris copiam habentia, plus vrere, quàm rariora, & vaporoſa valeant. ferrum enim ignitum potentius, quàm ſtupæ aut paleæ ad vrendum eſt. In his etiam oculi caui nõ fiunt, vt in aliis diximus, neque corpus extenuatur: quin ob vapores detentos prominentiores oculi quandoq; redduntur. Ac ob eandem rationem corpus non gracileſcit, neq; pulſus parui vt in triſtitia, aut cura aut vigilia ſunt. Et quanq̃ ego cenſeam febrem hanc à principio medendam, non tamen auderem, in ſolium præcipere huiuſmodi ægrotãtes deſcendere, metu ne ſi fortè conſtipata cutis inſici cauſam antecedentem occaſsio fuiſſet, & febris humoralis excitaretur per cõmiſtionem fuliginum detentarum, ex obſtructa cuti, illud damnum febrienti proueniat, quod iis, qui lauantur, ante concoctam materiam contingere ſolet. Conſulerem quippe mollibus frictionibus cutim horũ peruiam efficere, quòd ſciam, præſidiũ hoc citra incommodum prodeſſe. Etiam oleo dulci & tepido corpus horum inungere. neq; non vinũ album tenuis ſubſtantiæ bibendũ dare, quòd obſtructam cutim vinum adaperiat, dum corpus plenum nõ fuerit. Si enim multis redundauerit ſuccis, vſus vini interdicendus duplici cauſa eſt Primò, quòd optimũ ſit alimentum, ex quo quamplurimi ſucci fiunt. Secundò, quòd multos ſuccos commouendo, ad corruptionem ipſos diſponat, etiam verſus cutim propellendo eoſdem, obſtructionem cutis augere valeat.

Caput. xxiij. De ſignis febrium orientium ab inguinum inflammatione, & eiusdem medella.

SCitote hic nos nõ agere de febribus prouenientibus ab inguinibus inflammatis ex aliquo bubone peſtifero, quẽ Hiſpani, ſecam, vocamus. Nam illæ ephemeræ non ſunt, quin febres inde orientes, peſtilentes nominãtur: non quòd calor peſtiferus, aut ſalubris dici poſsit, cùm accidens ſimplex ſit: ſed humor, quem natura febre diſſoluere conatur, tali proprietate peſtilenti affectus, febrem peſtiferam denominet, vt ſupra, cùm calorem naturalem, & cõtrarium naturæ eſſe eiuſdem ſpeciei probauimus, oſtendi, & fuſiùs in exacta phyſica, Deo concedente, monſtrabo.

Sed

Sed ſermo noſter in præſentiarum de illis febribus tractabit, quas diarias nominamus. His memor me olim vidiſſe quendam quotannis per interualla quãdoq; trium, alias ſex nonnunquàm decem mẽſium vexari: bubone inguinis & febre intra viginti quatuor horas parũ plus aut minus finita, per quandam ſimplicem citra tumorem inflammationem in femore ac crure inferiore, præſertim qua venæ inſignes patentiores erãt expanſam. Ac alios poſt etiam non paucos eodẽ modo vexatos per interualla noui: nõnullis inguem, vt præcedens æger, inflammatũ habentibus, aliis ſub alis bubonẽ & diariam febrem patientibus, per brachii inflammationem ſanitati reſtitutis. Quorũ plurimos paſſos iã pridem fuiſſe morbum, quẽ gallicũ nominamus, mihi compertũ erat.

Quibus ego nullam medellam vnquam, quòd recorder, exhibui, prætereq̃ præcipere illis optimã victus rationem ſeruarẽt: & alimẽta craſſa, & vini potionẽ per totam diẽ vitarent, ſolo iure lentium, aut pomis aſsis, vel amygdalato, & diacucurbita febrientẽ alendo. Et crurum frictione in his, qui inguina inflãmata & nõ crura patiebantur, fieri iuſſa. & brachiũ alæ inflãmationẽ patientis etiã verſus infimã manũ molliter fricare precipiẽdo. Quos euẽtus qui prudẽter proſpexerit, palàm intelliget, non ab inflammatis ſpiritibus febres illas oriri, ſed ab exiguo humore illo, quo crus, vel brachiũ, cùm deſinit febris, inflãmatur, & ardet. Nã ſi nullo alio euidentiore argumẽto Gal. Eraſiſtratios medicos non audẽtes mederi febriẽtibus per ſanguinis miſsionem redarguit, q̃ quòd natura ſæpe febres finiat per ſanguinẽ ex narib9 fluentẽ, quod inquit eſſe euidẽs teſtimoniũ cauſam febris ſanguinẽ excretũ eſſe, cur eadẽ methodo procedẽdo Gal. nõ intulit, febrẽ diariã recẽſitã ab illo humore originẽ traxiſſe (per modũ à me expoſitũ) à quo crus, aut brachiũ inflãmat, cũ eo inflãmato, febris pauſet? Præſertim, quòd plures relatarũ cũ rigore inſigni ægros inuadãt.

¶ Gale. in initio tertiis capi. primi de arte curatiua ad Glauconem ſignum harum febriũ eſſe dixit: pulſus magnos, veloces, atq; frequentes eiſdẽ ineſſe, plurimũq; caloris, cum quadã humiditate ex corporis alto emergente. Faciẽq; rubicũdã, & tumentẽ, ac vrinas ſubalbidas eoſdem habere fatetur. Quæ ſigna in febriẽtib9 ob inflãmationẽ inguinis citra manifeſtã cauſam in plurimũ certa ſunt. Nã raro inguẽ inflãmatur, niſi ſanguine pituitoſo redũdãte: quòd bilioſus ſanguis potius faciẽ, & caput, aut cutim petat, ibiq; hereſipelã procreet, q̃ ad inferiores corporis partes deſcẽdat. Relato pituitoſo ſanguine abundante, ſigna recẽſita febrẽ hãc diariã comitari manifeſtũ cuiuis eſt. At cũ à procatarctica cauſa, qualis eſt digitorũ pedis inſignis offenſio, aut ictus inguinis equũ aſcẽdendo, ſeu aliud quoduis tale, inguẽ inflãmatur, nõ neceſſum eſt, relata ſigna videri. Talis enim materia in bubone cõgeritur, qualis in percuſſo redũdat: & cũ diuerſæ tẽperaturæ percuſſorũ ſint, ſic & diuerſi ſucci inflãmationẽ cõſtituẽt. Quod Aëtius loco ſuperius citato cap. 67. diſtinguit. Medetur huic febri Aëti9 per venæ ſectionẽ. Veretur enim ipſe, vt inquit, niſi celerrimè vena ſecetur, putridã febrẽ accendendam. Quo remedio ego vterer in his, qui cõſuetã nõ habuiſſent excretionem humoris ad crus, aut brachiũ, vt illi

de quibus ſupra memini, & in illis, qui ab exteriore leui cauſa ſed graui percuſsi fuiſsét. Secus ſi ict9 inſignis nō foret, nā hos ego nō phlebotomarē. Gal. de ſanguine mittēdo mētionē nullam fecit in primo de arte curatiua ad Glauconē, contentus ſolùm vini potionem interdicere.

Caput. xxiij. De Signis, & medella diariarum febriū orientium à cruditate ventriculi. & ſibi contradicens Galenus concors fit.

Signa huius febris à Galeno & Aëtio non tradūtur, cùm quòd ex ægri relatione facilè intelligi, gen9 hoc febris queat, tum, quòd cruditates, ſiue nidoroſæ (quas fumidas, ac fuliginoſas alio nomine dixeris) ſeu acidæ ſint, per ructus deteguntur, noſcūturq;. & vt relatos æmulemur authores, ſubticere quoq; eiusdē ſigna decernimus: cōtentiq; tantū erimus, quo hæ duæ cruditates differāt, explanare. Etiā quandā leuē Galeni contradictionē exprimere. Fumoſæ ergo cruditates fiunt in ventriculis illis, qui calidi ac ſicci ſunt, quibusq; cibus paucus, aut bilioſus, aut leuis cōctionis, qualis eſt lac, aut oua tenera deuorādus affertur. Pauco enim aut leui alimēto immodicū ventriculi calorē ſuſtinere minimè nequeunte, in fumū neceſſariò eius pars, quæ tenuior, & magis aërea ac ignea eſt, cōuertitur, reſiduo in carbonis ſeu cineris formā in ventre relicto. Acidæ autem ab oppoſitis cauſis ſæpenumero prouéniunt, putà à multis & craſsis eduliis intempeſtiuè comeſtis: quæ cúm vincere, ac in totū ſuperare natura minimè valeat, ſuccus ex eodem alimento in iecur per meſenterium tranſmittēdus, penetrare ſui craſsitie, ac impuritate partiū terreſtriū non potens, in ventre (loco ſibi præternaturali) detentus, aceſcit, & corrūpitur. Non aliter, q̄ muſta extra dolia & cellas vinarias libero aëri expoſita, verti in acetū conſpicimus. Hæc, & ſi pauca ſint, ſufficienter, vt reor, diſtinctionem cruditatum duarum explicant, ac declarant. De his ergo diuerſis, ac quo quomodo contrariis ventris affectibus, prout febres diarias concitant, tractaturi, primò cauere lectori videtur, ne perpetuum eſſe putet, acidos ructus à frigiditate ventriculi ſemper prouenire, quòd quandoque immodicus calor cauſa eſt, vt alimentum in ventre aceſcat, vt cùm de affectibus ventriculi, & omnium ſingulatim membrorū, Deo concedente, egerimus, oſtendam. Secundò, quòd in totum contrariæ Galeni duæ ſentētiæ videantur eſſe prior quæ in octauo libro methodi medēdi. in principio ferme quinti capitis legitur, alia. quæ in fine eiusdē reperitur. Initiū enim quinti capitis hanc formam ſeruat. Quoniam igitur diariæ febres in propoſitis corporum temperamentis putà calidis & ſiccis ſæpenumero etiā ciborū cruditatibus ſuccedunt, proximū fuerit de ipſis diſcerere. Ergo peſsima quidē in hui9modi tēperaturis cruditas eſt, citiſsimeq; febrē accendit, in qua cibus in nidorulentā & fumoſam qualitatē corrumpitur, quādo ea quæ in acidā vertit, vt rarò talibus naturis contingit, ita minus nocet. Vnde & ſi aliquis elliceret ex acida cruditate nonnunquam febres, & ſi rarò, oboriri poſſe.

poſſe. In fine capitis contrarium eodem affirmãte, refert enim. ⁜ Quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cum acido ructu ſunt: non conſequitur. ⁜ Quas ſiquis cõcordes facere ſtudeat, non aliter melius, vt puto, quàm vltimam ſententiam non ſumendo in materia naturali, vbi indefinita. vt Logici inquiunt, æquiualet vniuerſali. Sic enim tantũ valeret vltimus cõtextus vt hæc. Nulla diaria febris à cruditatibus acidis prouenit. Quæ ſic intellecta, falſa eſſet, euentibus ſæpe probantibus, multas febres diarias ab his oriri, & Galenus ſibi contrarius maneret. Sed vt veritati, & Galeni decreto conformis ſit, hic adductus contextus in rigore Logices ſumendus erit, vt indefinita illa nõ n mate ria naturali ſumatur, ſed in contingenti. prout dicere ſolemus, homo non eſt albus. quæ non quemlibet hominem non eſſe albũ, affirmat, ſed aliquem tantùm, cum qua ſimul vera oppoſita ſubcontraria ſtat, putà, homo eſt albus. Itaque ſententia orationis ductæ hoc tantum ſignificaret, quod aliqua acida cruditas nõ procreet febres diarias. Quod nullus inficiari poterit. Neq; pigeat lectores me negotia Logices tractare. coactus nempe vindicare Galenum à tanto crimine contradicẽdi ſibi intra vnum caput, id feci.

¶ Et priusquàm de medella harũ diſtinctarum cruditatũ nõnihil referam, etiam diſtinctionem aliã earundem exprimere cogor: quã Galenus parum à principio quinti capitis octaui methodi medendi exarauit, illa eſt, quòd harum cruditatũ quælibet duplex eſſe valeat, cum adſtricta ſcilicet aluo, quæ magis noxia eſt, & cum lubrica, quæ minus grauis iudicatur: de quibus curationem hic ſcribere ſuperfluum videtur. Quanquã Galenus ſatis prolixè loco citato, & Aetius libro ſuperius dicto cap. 68. & cæteri Græci, & Arabes, ac Latini eandem ad longũ ſcripſerint. Nam ſi qui de ventriculi affectibus pertractãt, de vniuerſis cruditatibus agere cogũtur, neceſſariò de his, ad quas diariæ febres ſequuntur, tractaturi ſunt. Et cùm nos, vt ſuperius diximus, ſpeciatim de omnibus morbis ſingula noſtra membra infeſtantia ſumus ſcripturi, ſuperfluũ viſum eſt, de illis hic referre. Tantumq; quendam frequẽtem euentum referam, quo finem huic capiti imponam.

¶ Non rarò contingit poſt pharmacum ſubducẽs deuoratum, aluo ſufficiẽter expurgota, in nocte, aut die ſequente febrem cum inſigni rigore inuadere expurgatũ, qui prius non febriebat: præſertim ſi largius venter cum vllis torminibus, & teneſmo, fuit ſolutus. Quod ſymptoma parum expertis medicis terrorem ingentem incutit, & anxios de ſalute ægrorum reddit. Quòd ſæpius in iis contingat, qui, vt vitent aliquod futurum malum, pharmacum ſumpſerint: verenturque inexperti medici, ne ſibi mors illorum imputetur, quòd alias ante ſumptã potionem bene valere à vulgo credebãtur. Quibus his noſtris ſcriptis certos facio, malum hoc leuiſsimũ eſſe, & quod ſæpe ſine medella intra vigintiquatuor horas ſaneſcat, finiaturq;. Niſi in homine debili valde & peſsimorum humorum contingat. nam tunc fluxus ventris rarò ante mortem ægrum deſerit.

¶ Soleo ego in illis, quibus aluus in recenſito euẽtu remanet poſt pharmacũ adſtricta. quod rariſsimũ eſt, vſq; ad vigintiquatur horas expecta-

re,ſolo iure pulli galinacei, aut pullo ipſo,ſi debiliores huiꝰmodi febrientes eſſe,cēſeo,ad mādēdū cōceſſo, & aqua, in qua panis mica paululū toſta,macerata eſt, ad bibēdum permiſſa: tranſactoq; die febris, quod ſupereſt morbi medeor prout decet morbum,& ægri illius temperiē, alios verò, quibus teneſmus & tormina infeſtant,aut eorum alterū quod frequentiſsimum eſt, cliſteri exhordei & violarum decocto,& oleo roſato tantūdē curo. Quod ſi ſufficit. pharmacū inteſtinis hærens abſtergere,& vim eiuſdē reprimere, quia tamē iam inteſtina ex antecedente fluxu excoriata relicta imbecilla que verſat fluxum ſucipiun. ex oriza,& hordeo toſto, ac capitibus roſarum decoctum fieri iubeo, illiq; ſepum renis capræ eliquatū in ſartagine igni expoſita miſceo.Etſi valde immodicum fluxum eſſe noſco, acatiæ vnciæ dimidium diſoluo.Et hoc tantùm ægros nōnullos à morbo libero.Alios miuam,quā vocant citoniorū,ex ſucco mali citonii cōfectā ad bibendū ſummo mane exhibeo. In nonnullis, vtroque remedio vtor.Et plurimis, quibus robur virtutis ineſſe intelligo,ſolam decētem victus rationem præſcribendo ſine vllo medicamēto quouſq; dies naturalis pertranſeat,deſtituo. exiſtimans febrem ſua ſpōte deſiturā, & ventris fluxum illis conducere. Et ſemper relato ordine ſeruato,ad votum res hæc ceſsit, pro quo Deo ingentes ago gratias.

¶ Et quia noſtri moris eſt, elicere vndecunq; poſsimus,quicquid ad illuſtrandum veritatem noſtrorum decretorum conducit, ideo in memoriam legentium hæc, reuocare placet,quòd euentus horum febriētium, rigore præcedente ſatis pellucidè doceat, ab ſpiritibus inflammatis impoſsibile eſſe has febres originari.ii enim cùm inflammātur, minimè rigorē inferre valent, quin inſignem ardorem, vt & ruſticani adhuc homines de hoc conſulti verè teſtarentur. De quibus plura dicere non placet,quòd cùm de febribus putridis egerimus, quæ rigori, & tremori, & palpitationi attinent fuſsè ſcribemus.

Caput.xxiiij.Signorū & medellæ diariarum febriū ex laſsitudine orientium.

AGitari inter medicos non exiguàm litem, cùm inquirunt eſſe affectus huius, quem laſsitudinem nominamus,docuit Galenus cap.10.ſecundi libri de ſimplicium medicamentorum facultatibus.Aliquos enim putaſſe articulorum eſſe ſiccitatem,originantem ex motionibus immodicis refert. Alios contra quam hi, humiditatem multam, & tenſionē, & caliditatem fluxione nimirū partibus vehemēter agitatis effuſſa. Alios non humorum multitudinem, ſed qualitatem ſolam cauſari. Quorum quid verum ſit, præſens locus explicare non poſtulat: ſicut neque inquirere,an tres tantùm laſsitudinum differentiæ ſint,vlceroſa ſcilicet,& extenſiua, ac inflammatoria: aut quarta his ſit addenda, vt aliquos opinatos fuiſſe reffert Galenus lib.3.de ſanitate tuenda. Quod enim hic diſcutere nitimur, tantùm eſt, ſigna, quæ comitantur febrem diariam, orientem à laſsitudinum quauis, ac febris huius medellā.

Primū

Primum ergo ſignum morbi iſtius, vt Aëtius cap.59.libri citati ſcribit, eſt.habere hos febrientes cutim ſicciorem., quàm, qui ex alia quadam diaria febre laborant. Quod verum in plurimum eſſe,exiſtimo. Nam et ſi qui lugent, triſteſque ſunt, & qui inediam, ac vigilias diu perſeuerantes patiuntur,& ſoli expoſiti, & alii ab exiccantibus cauſis ſebrientes ſicca cuti ſint: non tamẽ ſi cætera ſint paria,relati affectus æquè tam in duratione,quàm in intenſione,vt laſitudo ab immodico exercitio oriens exiccare valebunt,quòd motus exercitatorum nõ tãtúm partes exteriores hominis calefacit,vt ſol, verùm & intimas.Etiam diutius durare valebit, qui exercetur, ſi quietem aliquam intermittat,q̃ triſtis, & famẽ patiens.Qui enim triſtes immodicè ſunt,& ſi intermiſsionem vllam efficiant, intra non plures dies intereunt.vt quoque fameſcentes. Exercitati tamen immoderatè, dum ab exercitio pauxillum pauſent,diutius multò,quàm triſtes, & omnes alios affectus tolerantes,viuere valent. Vt Tabellarii,equis ſubinde poſitis, in diſtantiſsimas regiones ſine inſigni damno iter currendo agentes,oſtendunt. Neq; immeritò dixi ſuperius, in plurimum hos ſicciores reliquis fore,quòd ſciam, nõnullos pituita redundantes inconſuetosq; exerceri,cùm primùm exercentur, ac laſſantur, febri diaria ſtatim corripi: qui potius cutim humidam ex eliquatis per calorem excitatum ab exercitio habituri ſunt, quàm ſiccã. Cuius rei Aëtius in præſenti loco meminit, dum dixit. ⁂ Qui verò non nimium fatigati ſunt, his humiditates quædam, aut vapor calidus ex profundo effertur. ⁂ Pulſus horum eſſe magnos, notiſsimã cauſam habet, quòd labor vnde laſsitudo orta eſt,calorem auget, qui,viribus non deficientibus,poſcens refrigerari,vtGalenus inquit,in magnas veloces,& frequentes diaſtoles, & ſyſtoles ſe attollit,& deprimit.

¶ Mederi his febrientibus conſulit Aëtius per iniunctionem totius corporis cum dulci oleo, & poſtea aquarum dulcium lotione. At ego, qui ob ſuperius dicta non auderem, in balneum iubere huiuſmodi febrientes deſcendere, inunctione ex oleo facta vterer,quia hæc prodeſſe citra incommodum valeat. A balneis tamen ægrum abſtinerem, & diu quieſcere eundem,non præciperem: quin,ſi res poſtularet, ablata febre, iterum eodem exercitii genere vti iuberem. Salubre enim hoc noſtrum conſilium eſſe, ſoli illi ignorare poſſunt, qui id agere non conſueuerunt: reliqui nempe omnes experiuntur,cùm primũ è domo propria proficiſcuntur, cùm iam diu eſt, quòd iter nõ egerint, in illa priori die quammaximè laſſari, aliquosq; febrire: in ſequentibus itineris diebus verò,aut parum, aut nihil defatigari,quòd humor eliquatus ex motu, qui ad articulos deferebatur,& laſsitudinẽ inferebat, perſeuerãte motu, in vapores diſcuſſus deliteſcat, & abſumatur. Mihi enim ipſi proficiſcenti Madritum, vbi tunc Imperator ac filius eiuſdem aderant,accidit, in ea die, qua profectus celeri curſu veſperi è Methyna duelli fui, corripi in Areualo oppido diſtanti leucas ſex à Metyna, quodã inſigni rigore, ſtatim vt thorum ſum ingreſſus, quem febris ſecuta eſt.Et cùm vererer morbum futurum periculoſum, recumbens agebã mecũ de reditu in propriam domum. At per duas horas

ante diluculũ excitatus, melius me habere ſentiẽs, comiti dixi, vt equos ad proſequendum iter ornaret. Miratusq; ipſe tam celeris mutationis eius, quod priusquam dormirẽ, decreueram, iuſsis obtemperãs, equos diſpoſuit. Ac meum equum conſcẽdens, dixi. Iter curſim, vt die præterita agamus: nam multò me leuiorem ſentio, quâm cùm profectus à Methyna ſum. Calcaribuſq; ventribus equorum adactis, Madritum ingreſſus, bene valui: & nulla ſuſpicio reditus febris vnquam me vexauit, quòd conſcius mihi forem, valetudinem meam non fallacem, ſed hominis bene in totum valentis eſſe. Quem euentum duxi, vt per eũ noſcatis, febrem, qua tunc ſum correptus cum rigore inuaſiſſe, & parum plus, quàm per quatuor aut quinq; horas in vigore duraſſe, & putridã neque ephemeram à Galeno & ſuis ſequacibus vocari nõ potuiſſe, quòd rigor ille ab humore commoto, & non putri, vt poſt dicemus, ortum traxerit. Quo conuincendus Galenus foret pro huiusmodi febribꝰ aliam nouam ſpeciem confingere vltra diarias, putridas, hecticasq;, aut fateri febres diarias non fieri, vt docuit. Sat hæc pro nunc ſint, & ad aliud genus ephemerarum medendũ tranſeamus.

Caput. xxv. Signorũ febrium prouenientium ex immodico ſolis ardore.

QVi ſic febricitant, nullis ſignis peculiari capite ab Aëtio diſtinguuntur. Sufficere enim exiſtimauit ſciuiſſe ex ægri aſſertione, quòd pridie, aut eadem die, qua febre corripitur, ſoli, fuerit expoſitus. Verum cùm ſæpe contingat multis, qui iter ſub vigenti ſole egerunt, febribus ex diſtillatione, aut inflammatione, ſeu tertianis, ſiue continentibus corripi, vtile exiſtimaui aliqua peculiaria ſina, quibus à prædictis hæc diaria febris diſtinguatur, ſcribere. Quorum primum eſt, cum vehementi capitis dolore hanc in plurimum inuadere, ideo quòd ſolis ingẽs calor humores omnes calefaciendo, leuiores efficiat, & caput petere cogat, ipſũque pronum ad eoſdẽ ſuſcipiendũ calor ſolaris redegerit. Secundum ſit, quòd ſæpe diſtillatio ſimul & febris inuadant. Nanque eliquati humores vi ſolis deorſum verſus ruũt: quandoq; in Thoracis regionẽ: nonnunquam per ceruicem & dorſum, rigoribus nonnullis tunc cùm per dorſi partes humor defertur, vexatis febrientibus. Tertium erit tunc ſigna inflammationum deeſſe: nam ſi hæc adſunt, iam certiores facti erimus, quòd febris diaria non ſit. Quartum. Nonnullis horum oculos ſiccos reddi, aliis rubentes fieri, prout caput plurimis aut paucioribus redundat ſuccis. vbi enim pauci ſunt, oculi ſicceſcunt: verũ vbi multi, oculi rubentes fiunt, ingens ſitis plurimos horum vexat, quòd pulmo ex aëre calido inſpirato, calidus redditus ventriculi os calefecerit, & exiccauerit: niſi cùm pituita aliqua ex capite defluens, ipſum infrigidauerit, & humidum reddiderit. Neq; verum eſt, quod Auicena fen. prima quarti. tracta. 2. cap. 38. inter huius febris ſigna ſcripſit, hoc eſt. ⁂ Et eſt huius febris habitudo contraria ei, quæ eſt ex cutis denſitate. ⁂ Per hæc verba, vt ex antecedentibus elicitur

citur

citur,volens innuere,quòd in hac febre nō ſit adeò ingens ſitis,vt in his, qui propter obſtructionem cutis febriunt: quia calor in habentibus occluſos meatus cutis,interius vigoroſior ſit, quàm in febrientibus vi ſolis. Quod,vt dixi, à vero alienũ eſt. Tũ, quod ſolaris calor multò plus poſsit calefacere exteriora, & interiora, quàm fuligines in corpus incluſæ,cùm fuligo terreæ ſubſtantiæ ſit,vt in principio huius libri oſtendimus,quàm etiam,quòd ſolaris calor aërem,qui deuoratur,calefaciẽdo, & exiccando multò plus cor & pulmonem calefaciet, quàm fumi exire per cutim prohibiti. Prope enim cutim detenti, & non in alto corporis delati, multò minus calefacient,quàm Auicena exiſtimauit. Porrò crediderim ego, quòd etſi cordi proximi fierent, cordis calorem potius extinguerent, quàm augerent, vt fumi obruentes exteriores flammas probant.

¶Medellam febris huius fieri per res infrigidantes, & humectantes tã Aëtius quàm Auicena præcipiunt: Præſertim oleum omphacium roſatum, quod capiti ad mouendum eſt. Aëtius infrigidari iubet in ſaliẽte frigidæ aquæ, quod idem eſt cum ſcaturigine aquæ frigidæ,ideſt,cum aqua frigida, quæ ſpõte ſurſum verſus ex fonte oritur, vt in Hiſpania prope portum balnei in origine fluminis,cui nomen,Corpus hominis, eſt,contingit. Et adhuc cũ niue reddi oleũ prædictum capiti apponendum, frigidũ, relatus author & Galenus conſulunt. Auicena vlterius progreſſus,non tantum capiti, verũ & pectori oleum,vt dixi, infrigidatũ admouere audet,deceptus, quòd putauerit, diariam febrem fieri, vt Galenus docuerat.Cuius conſilium vt pernicioſum vitare conſulo. Nã ſi febris hæc originem ab vſtis pauxillis humoribus, aut vaporibus & fuliginibus trahit,per modum, quẽ nos ſæpius ſupra explicuimus,& natura hanc morbificam cauſam febre extirpare conatur, pectus relato oleo inunctum, inſigne impedimentum reſolutioni humoris, aut vſtæ fuliginis neceſſariò erit. vnde durationis & perſeuerantiæ febris admotio illa etiam cauſa erit.Et ne dum huius incommodi præceptũ Auicenæ occaſsionem eſſe, ſuſpicarer ergo verùm quòd relati vapores aut humores exire prohibiti, propter cutis pectoris denſitatẽ,in magna vaſa & cor repulſi inficere ſanguinem valeãt,& febrem, quæ aliàs vnius diei futura erat,continentem & per multos dies perſeuerãtem efficiant: & vbi vires imbecillæ ſunt, interficiant.Nempe quanuis cõtingat multis curatis recenſito oleo pectori admoto ſaneſcere, quòd virtus fortis ſufficiat ſuperare adeò leuẽ morbũ,& errores ab indoctis medicis cõmiſſos corrigere. non ob id audere peritus & rationalis medic9 debet, vti præſidio aduerſo naturæ prudẽter operanti. Ipſa enim febris fuligenes per ſudorem, aut rorẽ,vt cùm de ſignis eius fuimus loquuti, diximus, finit, & in totum à corpore eliminat.Quo ergo modo noſcere prudens medicus nõ debet, quòd quæ hanc difflationem prohibent, noceant. maximẽ quòd Galenus in medella illa, quam ex primo artis curatiuæ ad Glauconem duxi, balneis vti hos febriẽtes præcipit,æmulatus vt prudens medicus naturam ſudoribus hanc febrem finientem. Neq; etſi prohibuerim olei frigidi inunctionem pectori fieri, ideo inferendum eſt,perfundi caput ex alto re-

to relato oleo, vt Aëtius iubēbat, à me vituperari. Eſt enim adeò verenda cerebri inflammatio ex delatione humorum caput verſum petentium, propter leuitatem, quam ex calefactione ſolari acquiſiuerunt, vt cautè prouiſum ſit oleo repellente ipſum perfundere. Cæterum de aqua dulci tēperata, qua lauari vniuerſum corpus febrientium hac febre Aëtius & Auicena imperāt, fulti authoritate Gale.8. methodi medendi.cap.7. rationi conſonum eſt. Nam ibi ſic inquit. ※ Vſtio verò protinus ab initio refrigerationem deſiderat, tum crebriorem lauationem. ※ In verbis his nihil aliud exprimere cupiens Galenus, q̄ quòd hi ægri lauentur aqua ipſos refrigerante: quod per aquam temperatā, aut temperamento per calorē pauxillum diſtantem commodè fiet, cū quæ remiſſe calida ſunt, admota ardentibus ex ſole, ipſos temperent, excretione vaporum aut humorū vſtorum, potius lotione huiusmodi aquæ adiuta, quàm cohibita. Nempe tenuis valde ſuccus, aut humor in exiguis corporis foraminibus imbibitus, per halitum, aut ſudorem expelli minimè valet, qui craſsior per temperatam, aut parum calidā aquam redditus, faciliter in vtrūq; verti eſt aptus. Neque inde auſurus aliquis eſt, actu frigidis vti, propter incommodum, quod inde ſequi diximus, cùm Auicenam parum ſupra increpauimus.

¶ Si memores eſtis, in his, quæ antecedunt, diximus, quòd quàm parū ægrotanti interſit medicum curationem febris diariæ omittere, ſi indubiè ſciret, vltra diem ipſam non tranſgreſſuram, verùm quòd incerta ſigna, quibus dignoſcitur, ſint, ideo conducere medellam talem adhibere huic febrienti, quòd ſi fortè erratum à medico in cognitiōe ſit, ex medicatione error nullus committi valeat. Quam methodū quomodo ſeruare oporteat, non paucis curationibus febrium diariarum à diuerſis cauſis orientium expreſsimus. Et quanq̄ tam ab Aëtio, quàm Auicena complura alia harum febrium genera ſcribantur, atq; medicentur, non tamen eos ſequi viſum, tam, quòd plures earum, vt quæ à diſtillatione, & ventriculi cruditate, ac aliis cauſis in morbis particularium membrorum medicāda ſunt, q̄ quòd methodis à nobis in præteritis traditis quantunuis rudis medicus omnibus aliis opem ferre facillimè valebit. De negotio ergo hoc plura quàm quæ ſequūtur, ſcribere foret ſuperfluum.

Caput. xxvj. An trāſitus febris diariæ in putridā vt hucuſq; opinabatur, fiat, examē. etiam qualiter de inceps febres quæ putridæ dicebantur, vocandæ erunt. neque non quod nomē hecticæ ſortientur.

SOlēt medici in codicibus agentibus de ephemeris febribus, peculiaria capita ſcribere de ſignis febrium diariarum tranſeuntium in putridas, quòd putēt febres ephemeras ab ſpiritibus, putridas ab humoribus, hecticas à membris inflammatis oriri. At cùm nos palàm oſtēderimus, vana hæc omnia figmēta eſſe, incaſſum de his caput vllum ſcribere viſū. Solùm enim ſufficere exiſtimauimꝰ cautū facere lectorē, quòd poſsibile,

bile,ac perq̃ facile ſit, febrem, quæ
vniꝰ diei futura erat, in multos dies
per indecẽtem ægri cuſtodiam quã
doq; pro trahi. Nõ aliter, quàm pau
co humore,aut vaporibus,qui vale-
rent per calorem febrilem viginti-
quatuor horarum diſcuti,ſi quæ de
cebat victus ratio obſeruaretur,inſi
cientibus ſic reliquos humores, vt
ex eis tam ingens copia vitiata eua-
dat, quòd abſumi per relatum calo
rem nõ niſi in multis diebus poſsit,
cùm facultas expultrix valida fue-
rit: nempe ſi imbecilla fuiſſet,nimi
rum quòd in interitum ægrum vi-
tiũ illud impuliſſet. Qua de re dia-
rias febres per ſpatium.72. & adhuc
plurium horarum nonnullos æ-
gros vexare, vt Galenus in primo &
2.cap.9.methodi medendi dixit,va-
num exiſtimo. Si enim diaria febris
à putrida per alia diſtingui, quàm
per maiorem aut minorem copiam
humorum vitiatorum aut fuliginũ
non valet,vt cùm non multùm poſt
huius operis exordiũ Galenum in
reddenda cauſa ephemerarum in-
crepantes oſtendimus. nominare e-
phemeram, quæ materiam tantam
diſcutiendã habet,vt minus, quàm
intra trium dierum ſpatium abſu-
mi non valeat, error manifeſtus eſt.
in quẽ ipſe, & cæteri, q̃ ipſum ſunt
ſecuti,inciderũt,quòd finxerint, vt
diximus, ab ſpiritibus inflamatis re
cenſitam febrem vocatam diariam
oriri,& putridas ab humoribus,ne-
ſcientes poſt prædictas falſas hypo-
theſes ic à mille inconuenientibus,
quæ ſequutur,extricare,vt,qui cita-
ta duo Galeni capita legerit,intelli
get. Nam ſi rationes noſtræ, quibus
eſſentia ephemerarum opinatam à
Galeno exploſimus, menti eiuſdem
aut vllius ex his, qui ipſum ſunt ſe-
cuti, occurriſſent, in tam enormes
errores, quales dictatos relinquerũt
non incidiſſent,ac me à præſenti &
præterito labore atq; ſequenti vin-
dicaſſent.Compellor enim de febri
bus plurium dierum, quas in pu-
tridas & hecticas quibuſdam mini-
mè ſibi conuenientibus differentiis
prædeceſſores noſtri diſtingũnt, tra
ctare. & medellam earum præſcri-
bendo,imprimis eſſe horroris, & ri
goris, ac eiuſdem cauſas exponere.
quòd ſymptomata hæc ſæpe inua-
dere correptos febribus pluriũ die-
rũ ſoleant. Deinceps enim eas,quas
putridas antiqui nominare conſue
uerant, febres plurium dierum no-
minabo. Et hecticas vocari ſolitas,
habituales appellabo : vt prudens
Lector audita diuerſa nomenclatu
ra,excitetur,& ſcire cupiat, cur mu
tata antiqua nomina ſint. Et vt hoc
diſcat,expoſitionem noſtram ſuper
Codice Galeni de inæquali intem-
perie, & antecedentia illam legat,
indeque reſipiat, & veteres errores
exuat.

Caput. xxvij. Horroris, & rigoris eſſe, & cauſæ, in his, quæ in hoc capite ſcribũtur, exprimentur. Vnde tremoris quoq; eſſentia nota euadet. & Galeni errata in hoc negotio explicabuntur.

HOrroris & rigoris
eſſe,& cauſas expli
caturus, vt æqui-
uocatio diſputa-
tionem præſentẽ
confundere nõ va
leat, nominum horum ſignificatũ
in primis exprimere videtur, ne ſi-
quis nobiſcum conſentire nolit, oc
caſionem ſibi arripere inde valeat,
quòd dicat, non vocare illud ſym-
ptoma,quod nos rigorem, aut hor-
rorem

rorem dicimus ſic,ſed aliter, ac tali aſtu vim noſtrarum argumentationum fugiat. Et cùm præſens ætas à nullo authore interpretationem harum vocum libentius ſuſcipiet, quàm à Galeno, ipſarũ finitionem, relictis innumeris aliis locis, in quibus eſſe horum affectuum explicare,eſt conatus, ex cap.ſexto. libri de palpitatione,tremore,& rigore ducere viſum,& quæ de his illic dixit, in hunc modum habent. Num verò rigorem frigus cum dolore finiẽtes,rẽ totam aſſecuti ſumus, aut quicquam deſit? Non enim quicunq; hoc pacto rigor fortè finiendus eſt. In valetudinariis profecto non idem rigere,horrere,frigefieriq; dicas. Acceſſum exacerbationis nãq; ſæpe dicimus,cum rigore huic, horrore alii cum frigore ſolùm acceſſiſſe. Nominumque eiuſmodi vſum paſsim per volumina medicorum omnia reperias, vt niſi quis quaſsatione,atq; agitatione frigeat, rigere non appelles. Sed vbi rigor nominãdus ſit, difformem & inuoluntariã motionem adeſſe ſit operæ pretiũ: quod hac vacat, niſi ſuperficiem etiam impariter commoueat, dicũt frigefactionem. Quod ſi hanc per aliquas acceſsiones turbet & concutiat,reliquo nõ moto corpore,horrorem nominãt: vt ſolius cutis horror eiusmodi affectio exiſtat, ſicut rigor vniuerſi corporis, in valentibus autem aliter rigorem appellamus doloroſam omnem infrigidationem. Si autem more morbi accidat, rigoris nomine cenſere nõ eſt ſatis, ſed corporis totius agitationẽ addere eſt operæ pretium. Quo ducti aliqui, rigorem cum infrigidatione tremorem appellarũt, & quidem minimè ſunt interpretati. Nõ enim dicendus tremor eſt, ſed agitatio inuoluntaria,pugnáue, aut quaſſatio, vel aliud id genus nomen inueſtigandum. Tremoris quippe nomẽ proprio eſt affectui aſcriptũ. Quibus verbis non vnicam definitionem Galenum rigori dediſſe cõſtat,ſed duplicem, alterã rigori inuadẽti valetudinarios, aliam ei,qui infeſtat ſanos. In priori quaſſationẽ atque agitationem, id eſt, difformẽ & inuoluntariam motionem frigẽti aduenientem,rigorem vocitat. In poſteriori doloroſam omnem infrigidationem, rigorem dicit. Cuius vltima verba ſi in ſenſu logico ſumerentur,notoriè falſa eſſent. Nã manus, aut pedis tãtùm doloroſam infrigidationem, rigorẽ nullus vnquam nominauit,niſi membra hæc concutiãtur. Sed ego has nenias minimè curo, ſed tantùm quæ magni momenti ſunt, reprehendere ſatago, vt falſum eſſe aliorum dogma, oſtendẽdo,noſtrum verum eſſe, manifeſtè dignoſcatur, & incommoda quæ ex fide collata veteri errori ſequi aſſueuerant,vitari queant. Vt ergo hoc, quod referimus in præſenti negotio exactè aſſequamur, neceſſum eſt cauſas rigoris, quas putat Galenus, & quotquot eum ſunt ſequuti,ex eodẽ referre,ac poſtea euidentibus tationibus mõſtrare, quæ ex illis (ſi vllæ inuẽtæ hucusq; ſunt) cauſæ dici verè poſsint, ac quæ falſò tales nominentur. Et quòd innumera loca ſint, in quibus de huius ſymptomatis cauſis Galenus ſcripſit,& ferme tot variæ ſententiæ de illis ab eodem exaratæ reperiũtur. Ideo potiores explicabo. illis enim, futiles eſſe,oſtenſis, faciliter ex noſtris rationibus aliæ,quibus reliquæ confutentur,elici poterunt. In primis omnibus notum faciendo,verũ eſſe, quòd Galenus in contextu citato de

to de

to de horrore, quem interpretes Arabum horripilationem vocant, dixit, ipſum ſcilicet à rigore non differre, niſi quòd mitius ſymptoma, q̃ rigor ſit, Prioremq; ſententiã, quã ſcribere placuit ex ſecundo libr. de ſymptomatum cauſis cap. 5. elicui: ibi enim de tertia ſpecie laſitudinũ loquendo Galenus quæ ſequuntur ſcripſit. ※Tertia laſsitudo, ſub qua ſe oſtocopo, id eſt, oſsium dolore laborare loquuntur, ne minimũ quidem motũ ſuſtinet, ſentiunt tamen quos ea male habet, manifeſtũ calorem, vnà cum de morſu, & tenſione: vitioſo humore in totam animalis molem ampliter transfuſo: eorum verò qui hac laborãt, nemo pandiculari tentat: vt qui omnem motum formident. In reliquis duabus laſsitudinibus, quarum alteram vlceroſam, alteram tenſiuam nominare ſolent, fit etiam talis aliquando motus: cum videlicet vel exiguæ omnino ſunt, vel ex flatuoſis & halituoſis excremẽtis proueniũt. Quippe ſi vlceroſa laſsitudo maior euaſit, nec qui ea laborant, motum vllũ ſuſtinent: ſed dolorem veluti vlceris per corpus ſentiunt, horrentq;. Quòd ſi augetur ſymptoma, ad horroris affectum propè proueniũt: quippe ſub hoc horrent priusq̃ etiã moueantur. Tanquam autem cùm vlceroſus ſit ſenſus, quoties mouentur horrent, magiſq; ſi vehemẽtius: ſic horroris affectus cùm in motũ agitur, concutientem rigorem efficit. Hæc nanq; omnia ex mordacibus oriuntur excrementis. Differũt inter ſe, tum excrementorum multitudine, tum motu. Præterea quòd excrementorũ, alia magis ſint mordentia, alia minus, & quod corpus laborantis vel non facilè afficiatur, vel imbecillum ſit, vel acuti natura liter hebetiſue ſenſus. Nam quod acuti ſenſus eſt, & imbellum, etiam ex leuiſsima cauſa dolet: contra quod valentiſsimum nec facilis ſenſus eſt, magnã cauſam ad talis ſymptomatis generationem requirit. Vtrum ne igitur in iis ſolis: an etiã in mouẽdo, aut non mouẽdo: præterea quod mouetur, in eo quod vel celerius, vel tardius mouetur, plurima eſt in ſymptomatis differentia. Ac mihi quidem ſic videtur: eundemq; hominem ſicuti quieſcentẽ quidem ſolam inæqualitatem ſentire, ita motum horrere, & exercitatum rigore concutiẽte vrgeri. Ideoq; & medici iis qui ita laborant, experientia docti, conſulunt, ab omni motu abſtineant. Iam aliquos qui cruditate laborãt, ſcimus cùm quieuiſſent nullo affectos dolore, cùm balneum fuiſſent ingreſsi, aut in ſole ſtetiſſent horruiſſe: atq; hoc magis, ſi ſe exercitaſſent. Nam & ſol & balneum, & exercitatio, excrementa, quæ prius quieuerant, calefaciẽdo, attenuando, ac in ſpiritum vertendo, ad motum excitant, quemadmodum & ex animi affectibus iræ: ex quibus & admodum excitantur excrementa quæ prius quieuerant calefaciendo, attenuando, ac in ſpiritum vertẽdo. Nec mirum corpus cùm excrementa quieſcunt, minus dolere: cùm mouetur, & magnopere angi, & vibrari, & cõcuti, horrẽs ſcilicet, ac rigens, & febricitãs. Quãdo etiam dura corpora quæ oculis incidunt, cõniuentibus nobis palpebras, & particulam ſub quiete habẽtibus, vel parum omnino, vel nihil contriſtant, mouentibus vix tolerabilem afferunt cruciatum. Sed & citra exemplum ex ipſamet re inuenias licet, motam cauſam, quieſcente magis eſſe infeſtam: quoties videlicet

licet agitur per corpora ſenſibilia, veluti in oculis eſt propoſitum. Neq; enim de ſuccis, qui in venis & arteriis fluũt, eſt diſputatio, ſed de his qui in carnibus ſunt, & toto corporis habitu. Quoties igitur aliud per hæc violenter agitur, ac ad cutim defertur, neceſſe eſt dum carnem cutimq; permeat, omnia in quæ incidit, pungat, ſtimulet, diuidat, ac vulneret. Quòd autem omnis mordax & dimota cauſa, ſiue ea calida ſiue frigida ſit, animal in horrorem ac rigorem ducit, primum quidem ex talibus intellexiſſe licet. Si ſano corpori feruẽtem aquam ſubitò infundas, aut ignis ſcintillas incutias, ſtatim horrore vexabitur. Iam cùm vlceratæ particulæ cauſticum medicamẽtum imponitur, primùm quidem horrent, deinde rigent, mox etiam febricitant nonnulli. Quid quòd tertianæ febres, quæ omnium febrium maximê bilioſæ calidæq; ſunt, omnino maximè horrore infeſtantur? Quantoq; ſynceriores tertianæ ſunt, tanto etiam rigor in eis incidit vehementior. Quinetiam cum qui ardente febre laborat rigor ſuperueniens à morbo liberet Hippoc. ait, quoniam ſcilicet bilis, quæ prius in venis errabat, à natura decretoriè per carnẽ ad cutim traditur: ergo motus eius delationisq; quæ per ſenſibilia corpora agitur, ſimul & ſymptoma & ſignum, rigor eſt. Quinetiam ſudãt deinde, qui ita ob riguerint, vacuataq; iis bili, febre liberantur. Interim verò, vbi nõ ad cutim, ſed ad interiora loca bilis impetum capeſsit, per vomitiones ſimul & aluum vacuatur. Non raro autem ſimul intro foraſq; eodẽ die eſt delata, ita vt & ſudata ſit, & vomita, & deiecta. In quibus verbis ſatis palam cauſam, quam Galenus opinatus eſt, rigoris eſſe, expreſsit. Quæ in compendium reddacta, nullam aliam niſi frigiditatem & delationem humoris acris & mordẽtis ſupra carnem cutimq; eſſe perhibet. Credit quippe ipſe, quòd vt aqua feruenti ſubitò ſuperaſperſum ſanum corpus horret, ac cõcutitur, ad excernendum quod moleſtat, ſic caro muſculoſa & cutis cùm humoris ſupra ſe delati vim mordacẽ percipiunt, concutiantur. In quem errorem quomodo Galenus inciderit tantò magis admirari ſubit, quãtò plus eiusdem ſententias ſufficere eũdem excitare noſco. Quis enim niſi lethargo oppreſſus, euentu (quem ipſe recenſuit) cauſtici medicamenti rigorem cum vulneri imponitur inferentis & mox febrem, non reſipiat, vt aliunde quàm ex delatione humoris mordentis ſupra carnem, quæ concutitur, rigorem fieri intelligat? Nempe ſi verum eſſet, quòd humores acres delati ſupra cutim & carnem rigoris cauſæ ſint, quòd membra illa, ſupra quæ incidunt, conentur per concuſsionem eos à ſe excernere: impoſito vulneri cruris, aut pedis. aut alterius mẽbri particularis cauſtico medicamẽto, brachia & totum corpus rigere non debuiſſent: ſuffeciſſet quippe partem vlceratam rigere, vt mordax medicamen à ſe propelleret, reliquo corpore quieſcente, immobiliq; manẽte. Sed hoc non accidere Galenus fatetur: quin quòd totum corpus impoſito cauſtico vulneri, cõcutiatur, pandiculetur, & vibretur. In aliud ergo principium hic inordinatus motus reiiciendus ab eo erat. Etiam nouit ipſe libro & capite citato. & in lib. de palpitatione, tremore, & rigore cap. 7. cum dixerit. Auſcultatio etiam horrenda, & ſpectacula horrorẽ

horrorem fecerunt,quandoq; & rigorem. ⁂ Timentes & agonizãtes tremere, & quod nequaquã ab acribus ſuccis prouenire tremor vel rigor ille quiuit, nec quòd imbecilla facultas motrix eorundem non valeat membra hominis,qui ſtat, & timet,ac tremit,gubernare,cùm experiamur iacentes in toro, vel in ſolo vbi membra reclinata nulla vi motrice indigent,viſis inimicis timere & tremere. aliam ergo cauſam huius rigoris inueſtigaturus erat, quã cùm inueniſſet, exactè nouiſſet, rigoris verã cauſã,& quã fingit exploſiſſet. Credidit quoq; ipſe humorũ mordacium motum ſupra mẽbra muſculoſa cogere ea rigere, quæ alas immota mãſiſſent.Et huius oblitus,ſtatim dicit, naturam motu cõcuſsiuo muſculorũ conari propellere ac excernere à carne ſuccos erodentes:non aduertens, quòd concuſſiuo motu muſculorũ poti9 natura rigorẽ augeret,plus agitãdo humores,q̃ rigori mederetur. Non enim extra cutim ſiti ſunt,vt propulſu,& vibratione decidere queãt: neq; qui rigent,calent,vt calore ſucci infeſtãtes in halitum diſcutiãtur: quin in membra ipſa per talem cõcuſsionẽ magis ac magis imbiberentur,& rigor rigorem ſemper augeret: neque eſſet dabilis rigendi finis, quòd in alias & alias partes humor permeando, ſemperq; inæqualem temperiẽ gignendo, doloris, & rigoris cauſa perpetua futurus erat.

Hyp. decretũ quo Gale. increpatur.

¶ Certè quod ex.58. 4. libri Aphoriſ.Hippo.citatur,& Gal. in expoſitione illius recenſuit, nõ exiguum lumen collaturũ ipſi erat,vt videre minimè lipientibus oculis valeret, veram rigoris cauſam, nõ eam eſſe, quam fingit.Sententia Hippo. hæc eſt. ⁂ A febre ardente habito,rigore ſuperueniente,ſolutio. ⁂ Et cõmenti cõtextus qui ſequitur, ⁂ Oſtenſum enim eſt in ſermone de rigore,ob flauam bilem, quæ per mẽbra ſentiẽtia veloci motu defertur, fieri rigorem: poſt quem videlicet & alui abſoluuntur,& ſudores,& vomitus bilioſi ſuperueniũt. Bilis igitur ex qua febris ardens habuit ortum,expurgata, ſoluitur febris. ⁂ Nam ſi ideo quòd bilis, quæ expurganda per ſudorem erat,in carnem muſculorum prius excreta mordẽdo rigorem efficeret, non ſolùm in ardẽti febre cùm ſudor ſuperuenit, rigor oriturus erat, verũ in quouis alio morbo pendẽte ab humore bilioſo finiendo criticè per ſudorem, etiam rigor viſendus eſſet,quod nullus experitur.Conſequẽtia eſt nota: quòd etiã bilis tunc ad cutim delata priuſquã in ſudoris formã redigeretur, muſculoſam carnem mordendo,rigoris cauſa velociter mota futura erat,quòd Criſis, vt Gale. 13. Aphoris.ſecundæ refert, ⁂ Iudicatio eſt ſubita in morbo, vel ad ſanitatem, vel ad mortem mutatio. ⁂ Porrò ſi ideo quòd ſudorem ſequi rigorem huiusmodi Gale.nouit, intulit à bili mordẽte muſculos rigorem fieri,cur etiam non eſt ſuſpicatus à bile rodente inteſtina, aut ventriculum,rigorem proueniſſe, cùm etiam ventris fluxus,& vomitus, vt idem Galenus fatetur,rigorem relatum ſubſequantur?

¶ Etiam morſus ille, qui in carne muſculorũ à bili fit, potius duplicẽ cõuulſionem(quã tetanum Gal.cõmento,7. quarti lib. Aphoriſmorũ nominat)producturus erat, q̃ rigorem.Nam membra hæc noſtra, quibus voluntarios motus exequimur, duplici genere muſculorum mouẽtur,altero interiore, alio exteriore.

Brachium enim, vt ſe ad corpus fle
ctat, muſculis, qui ſunt verſus corp9
ſiti, in ſuam originem retractis, cor
pori ſe applicant: econtra verò cùm
hic ſitus diſplicet, oppoſitis muſcu
lis. puta extrinſecis humerum ver-
ſus compreſsis dilatatur, & porrigi
tur. vt Gal. in pri. lib. de motu muſ-
culorū retulit, vbi non nulla taxari
digna, ab eodem ſunt aſſerta. Modò
humore mordente delato, non plus
in extrinſecos, quàm in intrinſecos
muſculos, ſed pariter in vtroſq;, cō
pellendi vtrique æquè erant verſus
ſua principia retrahi, pariterq; am
bobus tenſionem procurantibus, ne
ceſſum erat, membrum rectum eua
dere. Sed rigentibus hoc minimè cō
uenit: quin mēbra inceſſanter nunc
verſus internas corporis partes, nūc
verſus externas vibrari, ergo rigor
non inde fit: vnde Galenus dixerat.

¶ Sat hæc ſunt ad improbandum
hāc, quā adduxeramus, ex Gal. ſentē
tiā. Verū quod, vt retuleram, nō tan
tū rigoris vnicācauſam fore ipſe eſt
opinat9, quod de rigore cōſono præ
teritæ cauſæ Gal. dixit, referre nolo
ne chartas cōſumā, adducēdo innu
meras eiuſdē ſententias tā ex lib. de
ſympto. cau. q̄ ex cōmētariis Apho.
& primi de morbis vulgarib9, & ſex
ti eiuſdē, maximè ſuper cōtextu il-
lo. ※ Rigor à ſuperiore vētre, ignis
autē ab inferiore magis. ※ Et aliis
locis, hæc enim omnia eiſdē ratiōi-
bus diluuntur quibus præterita, ſed
quod in. 7. cap. lib. de palpita. tremo
re, & rigore ſcripſit (vbi fragidā cau
ſā rigores gignere retulerat) ex ara-
re placet. ideſt. ※ Quod autē nunc
interſit, rectè omnes rigorē in frigi
dā causā referāt, eſt examinādū. ※
Et quod vlterius in fine capitis cita
ti ſcripſit. ※ Affirmant nāq; quar-
tanæ rigorē ei ſimilē eſſe, qui ex iti-
nere per loca admodū frigida con-
tingit. ※ In ambobus locis teſtādo
à cauſa frigida etiā rigores oriri, vt
nudi expoſiti vehemētib9 frigorib9
mōſtrāt. Etiā quod. 10. lib. de morbis
curandis cap. 4. vbi morſum oris vē
triculi in imbecillis cauſam rigoris
quādoq; eſſe affirmat, afferre vide-
tur. Verba Gal. hæc ſunt. ※ Equidē
ita febricitantes aliquos oſtēdi tibi
maximè ex iis, qui è lōgo morbo cō
ualuerāt, quorū cùm vni forte fortu
na occurriſſē, qui mox ante horreſ-
cere cæpiſſet, vt rē expoſuiſſet, dato
ex vino diluto pane, cōtinuò horro
rē inhibui. Verū hūc, vt ſcis, per viā
in officinā quandā perductū febri-
citare prohibui. Alios verò, qui pri9
ſe domū ſuā recepiſſet, in ipſo prin
cipio horroris, vel paulò poſterius
cibauim9. Atq; vt ſemel dicā, quib9
incipiētis adhuc acceſsionis aderāt
ſymptomata, iis omnibus panē ex
vino diluto ac calēte maturè exhi-
bēs, & horrorē ſtatim inhibui, & fe-
brē prohibui. Quāto verò his citius
cibaueris, tātò ſcilicet magis febrē
prohibueris. ※ In prioribus ex his
adductis ſententiis manifeſtè docē-
do à frigore rigores validos proue-
nire: cùm quartanæ rigorē, quē ingē
tē eſſe, eā pacientes teſtantur, ſimilē
dixerit eſſe ei, quo afficiūtur, qui in
ambiēte frigidiſsimo ſiti ſūt, quod
verū, vt dixi, eſt. Tamen in totū con
trarium aſſertioni eiusdem lib. 2. de
febrium differentiis cap. 4. vbi de fe
bribus à pituita frigidiore humore
omnibus, qui in corpore ſunt, lo-
quendo, ſic dixit. ※ Eſt autem
& altera exquiſitæ ſimplicitatis fe-
bris, quæ ex pituitæ putredine ortū
habet, per ſentiētes corporis partes
à natura detruſa. Incipit autem
ab extremorum frigefactione, atq;
horrore potius, quàm rigore. ※ Si

enim frigus extrinſecum adeò rige
re omnia membra noſtra cogit, vt
inuiti ſic rigentes dentes vehemen
ter concutiant, ob pituitam frigi-
diſsimã delatã interius ſupra mem
bra ſenſitiua, multò magis rigere
debuiſſent patientes hoc genus fe-
bris. Nõ enim adeò potẽs cohibere
rigorẽ tarditas delationis pituitæ
ſupra mẽbra ſentiẽtia futura erat,
vt non plus præualeret ad rigorẽ gi
nendũ interius ad motus humor in
pituitoſis febrib9, & exterius verſa-
ri aërẽ frigidũ nos ambientẽ maxi-
mè quòd aër frigid9 in motus rigo
rem efficit. Nẽpe cùm vterque ho-
rum euẽtuũ, quos retulit Galenus
verus ſit, in continente ſcilicet fri-
gidiſsimo homines rigere, & febres
à pituita orientes parum aut nihil
rigoris comitari, impoſsibile ſu-
pereſt rigorem inde oriri, vnde Ga-
lenus exiſtimauit.

¶Neque ſimul ſtãt, quòd rigor ex
delacione humoris ſupra carnẽ &
cutim ſentientem fiat, & quòd mor
ſus oris vẽtriculi tempore famis ri-
horem gignat, vt ipſe Galenus in vl
timo adducto à nobis cõtextu teſta
tus eſt. Nam ſiue melãcholicus ſuc-
cus, ſeu ali9 qui vis os vẽtriculi mor
deat, cúm fameſcim9: nõ video ego
quomodo ob illã ſtomachi triſtem
ſenſationẽ brachia, & crura ſint vi
brãda, eis tũc nullo erodẽte humo-
re infeſtatis. Aliunde ergo rigor,
quàm vnde Galenus ſuſpicatus eſt,
originẽ habet.

¶Quæ vt dilucidius qualis ſit, o-
ſtendatur, etiam aliũ locum ex Ga-
leno in libro de palpitatione, tre-
more, & rigore capi.6. adducere vi-
ſum eſt. ibi enim fortaſsis aut cau-
ſam rigoris veriſimiliorẽ inuenie-
m9, aut inde anſa vlla: qua vera cau
ſa aſſequi valeat, nobis fortaſsis offe
retur. Exordiũ ergo ſumamus, vnde
ferme alius cõtextus ex hoc eodem
libro & capite adductus in princi-
pio hui9 examinis deſiuit, ſeries cu
ius hæc eſt. Vbi igitur quid ri-
gor ſit, agnouimus, cauſam efficien
tẽ mox examinemus, cauſis quibus
præcedẽtib9 cõtingat, quibusquè ſu
perueneat affectibus, & ad hæc gene
rationẽ integrã ipſius. Omnibus fe-
rè confeſſum eſt, rigorẽ calidi natu
ralis eſſe affectum. Solerti totus hic
ſermo auditore eget, quiquè valeat
multûm intelligentia. Dixi vtique
affectũ innati calidi rigorẽ eſſe, ne
quis de externo intelligẽs, in Eraſi-
ſtratũ, Praxagorã, Philotimũ, aſcle
piadẽ, & mille alios, qui nõ innatũ
calorẽ, ſed acquiſitium eſſe credide
rũt, me mentiri dicat. Quo nã enim
illi pacto innati caloris effectũ eſſe
dicãt, qui ne principio quidẽ, inna-
tũ calidũ agnoſcũt? Sec nõ eſſe, illo-
rum aliqui affirmant. acquiſitium
verò illi ortũ alius aliũ differenter
machinati, vnanimiter fatentur,
quod ex natura in animali quouis
congrua menſura calor reperitur
aliquis, quem circa, rigorem, horro
rẽ, & quãcunq; frigefactionem fieri
affirmãt. Aſclepiades profectò non
modò calidũ, ſed aliã nullã vim in-
natã ponens, febres omnes meatuũ
obſtructionem à corpuſculis perpe
tuo fieri affirmat, easquè magnitu-
dine horũ differre aſſeuerat id artis
ſatagit, quibusquè, aut nõ, rigor de-
beat adiũgi liquidò demõſtrat. Ego
niſi debito ſermonẽ fore lõgiorem
crederẽ, cæteriſquè miſsis in vnum
Aſclepiadẽ iniquũ impetere cenſe
rẽ, vel omniũ meror, in lõgã & penè
infinitã ſermonis ſeriẽ perlabi, pla
cita ritè omniũ, & ſuadẽtes ratiões,
erroresquè & erratorũ cauſas repe-
tẽdo, ad opiniònẽ meã deueniſſem.
ſed differri hoc ad tẽp9 aliud libet.
Neque enim Athenæũ, qui in Aſcle

piadem,in Heraclidem Ponticum, in phyſicũ Stratonẽ, cæteris omiſſis inuehat,nonculpé,cúm alia plura nõ minus digna & veriſimilia de rigore placita poſſet recenſere.Nos igitur confeſſum principium ſumẽtes, quòd in animali quocunq; caloris innati affectus rigor eſt,quomodo fiat,perpendamus. Præcedet rẽ hanc ſermo, quod ex Hippocratis placitis,non vacua & corpuſcula eſſe noſtrorũ corporũ principia credentes,aut à motu calorem,frictionéue ortum,aut ab alia cauſa trahere recipimus,ſed vniuerſum corpus confluxile & conſpirabile cẽſendo. Calidum minimè acquiſititiũ, aut animalis generatione ſecundũ, ſed primum innatũ eſſe,& generis principiũ,& quod natura atq; anima nihil præter ipſum eſt, vt eſſentiã ſeipſam mouẽtẽ,ſemperq; mobilẽ exiſtimans nõ erres. Priuatim hæc omnia ſũt examinata, & alibi diſci poſſunt. At quãtũ nũc interſit propter ſermonis ſeriẽ,quærũtur.Qua. n. ſẽper mobilis eſt innatus calor, nõ intra tantùm extràue mouetur,ſed alius alium motũ ſemper excipit. nã intra firmus, immobilis ocyus euadat:extrorſum diſsiparetur, & periret: modicè autem ſuccenſus ac modicè adauctus,vt Heraclito placuit perpetuò mouetur.Succẽditur quidẽ ad ima lapſus, quo alatur appetẽs,at auctus & expanſus affatim fermè extinguitur. Quod autẽ extrorſum exeat,& efferatur,&vt ſic dicat aliquis,explicetur,à principio proprio,quia calidum natura eſt, obtinuit.Interiorẽ autẽ & infernum ſtatum poſsidet, quòd frigoris alicuius ſit particeps,quandoquidem miſtum ex calido & frigido exiſtit.Prima vtiq; caliditatis ratione eſt ſibimet motor,eàque ſi agere debeat, ei eſt operæpretiũ. Magnũ verò vſum ei frigiditas adiungit, quia ſurſum ferri natus calor eſt,& ſibi ſimul alimẽta ferre,niſiq; frigus obſtet,ſumma petat. Hunc igitur caloris motum impedit frigiditas, ne longius protenſus pereat.Dubium nanque, ne leuitate, & ad ſuperna impetu corpora deſereret. Detinet verò frigiditas & impedit,& vehemẽtis elationis impetum moratur. Sed ad ea quæ antea ſuppoſuim9,reuertamur q nã innati caloris affectus ſit rigor declarantes.Non opus quippe recẽſere eſt,quòd calore naturaliter habente animal ſit ſanum,quòd Hippocrates de caloris ac frigoris congrua inuicẽ miſtura aſerebat. Nam aliã alia ſi ſuperet,affici animal, affectus genere:ſuperãtis cauſæ cõformi eſt operæpretiũ. Inflãmationes enim & eryſipelata, herpetes, anthraces,ardẽtia,& flammea,igneiq; omnes affectus ſunt, dũ vis caloris ſuperat. Conuulſiones econtrariò, tetani,polpitationes, torpores,reſolutiones,comitiales,attoniti, frigiditatis vincẽtis ſunt affectus, quorũ id gen9 rigor vn9 eſt, nõ frigefactio ſimpliciter exiſtẽs, ſed frigoris ſenſus,vt addere neceſſum ſit illi,copioſum,etiãnum vehementẽ, ac violẽtã opus eſt frigiditatẽ eſſe,vt vera dicat,qui definiens, frigefactionem ſimultaneã,violentãq; caloris innati rigorẽ eſſe aſſeueret. Inſenſile rurſus eſt, vt Plato dicit, quod ſenſim ſubeat,& modicè.Quòd ſi ſẽtiri debet,vehemẽter moueat,&ſubitò tremat neceſſariũ eſt,vt quæ lõgo tẽpore:& ſẽſim frigefactio fiat,ſit inſenſiblis:velox & admodũ aucta,penit9 cũ ſenſu:nunquã omniũ affectus ei9modi percipi nõ poteſt.Nec eſt talis affectus cũ frigiditatis ſenſu omnis doloroſus, cũ aliquãdo ſit vel iocũdiſsimus,

diſsimus.Dicebat quoque vltra iſta Plato,quòd res præter naturam violentæ atq; repentinæ nobis cum dolore accidunt:naturales verò quanuis confertim ingruentes,ſunt iocũdæ, vt confertum iocundo & ingrato ſit commune, ne nos affectus lateat neceſſario adiũctum. Accedit quòd quæ quid ad naturam reuocant,ſunt grata,econtrario cum dolore quæ his aduerſa ſint: adeò vt quantitate par frigidatas, grata modò admodum ſit,nunc dolorem inferat:exuſto enim admodum corpori adhibita, libentiſsime penitus recipitur. caliditate enim immodica affectus, qua caret aduentu frigiditatis demulcetur. vt propria temperie potitos,ſi affactim repentèq; refrigeres, quòd craſsim intemperatam inducas, dolore vtique afficies naturam enim mutantibus, corrũpentibùsue, dolores ſuboriri aſſerit Hippocrates.Propterea quo fiat rigor,frigiditatem non modo repentem adeſſe aut vehementem, eſt operæprecium, ſed violẽtiam copiæ adiũgi, quæ res præter naturam eſt, vt repẽtina frigiditas ad præternaturale ducens ſit rigor.Ego enim vero loco hoc, ſi verum dici debeat, vt affectus is fiat, cum primis obſeruandum iſtud arbitror,quòd repentina violentaq; innati caloris frigefactio ſit rigor. Friget à continenti robore relictus qui euaporatur. Friget qui alimentis calorem detinentibus nunc caret. Rigorem autem neutrum horũ emolitur, aliter morientes omnes vtique rigerent: cùm extingui caliditatem ſit, morientibus omnibns commune, non verò rigentibus. Caliditatem nanque frigeſieri non tantum opus eſt, ſed violenter & repente, robore, inquam cum calore ſtante, à nulla cauſarũ externarum læſo. Aduerte rogo aliquam ab extra flammam defectu aliquando materiei, cui erat applicita,corrumpi,à ſole etiam quandoq; lucidiſsimo conſumi, aliâs ab aquæ copia extingui,aut appoſitis multis lignis ſuffocari. Quatuor cauſæ nõ itidem,flammæ quadrupliciter officiunt. Quæ enim ab ardenti ſole flamma euaneſcit, ambientis vi tonum iam euaporatum perdit, cùm validior radiorum ſolis vis exiſtat, atque igne firmior. Si igitur quibus inhæreat,vacet alimentis,pereunte ſubſtantia deperditur. Quæ nanq; adhuc inhærent, ad extra mota cõtinuè tranſpirant:adintus autem vt alantur tracta, ſi vnde alantur abſit inualida rurſus extrorſum referuntur.Quæ autem copia materiei onerata ſunt,egentia reſpirationis ſuffocantur. Quomodo autem flãmas aqua lædat,dicere neutiquàm eſt opus.Flammæ enim cum quauis ſyncera humiditate,contrarietas eſt ſũma,vt vel oleo confertim appoſito, ſonitus neceſſario,& concuſsio accidat, ſtrepitu ſolo ignis violentia deprehenſa.Similem calori innato affectum rigorem cenſeas afferre.Neque enim quando alimenti defectu caliditas conſumitur, aut cùm eius copia grauatur, nec quando effecta impotens claudicat, rigorem fieri reperias: ſed quando valida, & expãſa impeditur. Vnde duplici motu & compoſito effecto,pugna accidit vt in trementibus contingit,verùm aliter. In trementibus enim motus miſtus fit,quòd vires corpus mouentes ſint inualidæ,dum membra eleuare adnituntur,quæ ruunt in contrarium renixis. hic verò motu naturali caloris violenter impedito, rigor accidit. Vt enim neque ſubſtãtia læſum,neq; tono,per vniuerſum

extendi & ferri corpus nititur, im-
peditum & vi ad intra truſum ad
principia redit: vbi perſiſtere impo
tens (ſubſtantiæ enim ſemper mobi
li, mors eſt quies) aceruatus, & quaſi
in ſeſe coactus, vnitus non ad intra
in inuetitum extenditur: ſed impe-
tu vehementiori vſus, quaſi ſolutus
vinculis, interim progreſſum vetan
tibus obſiſtit, ea propellere, & aper-
tos meatus facere feſtinans, ſic illis
obuius tenetur, & à veloci motu re-
moratur: quo corpus occurſu totũ
quatitur. Quicquidq; præ occurſu,
vltra tenuatum eſt, rurſus intra im-
pellitur, ceu aliquid in occurſu paſ
ſum fuerit, & iteratò ad principiũ
reuertitur: vnde commotus iterum
fortius concurrit, quo rurſus occur
ſu etiam repulſum, vſq; occurrit &
repellitur, quo adſint quæ noxia ad
fuerint. Cum dolore ſic vtiq; hic af
fectus eſt, quaſi cæſo corpore verbe-
ribus, & impariter motibus vtriſq;
fatigato. Enimuero innatus noſtri
calor naturaliter habens, æquis diſ-
curſibus & expeditis vſus, tempore
& metro motus in ſe rediens, oppor
tunè explicatur: in rigore verò ne-
q; coactionis motus ſunt, nec expan
ſionis, ſed verius ipſum intra redire
affirmabis. Vtar autem nominibus
veterum, non meis, reſilire, intrudi,
reprimi, confugere ad extra motũ,
effringi, trahi, exilire, emergere. Ve-
terum inquam virorũ nomina hæc
ſunt, rectè adducta omnia, affectũ-
q;, vt potiſsimum eſt, apertè decla-
rantia. Cõcuti autem quæ ſunt cor-
poris omnia, & agitari, feruere, &
quencũque in rigore imparem, ſine
ordine, inuoluntarium motum, in
inæqualibus, vehementibus & vio-
lentis incurſibus, & ſubſultationi-
bus, vaporeo facto naturali calido
perfici affirmo. Vnde rigoribus, ma
gis quàm naturaliter habens, incale
ſcit corpus, & effunduntur ſudores.
Quod quando multis occurſibus iã
abſq; obice, quæ aberant fuerint ex-
truſa, exactèq; trãſpiret, tribus cau-
ſis calefieri corpus eſt neceſſe. Quòd
q; cõcluſus pluries, ne reſpirare poſ
ſet, multiplicatus in profundo eſt:
& quia vehementer ad extra eſt ex-
panſus: tertiò quòd in ictibus, con-
curſibusq;, & violentis motibus ac
creſcere nata eſt caliditas. Lignum
nanq;, lapideſq; ſi contriueris, ignẽ
incendas. Innatus etiam ſpiritus na
tura calidus, ſi vehementius mouea
tur, excandeſcet magis. Rem hanc
in naturalibus motibus liquidò co-
gnoſcas. Currentes nanq; homines
qui luctantur, frictionibus vſi, aut a
liter quomodocunq; moti, nil mi-
nus, quàm ſi ſub æſtiuo ſole, aut pro
pe ignẽ calefacti eſſent, incaleſcũt.
Multoties etiam dum calor è pro-
fundo exit, quaſi feruens, copioſam
humiditatem, quam ſudorem dici-
mus, effundit. Quamobrem qui ex
rigore friget, ni rurſus calefiat, ma-
lum, quòd victa in duello ſit calidi-
tas, quæ & vi cauſæ lædentis ſupera
tur, & quòd nonnunq̃ imbecilla ſit.
Quo exemplo dictum illud eſt, A ri
gore obmuteſcere, nec rurſus cale-
fieri, eſt malum. Ad hæc nos vtroſq;
affectus, in quibus pernicioſi ſint ri
gores, docẽs dicit. In peruefione o-
culorũ à laborioſa febre rigor, ma-
lum. Vnus profectò à potenti cauſa
efficitur, pernicioſus: ab inualida
virtute alius. Rigor in nõ intermit-
tente febre. virtute iam inualida, læ
thalis. Sed alibi de his fuſius tracta-
tur. ⁜ Hæc quantũuis prolixa fuit
Galeni ſententia de rigore in præ-
ſenti loco, cuius ſingulas partes exa
mini ſubiicere cogor (quanquã pro
fectò vehementer cupiebam nõ im
morari

morari, vt inceptis finem imponerem) Niſi enim id feciſſem, & ſolùm quæ attinẽt rigori, ſi vera eſſe crederẽ, laudarẽ, ſi falſa eſſe opinarer, reprehenderem, & rationibus falſitatem oſtenderem, putarent quicunq; hæc legiſſent, me cũ Galeno in cæteris conſenſiſſe, quod à meo natiuo inſtinctu perquàm alienum eſt. Nã quod uis in phyſicis mẽdacium ſtatim vt à me legitur, neſcio, quam diſplicentiam mihi infert, anxiumq;, & vigilem reddit, donec rationibus eiuſdem falſitatem detego, & omnibus talem eſſe, quæ hucuſq; credebatur vt veritas, oſtendo. Vtq; id expeditiꝰ, ac dillucidius in hoc negotio exequar, non aliter melius viſum, q̃ in compendia quædam contextum relatum redigendo, & ſingulas partes examinando.

Primum cõpendium. ¶ Primũ ergo ſit, quòd omnes confiteantur, rigorem eſſe affectum calidi naturalis, quem Gal. dicit, talẽ à ſe vocari, vt fugiat falſas opiniones Eraſiſtrati, Praxagoræ, Philotimi, Aſclepiadis, & multorũ aliorũ, qui credebant, calidum inuentum in animalibus acquiſitũ poſt eorũdẽ cõſtitutionem eſſe. Aſclepiades ex atomis & vacuo omnia corpora conſtare arbitratus, hæc obſtruẽtia locos, qui ex natura vacui futuri erant, febres procreare, affirmabat. motuq;, ac colliſione eoſdem calorẽ in animalibus poſtq̃ ſunt formata, facere opinatus. Alii ex motu frictionéue calorẽ animaliũ reſultare rati ſunt. Nempe nulli horum credebant animalis formam in prædiſpoſitũ per calorem corpuſculum induci, indeque innatum calorẽ hos ignorare palàm erat. Qui omnes rigoris diuerſas cauſas eſſe proteruiebant. In quorum aliquos Atheneum inuectum eſſe, Gal. inquit. putà in Aſclepiadem, in Heraclidem Ponticum, in phyſicum Stratonem. Quod non ſine labe Athenæi factũ dicit, cùm plures alios reprehẽdere potuiſset, quos oſcitanter tranſgreſſus eſt. Excuſatq; ſe Galenus ab examine & reprehenſione horum mẽdacium dogmatum, in aliud tempus hanc diſputationem (quam nullibi ab eo ſcriptam legi) differẽdo. Hæc ſunt, quæ in hac priori parte à Gal. tractantur in paraphraſin & compendium redacta. De quibus parum habeo, quid dicere valeam: tam quòd illorum phyſicorum & priſcorum medicorum placita, & quibus fulciantur rationibus nobis huius temporis medicis ignota ſint, quàm quod quæ ex Platonis & Ariſtotelis lectione in phyſicis libris diſci à nobis de aliquorum illorum decretis valent, Falſa eſſe, multò euidentioribus argumẽtis, quàm Ariſtoteles Deo concedente, cùm phyſicam exactam docuerimus, oſtendemus. Ad aliud ergo compendium tranſeamus.

¶ Sitq; ſecundum Compendium ſupponendum, quòd in quouis animali fiat rigor, affectus caloris innati ille ſit. qui qualiter fiat. oportet à nobis perpendi. Quæ ſententia explicatione vlla indiget. Dicimus enim aliquid eſſe affectum alicuius, cùm affectus ſequitur leſionem illius. Luxationẽ quippe affectũ mẽbrorum concatenatorum eſſe affirmamus, & eorundem numerum additum aut ſublatum, putà ſex digitos, aut quatuor tantùm habere, affectum numeri dicimus: & deformi facie eſſe, affectum figuræ appellamus. Quòd ſi hæc ſecundùm naturã conſtarent, non talibus morbis homo affectus dici valeret. Ad cuius normam Galenus rigorem innati

 caloris

caloris affectum eſſe dixit. Quòd ſi innatus calor talis eſſet,qualis animaliũ natura poſcit,animalia non riguiſſent.In quo ſenſu cõpendium hoc verum eſſe fateor, ideo ad tertium ire expedit.

Copendiũ. ¶Tertium cõpendiũ hoc refert, quòd recenſitorum phyſicorũ falſis dogmatibus exploſis, ſequendo Hippo.placita,fatẽdum ſit vniuerſum corpus animalium confluxile, & conſpirabile fore, ac quòd calidum illis antequam fiãt, innatum Sit,& generatiõis principiũ ipſum etiam eſſe: & quòd natura atq; anima nihil niſi hoc calidum natiuũ verè dici valeat,vt ſi ipſum eſſentiã ſeipſam mouẽtem,ſemperque mobilem dixeris,non erres.

¶Cuius vltimæ ſententiæ verba, ſenſumq; cùm ad amuſsim cõſidero,non poſſum priſcorum phyſicorum vicem miſeram nõ dolere, qui cùm in rebus innumeris, quæ mundi negotiis attinent, adeò acrẽ vim intellectus poſsederint,vt potius diuini,quàm humani cenſeri nonnũquam poſsint,in re tam ſeria,tantiq; momenti, & vnde veræ pietatis origo inueſtigari ab iiſdem valeret, noſcendo ſcilicet quid anima ſit, adeò cæcutierint,& torpuerint:vt niſi deliri ea, quæ ipſi vera eſſe putabant, minimè pro veris habuiſſent. Quæ enim ſtultitia maior,quàm animã ſentientem corporeã fingere? Relictis enim impoſsibilibus, quæ ad hanc aſſertionem ſequi, inſolubilibus rationibus in priori parte noſtræ Antonianæ Margaritæ oſtẽdimus: neſcio quomodo non videbãt iſti, quòd ſi animæ eſſentia eſſet aliquod corpus calidum, in animali includi hoc neceſſariò faſſuri erant. Et quòd non poſſet huiuſmodi corpus,corpus animalis informare, ne duo corpora ſe penetrarent. Vnde indubiè inferendũ eſſet,quoduis animal vnum per aggregationẽ dicendum, & non vnum vnitate cõpoſitionis phyſicæ. Itaq; abeſſe animam à corpore, quod mori vocamus, non foret aliud, quàm abeſſe nautam à naui. Vt enim nihil nauis amittitur tunc primùm cùm nauta abeſt, etſi expoſita ventorum & maris procellis maneat, ac mille aliis incõmodis diſsipari parata ſit, ita anima corpus calidum credita eſſe, cùm in corpore eſſe deſineret, ſiue quòd ipſa corrũperet ſeu quòd perpetua ſit,& locũ mutaſſet,ipſum corruptiõi paratũ linquere diceremꝰ,nõ tamẽ mortuũ,cùm nũquàm ex ipſo,vt ex materia, & anima, vt forma, vnũ fatũ fuerit,ſed, vt dixi, vnũ aggregatiõe dictũ ſit.Etiã quod magis vrget, ſi ipſa anima corpus illud calidum incluſum in nobis foret,quem ſpiritum dicimus,ſeu aliter,& vt nobis placeat,vocemus. cũ ipſa corrumpitur, animali moriente,aut in nihilum vertenda eſſet, & nihil poſt eius corruptionem gignẽdũ:& hoc anichilari illã diceremꝰ, quod impoſsibile eſſe omnes illi antiqui phyſici nouêre. aut ſi cùm ipſa corrumpebatur, aliquid ex ea genitum ſit affirment,dicant nobis quæ res in mortuis, animæ cadauer dici poſsit.Nam hoc,quod poſt hominis mortem noſtris oculis ſubiacet,animæ pars non erat,ſed animæ vagina,& theca,qua ipſa aſſeruabatur.Si perpetuum illud corpus calidum, & ex natura ſtellarum eſſe diceretur, vt in de decretis Hypo. & Platonis libris referre Galenus videtur,cogi ne vnquam corpus deſereret talis anima poſſet,tota hominis cute adeò lentis denſisq; rebus illita,vt nullum quantũuis tenue corpus

puſculum exire extra cutis permitteret. Etiam ſi homo moriens hominibus viuis ſepiretur, cùm anima à moriente exiret, in alterum illorũ neceſſariò ingreſſura erat, tuncque vnus homo duas animas habuiſſet. Et ſi mortuis hominibus eſſet circũſeptus moriens, in alterum cadauerum neceſſariò ingreſſura erat. Innumera alia impoſsibilia elici ex Galeni aſſertione valerent, ſi immorari eadem elicindo vellem. Ea tamẽ omnia ſubticere decerno, quòd in phyſico opere rationibus probãdo impoſsibile eſſe illud à Platone aſſertum, animam fore numerum ſcilicet ſeipſum mouentem. Cuius opinionis Ariſto. 6. Topicorũ. cap. 2.& primo de anima. tex. commen. 67.meminit. Fuſè omnia hæc, Deo permittente, diſcutiẽtur: vbi quàm enormiter aberrarint Heraclitus, Epicurus, & Lucretius, ac Horatius, & Plinius, quotq; hos ſunt ſequuti, opinantes tan deum, quàm cæteras omnes ſubſtãtias corporeas eſſe, nullamq; indiuiſibilem, incorporeãq; ſubſtantiam eſſe, demonſtrabimus. Tandem vt explicationi huius tertii compendii finem imponam, animaduertendum, quòd calidum, de quo hîc Galenus loquitur, nihil aliud, quàm ſpiritus vitalis animalis & naturalis ac genitiuus, ſi diſtinctꝰ ab his creditur, ſit.

Cõpẽdiũ. ¶ Quartum compendiũ ſit, quòd hoc calidum ſemper intra ac extra corpus noſtrum moueatur & vagetur, ac adeò mobile ſit, vt vnus eius motus alium inceſſanter ſequatur, & excipiat, nulla temporali quiete intermedia. Cuius tam aſsiduæ mobilitatis cauſam eſſe Galenus dicit, quòd ſi intra permaneret, occioſus perſiſteret. Si extra quieſceret, à frigido cõtinente corrumperetur. At moderatè in interioribus adauctus, ac ſuccenſus, perpetuò moueatur. Habet hoc autem petendi ſcilicet interius, vt idem Gal. putat à frigiditate aliquali, qua participat, & ex qua & calore miſtum eſt. vt expãdi, explicari, ac exterius ferri, quòd calidum natura ſit, illi conuenit. Eademq; cauſa & ratiõe quòd motor ſibi exiſtat, credit etiam quòd gratum ipſi foret per hanc operando ſurſum ferri, & hæc inferna deſerere: niſi, vt dixi, frigiditate cohiberetur.

¶ Non minus enormes errores in hoc quarto cõpendio, quàm in præcedente à Galeno referuntur. Sat quippe magnus error eſt, credere calidum hoc noſtrum, quem natiuũ nominamus: ac ſimilẽ flãmæ Gale. eſſe, vt eſt, fingit, adeò mobilem verſus extimas ac intimas corporis partes credere, vt ſi quieſceret, ſtatim corrumperetur, & moreretur, vt infra dicit, non intelligens expanſionem huius noſtri caloris in vniuerſum corpus, non ab ipſis ſpiritibus calidis ſponte & natura motis fieri ſed impulſu cordis & arteriarum ipſos in corpus diſtribui. Nempe ſi illis per cor & arterias liceret, nunquã verſus crura, & infimas corporis partes, neq; in ſiniſtras: aut dextras eiuſdem procederent, ſed vt flãmæ ſurſum verſus pergerent, mouerenturq;. Docet hoc ita fieri, quòd in ſyncopi vbi cordis & arteriarũ motus pauſat, extrema totius corporis frigere experiamur, tunc tantùm verſus cordis regionem ſpiritibus retractris, & in ſuperna ire procurantibus, prohibitis. Notatio in quartum compendium.

¶ Neq; natiuum eſt corporibus calidis ſemper moueri, quin hoc illis, qui aẽri, aut ignei ſunt, ſitis extra natiua loca conuenit, quæ in propria delata

delata quieſcerent. Porrò nulli in dubium venit, ignem in aëre ſitum ſurſum verſus moueri, qui tamen ſi concauum lunæ, vbi germanus inhabitat, aſcenderet, quietus permaneret. nec in flammarũ figuram, vt pingitur, verſus nos vibratus ſcintillaret. Igneam enim ſpheram concauam ſuperficiem etiam æqualem & lenem, vt aër & aqua poſsidere indubitatum eſt, aliâs enim ſi, vt pingitur verſus nos in linguarum formam vibraretur, ſponte deſcẽdere dicendus eſſet. Nempe ſi ideo quòd lapis ſurſum exiſtens inceſſanter conatur deorſum deſcendere, niſi à re ſuppoſita prohiberetur, ideo dicendus eſſet ſemper mobilis, tam terræ quàm igni mobilitas à Galeno tribuenda eſſet.

¶ Fingit Gal. calidũ hoc ſpirituoſum, quem animam dixit, vnum & idem numero per totam vitam durare, non animaduertens, quòd ceu flamma inceſſanter alia & alia eſt, nec aquæ fluminis ex fonte ſcaturiẽtis diſsimilis: ita & hæc ſpirituoſa ſubſtãtia ab extrinſeco frigido corrupta, vel immodico calore euaporata, perpetuò noua ac noua ex puriſsima parte ſanguinis in corde fiat. Niſi enim quidam ſpiritus corrumperentur, non poſſent vniuerſa corporis vaſa, alios de nouo ſemper à corde factos capere. Quo quoque conuincendus Galenus foret intelligere hos animam eſſe non valere. Quis enim recordaretur præteritorum, ſi quòd nunc ſentit & memoratur, non eſt, quod olim nouit ea, quorum nunc recordatur. Etiam quid conduceret pũgere carnẽ aut neruum, vt anima corporea ibi incluſa & alio in loco quàm caro aut neruus exiſtens, rem pungentem ſentiret? Nihil quippe. Nẽpe vt ſi ego pungerer, ne quaquam tu quantũuis mihi continguus, nouiſſes meã pũctionẽ: ſic anima nullo modo ſenſatura erat ſubſtãtiæ carnis aut nerui dilacerationem, niſi ipſa dilaceraretur ideo enim anima noſtra ſẽtit, qa in eodẽ loco cũ corpore eſt.

¶ Verum eſt calidũ ſpirituoſum noſtrum miſtum eſſe, in cuius compoſitione elementa frigida ingredi neceſſarium erat, vt in priore parte Antonianæ Margaritæ, loquendo de igne, quem verſamur, oſtendi: falſum tamẽ ob hæc indigere pabulo, & ad inferna deſcendere. Non enim flamma deorſum tendit, vt alatur, quin ex infima materia prædiſpoſita à flãma ſurſum repente, inceſſanter alia & alia flãma gignitur, & à cõtinente corrũpitur. Ad cuius normã ex puriore ſanguinis parte ſemper alius & alius ſpiritus fit, qui nũquam in infimam corporis regionẽ deſcenderet, niſi cor & arteriæ conſtricta ipſum propellerent. Hæc ſufficere de hoc quarto cõpẽdio exiſtimo, ad quintũ ergo trãſgrediamur.

¶ Quintum compendium hoc cõtineat, calorem cõcretum hunc, de quo agimus, malè affectum, animalis corpus malè affici. Hippo. aſſerẽte, quòd humoribus calidis, & frigidis congruè, & in debitis menſuris in corpore contentis, animal bene habeat, alias ægrotet. Prout enim alii plus iuſto redundant, morbis calidis aut frigidis animal ægreſcit, rigore inter frigidos recenſito. Verè enim rigorem definit, qui illum frigefactionem ſimultaneam, violentamq; caloris innati eſſe dicit. Neceſſarium enim eſt ſimul, celeriterq; frigiditatem induci, & nõ ſenſim & paulatim, vt rigor fiat. Quòd Plato dixerit, ea, quæ ſenſim & modicè in nos inducuntur, ſentiri non poſſe, 5. Cõpendiũ.

ſe,ita,vt neq; doloroſa, neq; iocũda talia eſſe poſsint,niſi,vt dixi,confertum,hoc eſt crebrum,& momentarium alacri & triſti adiũgatur.Porrò accidit eandem rem iocundam & ingratam eſſe, aliter cùm iocũda res erat, corpore ſe habente, quâm cùm triſtis iudicabatur. Si enim immodicè calidum corpus foret, niue & frigidis applicitis,demulceretur: quod intemperamentum propriũ reſtitutum,eiſdem triſtatur.

imulat̃ á Gale. .tia.

¶Impropriè dicit Galenus calorẽ natiuum, de ſpiritu loquendo, eſſe bene aut malè affectum. Nam iecur ac alia membra ſuppeditantia materiam,ex qua ſpiritus gignẽdi ſunt & cor producens ipſos,ſunt, quibus bene aut malè affici conuenit. Is enim bene habẽtibus, quales corpus decet ſpiritus fiunt.At ſi relata mẽbra ægrotant,vitioſi gignuntur.Sed has vocum proprietates contemnamus, Galenoq; donemus hæc, & alia ibi aſſerta, quæ non multùm interſunt,vt negotium præcipuum aſſequamur.

õpẽdiũ:

¶Sextum compendium ſit, exteriorem flammam quadrupliciter corrumpi, defectu ſcilicet pabuli, ſeu materiæ,ex qua vna corrupta, alia gignatur: á ſole quoq; ſplẽdidiſſimo, ab aqua illi ſuperaſperſa, ex appoſitione etiam multorũ lignorum, iis quatuor cauſis non eodem modo officientibus flammæ. Nam flamma euaneſcit ab ardenti ſole, quòd amittat ipſa tonũ, hoc eſt debitam denſitatem & moderantiam caloris requiſitam ad flammæ eſſe, validiore,quàm ignẽ deceret,radiorũ ſolis vi exiſtente. Defectu materiæ perit, quòd deſit ex quo alia ſubſtantia,ſimilis corruptæ à cõtinẽte, gignatur, A copia materiæ etiã defectu reſpirationis eadẽ ſuffocatur. Quo autẽ modo aqua flãmæ lædat adeò notũ eſt, vt dicere nõ ſit opus. Id tamẽ exequar dicit Gal. Flãmæ cum quauis ſyncera humiditate,eſt ſumma contrarietas, vt & oleo immodico flammæ admoto, ſonitus, & concuſsio accidat: ſtrepitu,ignis violentia deprehenſa. Cui rei ſimilis eſt caloris innati affectus accidẽs cùm rigemus. Neque enim quando alimenti defectu caliditas conſumitur, aut eiuſdẽ copia grauatur, nec quando effecta impotẽs vi alterius caloris validioris diſcutientis eandem,euaneſcit,& claudicat, rigorẽ fieri reperias: ſed quando caliditas valida eſt,& expandi impeditur, vnde duplici motu & compoſito effecto,pugna accidit,& rigor fit. Nam motu naturalis caloris violẽter detento,retrahitur ipſe: & mox vehementiori impetu vſus, quaſi vinculis ſolutus, propellit vetãtia eiuſdẽ progreſſum in totum corpus: ac iterum alia obſtruẽtia, & meatus apertos fieri prohibentia,eundemq; remorari cogentia,vincere procurat: quibus aduerſorum occurſibus, & in principia caloris recurſibus, totum corpus ſic quatitur, qualiter rigentes vibrari conſpicimus. Porrò ſatis diſsimilis cauſa hæc à Galeno recenſita de rigore prius increpatis eſt, quo manifectè deprehenditur, precedentes occaſiones rigoris minimè illi ſatisfeciſſe.

¶In hoc ſexto compendio Galenus mentem ſuam aperuit, vt quid cauſam rigoris eſſe exiſtimauerit, palàm detegeret. Cuius ſingulas partes non percurrã, quòd iam in operis huius exordio nonnihil de prioribus egerimus,cùm eſſe eiuſdẽ ſpeciei vniuerſos calores actuales probauimus, & etiam in priore parte Antonianæ Margaritæ non pauca

Notationes quædam in ſextum compendium.

de his

de his ſcripſerimus: ſed tãtùm hoc vltimum de impulſu & repulſu ſpirituum, cui motum concuſsiuũ cõtingentẽ in rigore Galenus tribuit, diſcutiam. Quod poſtquàm falſum eſſe hæc legentibus oſtendero, quæ vera rigoris cauſa ſit, docebimus. Quippe Galenus, vt vidiſtis, putat non diſsimilem eſſe rigorem, terræ motui, prouenienti ex abundantia vaporum, & exhalationum incluſorum in terre cauitatibus, & hinc inde motorum, exitum procuranti bus his. De quibus Ariſto. 2. meteorologicorum cap. 2. ſummæ tertiæ meminit. Mihi autẽ videtur, quòd & ſi Galenus reddendo hãc cauſam in totum ſcopum non attigerit, parum tamen abfuerit ab attingendo illum. Certè decipi Galenũ vel ex hoc patet, quòd cùm arteriæ ſint vaſa, per quæ hic, quem calidum naturalem nominat, defertur, ex illius per arterias diuerſa interius & exterius delatione muſculi hic inde nõ mouendi in rigore erant, ſed potius palpitatio quædam conſpicienda. Ex aduentu enim ſpirituum calidorum ad partes exteriores, eleuationes partium ſuperpoſitarum arteriæ videri erat neceſſum, & ex retro ceſſu eorundem ad ſua principia depreſsiones earundem partium contingere debuiſſent. Ex quibus motibus palpitatio conſtituenda erat, vt idem Galenus cap. 5. libri citati inquit. Etiam quòd palpitationes hæ potius infeſtaturæ erant partes corporis interiores, in quibus arteriæ magnæ multùm de calido includẽtes ſitæ ſunt, quàm has exteriores, de quo minimè qui rigent, conquerun tur. Tertiò, quòd non erat, cur oculi nõ rigerent, cùm ad eos quàm magna ſpirituum copia deferatur, ſed illis nequaquã rigor accidit, vt Ariſto. 31. ſectione problematũ, problemate. 23. inquit. Euentibus etiam docentibus, quòd qui rigent, non cogãtur ſemel claudere oculos, ac ſtatim aperire eoſdem. vt experimur patiẽtes hoc ſymptoma inuitè claudere os: & ipſum hiare, adeò vt dentibus fremant. Quartò, qui timentes tremũt, ſeu concutiuntur, minimè habent cauſam morbificam impedientem delationem calidi naturalis ad membra. Vt ergo in iſtis aliũde tremor, ſiue rigor, aut concuſio (nihil enim intereſt, an ſic: vel aliter nomines) accidit: ſic in rigentibus alia inueſtiganda erit. Quam vt inueniam, methodo eiuſdem Galeni vtar. Vt enim quando aberrat, à nobis carpitur, & reprehẽditur: ſic quãdo à vero nõ deuiat, dignus eſt à me & omnibus vt magiſter venerari, & ingenue in rebus ſapienter dictatis, quæ innumeræ ſunt, talis confiteri.

¶ Sitq; prior methodus, quæ in exordio capitis quinti. quarti libri de locis affectis refertur, in hũc modum habens, ✠ Sed iam tempus eſt vt ſpinalis medullæ affectus perſequamur. Igitur ſpinalis medullæ affectus, quantum ad præſentem inquiſitionem pertinet, compendioſam habent doctrinã. Ea verò, quæ ex actionibus habetur cognitio, nõ item. Etenim niſi quis neruorũ ab ipſa procedentium coniugationes ita memoria teneat, vt ad quã corporis partem ſingulæ proueniant, cognoſcat, diſcernere non poterit, ſecundum quam vertebram ipſa ſit affecta: veluti econtrario ſi illarum meminerit, facilis erit affectæ ſedis notitia: quin etiam ſi reliquarum quoque partium omnium, notitiã quæris, vt neruorum, qui à ſpinali medulla oriuntur, memineris neceſſe eſt. ✠

Autoris de rigoris cauſa ſentẽtia ꝓponitur quibuſdã ſuppoſiti[s]

¶ Ex qua

:corre ¶Ex qua methodo facilè elicitur, quòd qui functiones vniuerſas oriẽtes ab vniuerſis ſpinæ vertebris læſas habet, vt qui reſolutione ſeu cõuulſione omnium corporis partiũ affligitur, ſiue inuitus motu aliquo earundem moleſtatur, hunc ſpinã totam læſam neceſſariò habere. At qui ſingularis membri functionem læſam habuerit, huic ſingularis vertebræ leſionem contingere.

clariũ. ¶Atque ex eadẽ palàm noſcitur, quòd cùm experiamur in regentibus, neruos mouentes maxillam inferiorem, & etiam brachia, ac cæteras partes hominis, quæ ſub collo ſitæ ſunt, læſionẽ in functione motrice pati, inde neceſſariò inferri, originem eorum, quæ ad ſpinæ vertebras attinet, læſam etiam eſſe, illæſis exiſtentibus neruis illis, qui oculos, & palpebras mouẽt, cùm has partes quieſcere cùm rigemus, noſcamus.

præſciẽ ¶Qua methodo, & ſuis correlariis ſuppoſitis, neceſſum quoque eſt, vt apertius cauſa huius ſymptomatis dignoſcatur, ſcire muſculos mouentes oculos à ſecunda coniugatione neruorum orientium à cerebro neruos habere, & nequaquam à vertebris ſpinæ illos oriri, vt ex libello Galeni de diſſectione neruorum colligitur. Præſciendum etiã quòd arteria magna à ſiniſtro cordis ventre oriens, de qua Ariſto. ſub nomine venæ aortæ meminit primo de hiſtoria animalium, cap. 16. Et eodem libro cap. 18. Et tertio de hiſtoria cap. 3. & 4. & aliis in locis horum librorum. ad quintam vertebram ſpinæ tunc primùm cùm è corde oritur, feratur: indeque per reliquas medias ſpinæ vertebras deorſum verſus ſitas vſque ad oſis eiuſdem portionem maiorem, quam latam nominamus, vbi ſpina finitur, deſcendere. vt Galenus cap. 14. tertii libri, de naturalibus facultatibus. & cap. 7. ſexti libri. de vſu partium docuit.

¶His fundamentis iactis, etiã addere oportet, quòd ſuperius docuimus, cùm modum, per quem febres fiunt, oſtẽdimus. humorem ſcilicet & vaporem, & diſtemperiem ab extrinſicis cauſis, ſiue intrinſecis ſanguini aduenientia, & ipſum inficiẽtia, vt ſpiritus vitalis materia eſſe, nequeat, cauſam eſſe, vt cor in magnas, veloces, & frequentes diaſtoles & ſyſtoles attollatur. et ex hoc inſueto magno motu calidius & febriens reddatur, & ſpiritus diſtribuendos per totum corpus, calidiores reddat, ad relatas cauſas morbificas extirpandum. Quibus omnibus exactè præcognitis, rigoris cauſam nullam aliam arbitror eſſe, quàm pugnam & litem inter vitales ſpiritus, & ralatas cauſas morborum in cor per arteriam illam magnã, de qua diximus, aut per venam cauam ſibi proximam repentes, & diffundi procurantes, vt in exterioribus commiſtis ſuauibus loqueribus cùm putridis, aut non putridis experimur, alterum per alium perfundi, conari. Natura enim, quæ nos gubernat, & regit, mox vt vllus ſenſibilis vapor, aut humor nocuus in relata vaſa ex aliorum membrorum vaſis, vel ex ſeipſis oriens repente defertur, ſpiritus vitales ad illum diſſipandum, & in vaporem vertẽdum è corde mittit, cui humor, aut vapor noxius, aut humor à continente diſtemperatus, renituntur, & reſiſtunt, quod omne ens appetat aſſeruari, & eſſe. Indeque in arteria, aut vena relatis, aut in ambabus ſimul, vbi morbifica cauſa includitur, concuſsio inſignis, Rigoris cauſa exprimit.

ſignis, ac tanta accidit, vt neceſſum ſit, ſpinæ neruos his vaſis ſubiacentes concuti, & ſimul neruos omnes ab eiſdem profluentes. Qui cùm in muſculos omnium partium, quæ in rigentibus vibrantur, diſtribuuntur, etiam partes illas vibrari contingit: non aliter, quàm ſi truncum arboris vehementer concuſsiſſes, ramos vniuerſos moueri videres. Hæc ergo eſt exacta, ac vera rigoris cauſa, cui nihil eorum, quæ aliis recenſitis à Galeno obiiciuntur, obſtant, vt infra patebit, cùm prius duo quæ inſurgunt dubia diſſoluam.

Proponũtur & ſoluuntur duo dubia.

¶ Alterum eſt, quòd non videtur vbi ex bubone, aut alia inflammatione, ſeu humore vitiato in aliquo membro particulari contento, qualiter rigor fieri queat, cùm nec vapor, nec humor putridus ille ad venam, ſeu arteriam relatam in dorſo ſitam deferatur, ſine qua delatione ex meis aſſertis rigor non contingit.

2. dubiũ proponitur.

¶ Aliud ſit, quòd appareat ſi ſic, vt ego fateor, rigores fierent, maxillam inferiorem non paſſuram rigorem, cùm ſita ſit ſupra quintam vertebram ſpinæ, cui primum arteria aorta procedens è corde coniungitur. Cuius oppoſitum diximus, & experientia ipſa verum eſſe monſtrat. Adeò enim aliqui rigẽtes dentes concutiunt, vt parum abſit, quòd eos non frangant.

Soluũtur primũ dubium.

¶ Priori obiectioni ſententia Galeni in libro, an ſanguis in arteriis natura contineatur, ſatisfacit, cùm in medio ferme libro dixit. Arteriam, quæ ſpinæ hæret, perinde ac truncum arboris vinus eſſe, alias verò ex ea ortas, veluti ramos, & rurſus alias, quæ à ſeinuicem diuiſæ æquales protenduntur, ſicuti in ramis germina & folia. Quemadmodum igitur folia recuruatis ramis, plerunque ſibi interuallo propinqua ſunt, quanuis longo ſint exortus progreſſu ſeparata (nam ramis & trunco inter ſe folia iunguntur) ſic & arteriæ, quæ in imo ventre diſpurguntur, etiam ſi propinquæ ſpatio ſint arteriis meſenterii, longo tamen originis interuallo ſeſe contangunt.
In his nempe verbis Galen9 aſſeuerat arterias omnes, & de venis & neruis idem intelligendum eſt, habere commertium cum truncis vnde oriuntur. Per quod facilè eſt intelligere, potuiſſe ex quibusuis vaſis humoris vitiati vaporem, aut eiuſdem propriam ſubſtantiam in trũcum tranſmitti, ac defferri: quo accidente, cùm truncus, vt diximus ſpinæ ſuper inſideat, prouenire rigorem, vt retulimus, ex inflammatione inguinis, aut alterius partis in conuenit nihil.

¶ Commentitia, relata à nobis non eſſe, euentus ipſi docent. Parum certè prius, quàm rigor inuadat, conqueruntur ferme ómnes, qui rigorem paſſuri ſunt, ſentire ſe per dorſum aſcenſum cuiusdam frigoris aliqui, alii, & ſi rari, caloris. Quæ triſtes ſenſationes non aliunde proueniunt, quàm vnde nos diximus, quòd ſcilicet cùm frigiditas percipitur, humor pituitoſus, aut melancholicus, ſeu vapor eorundem diffundatur ex aliis vaſis in recenſita magna vaſa in dorſo ſita, vel in alterum illorum.

Euentib9 autoris ſentẽtia cõprobatur

Aut ſi ſanguineus aut bilioſus eſt humor, ſeu vapor, & magno cum impetu aſcendat, adeò velociter retrahi ſpiritus cogat, vt partes dorſi frigeant, deficiente calore ſpirituum deferendorum à corde: à quibus quiuis actualis calor in animalibus

malibus pendet,nullis corporis par tib9 ſine his calidis actu exiſtere va lentibus. At cùm caliditatis ſenſu grauamur:contingit,quia cum minori velocitate ſanguis,aut bilis,ſeu eorundem vapor ſurſum repit, liceat tunc iis calidis humoribus calorem ab ſpiritibus illatum aſſerua re,& in dorſi partes inferre. Porrò illi,qui febribus continuis,ſeu inter mittentibus ſine rigore ægrotant, ex hoc habent, quòd morbifica cau ſa tardè,ac pigrè,per venam aut arteriam dorſi repat.Quæ enim velociter agitur, neceſſariò rigorem eſt illatura. Ne duntaxat euentus cum noſtra doctrina quadrant, verum etiam ex ea methodus ellici poteſt, qua noſcatur, an in vaſis ſupernis, aut infernis ſucci facientes morbũ includantur,Cùm enim in crurib9, aut partibus ſedi proximis morbi cauſa ſita eſt,ab infimis dorſi partibus cõmertium habentibus cũ rela tis,morbi cauſa aſcendere per dorſum,ab ægrotante percipitur. At ſi in partib9 vmbilico vicinis humor ſeu quæuis alia cauſa febrem illatu ra exiſtit,à renum regione oriri, id quod aſcendit ſurſum, ſentitur. Verùm ſi à thorace ortum traxerit febris cauſa â proximis partibus ſca pulis frigus aſcendere diſiudicatur. Quæ dignotio non parum conducit ad morbi medellam,remedia nẽ pe topica,ſcita ſede humoris, meli9 admoueri poterunt, quàm ipſa ignorata.

Dubij ſo: o. ¶Secundum dubium ſentẽtia Galeni nõ lõgè à principio libri quarti, de anatomicis adminiſtrationibus ſufficienter diſſoluit.Ibi nempe refert,muſculos,quibus maxilla inferior mouetur, neruos recipere ab vniuerſis colli vertebris: & cùm arteria illa magna, quam oriri à ſiniſtro cordis ventre diximus, quintæ vertebræ colli adiuncta in duas par tes diuidatur,infimam ſcilicet deſcendentem per dorſum vſq; ad latũ os, & ſupremam aſcendentẽ ad caput per ſuperiores colli vertebras, vt Galenus. 5. cap. ſexti. de vſu partium dixit,neceſſarium erit,neruos orientes â relatis vertebris concuti, moueriq;,cùm ſpiritus delati per re latã partẽ arteriæ in ordinatè mouentur,nitentes rem inficientẽ ſanguinẽ ab arteriis,aut venis illis ſubditis excernere. Eſſe enim ſubiectas venas arteriis dorſi dixit Galenus in libro de diſſectione arteriarum, Inquiens. ⁂ Oſtenſum enim nobis eſt, ſuper vertebras venã, ſuper hãc autem ferri arteriam. ⁂ illiſq; col li neruis agitatis, mandibulam quo que agitandam indubie euenturum erat. Nimirum ergo aliquos rigentes frendere dentibus ob cauſam re cenſitã:aliiſq; id nõ accidere, quòd pugna,& concuſsio nõ adeò ſurſum in arteria illa magna in talibus con tingat, vt ad portionẽ illam ſupremam arteriæ pertingat.

¶Iis iã diſcuſsis, & ſolutis dubiis, ſupereſt recenſere argumenta, quæ cauſis rigoris relatis à Galeno obie cta ſunt, ac oſtendere, quòd noſtris decretis minimè illa aduerſentur.

¶Primum illud fuit,quòd ſi rigor oriretur à mordacibus ſuccis delatis ſupra partes muſculoſas, â cauſtico medicamento vulneri impoſito rigor oriri nequiret,quia iam quòd pars vulnerata vibraretur, cæteræ corporis partes non eſſent concutiendæ, cùm ſupra illas nihil erodens ſpargatur. Euentibus, & Galeno ipſo docentibus per relatam aſperſionem medicamenti vniuer- Argumenta obiecta Galeno nobis nõ aduerſari oſtenditur.

ſum corpus rigere. Nos enim faciliter hoc diluimus, confitentes meritò recenſitos ægros rigere, quòd medicamenti venenoſi tenuis pars inficiat ſanguinem venarum & arteriarum vulneri proximarum, qua infectione diffuſa in venam & arteriam dorſi, cùm cor per illas expandat potiorem ſpirituum portionē diſtribuēdam in vniuerſum corpꝰ, pugna, & lis oritur, conſimilis illi, quam in principiis febrium inuadētium cum rigore accidere, diximꝰ. Nō enim minus ſanguinem inficit vapor, aut pars tenuis cauſtici medicamenti, quàm humor putridus, ob quem abſumendum febris á natura concitatur. Neque mirum tam exiguam portionem cauſtici exterius amoti poſſe in altum corporis per vaſa exigua, & deinde maiora ac maiora vſq; ad dorſi venam & arteriā permeare, cùm Galenꝰ fateatur ſanguinem inflammatū in bobone calefacere venæ proximæ ſanguinem alterum, & ipſum alium, donec per relatam dorſi venam & arteriā cordi communicari calorem febrilem opinetur. Nā quanuis falſum ſit calorem putridi ſucci calorē cordis intendere, verum eſt, mallam illam affectionem, quæ ſanguinem inficit per modum relatum ſerpendo procedere vſque ad cor, vel cordi proximas arterias & venas, indeque cōpelli ipſum in magnas, veloces & frequētes diaſtoles, & ſyſtoles attolli. Quòd ſi velis opinari per venas & arterias vulneris infectionem relatam comunem non fieri arteriæ, & venæ magnis ſitis ſupra ſpinam, ſed per neruos vulneri ſparſos repēdo procedere vſque ad dorſi neruos ſubiectos relatis venis & arteriis, indeque communem infectionem toti ſpinali medullæ fieri, non inficiabor. Siue enim hac ſeu illac infectio pergat, origo neruorum omnium membrorum, qui concutiuntur, neceſſariò afficienda in rigentibus eſt.

¶ Etiam obiectio alia de rigentibus ſeu trementibus ob timorem, nobis minimè obeſt, quòd in promptu reſponſum habeamus. Tremūt quippe nonnulli, qui timent, & ſi in lectis vel ſolo recumbant, quia hi irati quandoque meditentur aduerſus hoſtes ſe inſurrecturos, & tūc ſpiritus eorum expandi per arteriam magnam dorſi incipiant: cum ſtatim præ metu immodico ab hac meditatione deſiſtentes, putant ſatius eſſe fuga, aut humillimis precibus hoſtem placare, tunc ſpiritus in cor retrahi cogantur. Ex quibus innumeris & inconſtantibus cōtrariis meditationibus innumeri & imperfecti ac contrarii motus ſpirituum oriuntur, & illius arteriæ magnæ agitatio, ac ex agitatione medullæ ſpinalis, aut neruorum immediatè ab eadem procedentium contractio, & expanſio, & ex his totius corporis, vt dixi, rigor, & vibratio, in iis autem qui hæc non cogitant rigor prouenit ob id, quòd vehementer retrahantur ob metum ſpiritus vitales ad cor, & diu ibi detenti ſanguis à continente male afficiatur. Cogaturq; cor ſpiritus ad arteriam dorſi pellere, vt cum ex aliis cauſis ſanguis inficitur. Soluitur alia obiectio.

¶ Rigor ille quoque, qui in febre ardente finienda per ſudorem, & alui deiectionem contingit, de quo Hippocra. quarto Aphoriſmorum. aphoriſ. 58. meminit, prouenire propter pugnam verſantem inter ſpūs delatos à corde in arteriam & ve- Soluitur obiectio alia.

& venam magnas, & humorem bilioſum, vel eius vaporem ibidem exiſtentem, conſonum rationi eſt, & non per bilis expanſionem in membra exteriora, cùm aliu fluxui, & ſudore medeatur.

[...]luitur alia [...]io. ¶ Argumẽtũ quoq;, quo improbatur cauſa rigoris à Gal. recẽſita, huiusmodi ſeriẽ ſeruãs. Si rigor proueniret ab expãſione humoris mordacis ſupra vniuerſos corporis muſculos, potius tetanus q̃ rigor tũc viſſendus eſſet, ideo quòd pariter muſculis internis & externis, qui mouent mẽbra, pũctis, mẽbrũ rectũ ſtare cogendũ erat, & nõ flectendũ, & extendendũ, vt cùm riget, flectitur, & expanditur. Cõtra nos minimè procedit. Nos enim illã cauſam, quã Gal. falſè fingit, rigori non aſsignamus, ſed aliam, quam audiſtis, ad quam inconueniens illud non ſequitur.

[...]luitur alia [...]iectio. ¶ Alia quoq; cauſa rigoris aſsignata à Gal. frigiditas ſcilicet humoris à quo febris pendet, quãuis vera ſit, cùm frigiditas tenui ſubſtantiæ admiſcetur, perpetuò vera non eſt. Nã cùm craſſæ, aut lentæ adiungitur, minimè rigorem eſt nata producere. Quartanam nempe febrẽ patientes, in principio vniuerſalis morbi nõ rigent, ſed cùm in augmẽto, aut ſtatu, ſeu declinatiõe ſiti ſunt, quòd in principio craſsities ſucci melancholici nõ ſic infeſtet naturã, vt cõpellat cor mittere velociter & frequẽter ſpiritus, qui pugnãtes cõtra morbificã cauſam repentẽ per venã aut arteriam dorſi, motũ inordinatum in ſpinæ medullam, aut in nervos immediatè orientes efficiat, ex quo quaſſatio, & vibratio in toto corpore proueniat. In augmento & ſtatu autem quia attenuatus per febriles calores humor, agilior efficitur, & velociter verſus cor repere valet, naturam cogit, ſpiritus frequentes, & veloces mittere, ad ſeipſum diſcutiendum, & in halitum vertendum, aut à vaſis tã præcipuis ſemouendum, à quorum motu & humoris renixu, ſequitur rigor, vt diximus. Parique ratione patientes febrem quotidianã propter pituitæ redundantiam, ſiue putredinem, rigoribus non corripiuntur: quòd pituita viſcidus humor ſit, qui terrorẽ incutere naturæ minimè valet, indeq; ipſa ſenſim aduerſus pituitã commota, pugnam, ex qua cõcuſio medullæ ſpinæ, aut neruorũ ſequatur, nõ agreditur. Aër tamen immodicè frigidus, quòd tenuẽ ſubſtãtiã habet, rigorẽ infert, natura conãte, per magnã ſpirituũ copiã, ſanguinis diſtẽperiei frigidæ, vſque ad magna vaſa penetrãti velociter mederi. Frigiditas etiã aëris q̃a extrinſeca eſt, ſi vniuerſos neruos cutis malè afficeret, poſſet etiã rigoris cauſa per aliũ modũ eſſe, quòd natura putet, frig9 illud per cõcuſsionẽ expellere poſſe In omnibus nẽpe rigẽtib9 frigus in exterioribus partibus percipi, vt inde coactus ſit Gal. rigorẽ per frigus definire, nõ aliunde accidit, q̃ ex veloci retractione ſpirituũ ad cor, & magna illa vaſa ſupra partẽ interiorẽ ſpinæ ſita. Deficiẽtibus nẽpe his, à quibus calor actualis noſtrorũ mẽbrorũ oritur, neceſsũ eſt, mẽbra frigida manere. Tandem ratio, quæ ex frigiditate pituitæ non efficiẽtis rigorẽ aduerſus Galenũ colligebatur. minimè cõtra me colligi valet.

¶ Vt etiam alia adducta contra Galenum, quæ ex rigore proueniente à bili delata ſupra os ventriculi aliquorum famem patiẽtium, non ſolùm mihi aduerſa non eſt, quin in totum meæ ſententiæ fauet. Ego enim fateor, ob relatam triſtem Alia ſoluitur ratio.

ſenſationem. Cùm cor adeò ſtomacho cõſentiat, vt antiqui os ventris cor nominauerint, vt Galenus. 2. li. de decretis Hippocr. & Platonis refert. & 8. de compoſitione pharmacorum ſecundùm locus. & Aphori. 65. quarti libri Aphoriſmorũ, ipſũ mittere velociter & frequenter ſpiritus per arteriam dorſi, de qua ſæpe diximus, ad extirpandum humorem, aut vaporem inficientem ſanguinem prædictorum vaſorum ex commertio oris ventris cũ arteria & vena relatis, & corde ipſo, vt diximus. indeq; rigorem oriri.

Horroris cauſa exprimitur.

¶ Non eſt, vt quid immorer, ſoluẽdo rationes obiectas cauſæ à Gale. exhibitæ. cap. illo. 6. à me citato ex libro de palpitatione, tremore & rigore. quòd aliquæ ex illis iam ſolutæ ſunt, ac alias facillimé ſoluet quicunq; cauſam rigoris à nobis recenſitam exactè intellegit. Ideoq; ad exarandum horroris cauſam tranſgredior, quòd id facere promiſerã. Horror, vt Galen. ſexto cap. libri de palpitatione, tremore & rigore. Et ſecundo de ſymptomatum cauſis cap. 5. Solius cutis affectus eſt, differens à rigore, quòd remiſsius ſymptoma, quàm rigor ſit, & à minori cauſa oriatur: qui ſecundum meam ſententiam aliunde non prouenit, quàm à mitiore motu neruorũ dorſi, quàm ſit ille, qui rigoris cauſa eſt. Vt enim inſignis agitatio, & lis inter ſpiritus & humorem nocuum cõtingẽs in vena & arteria magnis dorſi, cauſa eſt rigoris, vt audiſtis, ſic mitior commotio cauſa eſt horroris. Sicut enim qui truncum arboris vehementer concutit, ac quatit, neceſſariò ramos omnes vibrabit: & ſi pauxillum, ac ſenſim truncum concuſſerit, ſolùm folia commouebit: ſic inſignis lis in relatis ſpinæ vaſis cauſa eſt rigoris, exigua verò horroris: nerui enim, qui per cutim ſparſi ſunt, foliis arborum non diſſimiles cenſeri queunt. Ita enim venas extremas cutis Galenus vocat, conferẽdo eaſdem venæ cauæ aſcẽdenti per ſpinam, à qua cæteræ ortum trahunt. Quod docet, me non aberraſſe, cum retim neruorum cutis, conferendo ſpinali medullæ, folia nuncupo.

¶ Itaq; cum Galeno conſentio, dũ refero, quòd à mitiore cauſa horror quàm rigor proueniat. Ab eo verò quã maximè diſſentio, quòd non putem in principio febrium ſupra membra extrinſeca ſenſitiua deferri horroris cauſam, vt Gale. opinatus eſt. Nam huiuſmodi Galeni decretum eiſdem argumentis improbari valet, quibus cauſa rigoris ab eodem allata, exploſa eſt. Ad tremoris ergo cauſam breuiter explicandum accedamus.

In quo cum Galeno conueniat autoris ſententia, & quo differat.

¶ Tremorẽ in libro citato de palpitatione, rigore, & tremore Galenus credit oriri à grauante, & ponderoſa cauſa, & facultate motrice aliquando ſucumbente, aliâs vincẽte. Cum enim feſſa crura baiulorũ ob nimium pondus humeris eorũdem impoſitum tremunt: non aliũde tremorem illum patiũtur, quàm quòd immoderatum pondus crura flecti compellat, & virtus motrix nitatur flexa crura iterum recta ſtare, ſicq; tremulus motus proueniat. Per quam normam cæteros tremores fieri credit. Et quanquàm verũ ſit, relatum tremorem inde oriri, vnde Galenus dixit: non tamen omnes illam cauſam habere faſſuri ſumus, vt ſtatim oſtendam, dum prius ſoluam quandam rationem Gentilis expoſitoris Auicenæ, qua opinatus eſt increpare Galenum reddentem

tem recenſitam tremoris cauſam. Ratio Gentilis huic hypotheſi innitebatur. Quòd maior aut minor reſiſtentia mobilium potẽs ſit plus aut minus motum motoris retardare: non tamen motum taliter in cõtrarium vertere, vt quod deorſum ferebatur, ſurſum repat, & quod ſurſum deorſum deſcendat. Ideoq; tremorem, in quo membrũ ſæpe deorſum latũ, ſurſum fertur, & ecõtra. non poſſe fieri per modum à Galeno dictum opinatur. Verùm Gentilis hic, & mille aliis in locis hallucinatus eſt, non videns, quòd hypotheſis illa vera ſit in motibus merè naturalibus, qualia ſunt grauium & leuium. Secus vbi agens vitale animale concurrit. Quippe grauia ſic grauia nunc ſunt, vt niſi ab extrinſeco grauitas eorundem addatur, grauiora nunquam erunt. Et leuia conſimiliter. Quod tamẽ animalibus minimè cõtingit. Pars enim corporis, manus, aut pes, aut brachium, quæ ſui grauitate, & imbecilla facultate motrice deorſum decidit, inſurgẽte virtute vitali, & animali vltimo conatu naturaliter vitaliter ſurſũ repit: iterũq; abſumptis ſpiritibus, quibus vis illa augebatur, deorſum fertur, ac ſtatim, reſtitutis viribus, aſcẽdit: & ſic tremulus motus in recenſito euentu fieri valet, vt Galen9 docuerat, & nullius valoris Gẽtilis ratio ſupereſt. De quo ſatis, vt tempus ſuperſit Galeni cauſam, quã cuiuis tremori conuenire putat, explodendi.

¶Porrò ego non video, quo nomine appelletur affectus ille, qui ſenibus perpetuò quatiẽtibus caput, ac aliis mouentibus tremulè brachia, & crura, & nonullis totum corpus vibrantibus contingit. Nam ſi tremorem nominauerint, cùm huiuſmodi membrorum tremor contingat, etiam membris in toro recumbentibus, vt ægris ſtantibus, nullo modo impugnam illam grauitatis membri deiicientis, & facultatem motricem membri ſurſum attollẽtis reduci motus tremulus ille valebit. Et cùm in aliam cauſam neceſſariò concuſſio talium ægrorum reducenda ſit, & ſolum motum tremulum orientem à recenſita, tremorem Galenus vocet, cogit ipſe legentem ſuam ſententiam aut inquirere aliud nomen, quo relatum ſenum affectum denotet, aut vocare illum tremorem, ortum trahentẽ ab alia occaſione, quàm quæ à ſe recenſetur. Quippe cùm neq; palpitationem, neque rigorem, neque conuulſionem nominare illum valeat, reſtat, vt tremorẽ, vitiatum illum motum nominare compellatur, vt dixi. Qui, vt ego reor, in iis, qui mẽbra, quæ tremunt, ſuſpenſa non habent, ſed ſuper aliqua re immobili reclinata, nõ aliũde prouenit, quàm ab aliquo fluido humore deſcendẽte in villos neruorum membri tremorem patientis: quòd villi nonnulli membri illius laxi verſi permittant oppoſitis verſus contrariũ ſitum membrum trahere: & illi, qui ſicci erant, ſtatim per alterius humoris defluxum laxi facti, membrũ in priorem ſitum reducãt. Ac cùm continuus ſit hic defluxus ex imbecillitate membri recipientis, & fortitudine mẽbri, quod mittit, diu affectus durat. Aut ſi hæc cauſa non placet pro tremoribus peculiariũ membrorũ, de quibus agimus, orietur hic tremor à flatuoſa materia, vt ſit quædam perpetua palpitatio. Cùm autẽ totũ hominem occupat relatus affectus diu perſeuerans, vt qui à me viſus eſt in mercatore quo

dam, cuius omnia membra tã dor-
mienti, quàm excitato ſemper qua-
tiebantur, aliter quàm peculiaris
membri prouenit. Crederem enim
ego ideo accidere prædictum tre-
morem, quòd in ſpinæ medullam
illius, ſemper deflueret inæqualiter
humor aliquis, qui conuulſionum
aliquorum villorum fuerit cauſa,
& reſolutionis aliorum, ſimulque
vnius & eiuſdem muſculi villis qui
buſdam reſolutionem patientibus,
& aliis conuulſionem. & mox oppo
ſito modo fluxu accidẽte, neceſſum
erat, perpetuò membra quati, vibra
riq; : quòd origo neruorum quatia-
tur, ac vibretur. vel ſi id nõ quadrat,
inflatuoſam materiam inæqualiter
ſemper perdorſum delatam, affect9
hic reiiciendus eſt. Audiſtis veras ri
goris, horroris, & tremoris cauſas,
de quibus agere in præſens ſtatuera-
mus. Supereſt medellam horũ ſym-
ptomatum exarare. At quòd à di-
uerſis & quandoq; contrariis ſuccis
oriri ipſa queunt, ideo differre ho-
rum curationem vſq; ad febriũ me
dellam viſum. Dum tamen prius
quandam Aëtii methodum ex ſer-
mone primo tetrabibli ſecũdæ. ca.
130. ducam, quæ loquẽdo de tremo-
re in febribus ex ſentèntia Herodo
ti ſic refer. Neceſſe eſt autẽ om-
nino affectam eſſe in omnibus ſpi-
nalem medullam, quapropter tota
ſpina contegenda eſt, & affectæ par-
tes, lanis ſicyonio, aut potius gleuci
no imbutis, aut cerato liquidiore
ex aliquo taliũ parato, aut ex oleo
rutaceo. &c. Vbi quiſquis atten-
tè relatam ſententiã legerit, mani-
feſte noſcet, Herodoto idem viſum
de tremorum & rigorũ cauſis, quod
nobis.

¶ Etiam Paulus lib. 2. & Aëtius ſer
mone primo tetrabibli ſecundæ. &
Auicena fen. prima quarti ac alii
authores ſymptomatibus aliis, pu-
tà animi deliquio, vigiliis, capitis
dolori, ſiti, graui ſopori, compluri-
miſq; accidentibus in febribus eue-
nientibus, certis, & continuis capi-
tibus medellam præſcripſerunt, re-
cenſiti Græci poſt febrium curatio
nem: Arabs Auicena prius. Mihi au
tem viſum neutros æmulari, ſed cu
iuſuis febris medellam exactã ſcri-
bere. Et quòd attinet ad curationẽ
relatorum ſymptomatum differre,
quouſq; de membrorum particula
rium morbis tractemus, vbi omni-
bus ſymptomatis prædictis neceſſa
riò curationem ſumus exaraturi,
Deo concedente, quis enim cordis,
aut oris ventriculi morbos recenſe
bit, qui animi deliquium obliuioni
tradat? Et quis capitis ægritudines
ſcribet, qui dolorem capitis vigiliã,
& grauem ſoporem trãſgrediatur?
Ac quis aurium morbos annumera
bit, qui dolorem earum ſub ſilentio
prætereat? Horum ergo omniũ tra-
ctationẽ in ſua loca differendo, me-
dellã febriũ pluriũ dierũ aggredi ac
cingor. pri9 coctiõis & putrefactiõis
naturã & cauſas exprimendo, quòd
de his ſæpe in medicatione febriliũ
morborum neceſſario ſumus tra-
ctaturi, vbi quatuor tẽpora febriũ
diſtinguentur. prout expedit ad Hi
po. ſententias recte callendum,

Caput. 28. De coctione ac putrefactione.

DIcturus coctionis
ac putrefactionis
eſſentiã, ſi omnia
quæ de rebus his
ab antiquis ac iu-
niorib9 dicta ſunt
expli

explicare conarer, ac quantum in-
ter ſe horum ſententiæ diſsideant,
& quæ earũ veritati proximior ſit,
exprimerem, non exiguæ molis li-
brum de hocce tantùm negotio me
conditurum putarem. At cùm phy
ſicis exactum hoc pertinere ſciam,
nobis, qui exactam philoſophiam,
Deo concedente, ſumus compoſitu
ri, vel alteri, ſi ſuperſtites nos fore
minimè fata permiſerint, recenſita
relinquo. Ac in præſens tãtùm vniꝰ
Ariſtotelis ex.4.libro metheorolo-
giæ ſententiam in medium propo-
nam, & inſigniores lapſus eiusdem
digito, vt inquiunt, monſtrabo, Hip
pocratis, Empedoclis, Platonis, Era
ſiſtrati, Aſclepiadis placitis ſub ſi-
lẽtio prætergreſsis. Verùm enimue
ro, cùm errores quicũq; illuſtriores
quibusuis pateant, qui veritatem ne
gotii circa quod aberratur, ſciunt,
quid verè coctio, ac putrefactio ſe-
cundum noſtram ſententiam ſit, in
primis exponam, nã eæ ſcopus, quo
nunc tendimus, ſunt. Poſteaq; ali-
quos Ariſtotelis contextus ex cita-
to loco adducam, & quibus in ſentẽ
tiis hic, qui meritò hucusq; philoſo
phus nominabatur, fuerit halluci-
natus, euidentibus rationibus pro-
babo.

Quid veræ coctio ſit.

¶ Nempe cùm phyſica demõſtra-
tione oſtendi valeat, elemẽta obſer-
uantia ſuas proprias ſubſtãtias vni-
uerſa miſta conſtituere: omniaque
quanta ſub lunari orbe ſita, elemen
ta, aut miſta eſſe: quod ne omnia in
omnibus afferam, probandum in ci
tatum tempus differo. Coctio nihil
aliud erit, quàm quatuor elemento
rum, aut quatuor partium miſtarũ
ab eiſdem denominationem trahẽ
tium in debitis ponderibus, ac pri-
marum qualitatum proportioni-
bus concurrentium, à natura inten
ta pro alicuius formæ miſti genera
tione commiſtio. Dixi quippe ege-
re miſtionem elemẽtorum, quæ co-
ctio dicenda ſit, vt in conſtituendo
perfectum miſtũ verſetur, vt niuis,
& grandinis, & aliorum imperfecto
rum miſtorum aggregationem ele-
mentorum, ex quibus conſtituũtur,
coctionem non vocitem. Addidi
etiam requiri ad coctionem, quòd
in debitis ponderibus, ac primarũ
qualitatibus proportionibus elemẽ
ta, quæ per coctionem miſtum per-
fectum ſunt conſtitutura, coẽant: vt
ſciant, qui hæc ignorant, non ſuffi-
cere certam terræ, & aquæ, aëris, &
ignis quantitatem, quam pondus e-
lementorum vocamus, ſimul con-
uenire, vt miſtum perfectum eua-
dat, ſed vltra id requiri, taliter re-
fractas eſſe elementorũ primas qua
litates, prout formam miſti gignen
di decet. In vltimo loco huius fini-
tionis poſui, quòd neceſſum ſit à na
tura coctionem intẽdi, vt eam (quæ
à caſu ſit) elementorum commiſtio
nem (ex qua nonnulla animalia, vt
vermes, & inſectorum non pauca ex
putridis cadaueribus quandoq; cõ-
ſtituuntur) coctionem nemo nomi
net. Nanq; & ſi verum ſit, quòd iuuẽ
ci, exempli gratia, cadauere putrefa
cto, apes fieri contingat, vt Vergi-
lius.4. Georgicorum docuit, non ta
men has per coctionem factas eſſe
dicemus, vt illas, quæ in aluearibus
gignuntur. nam priores à caſu (nul-
lo particulare agente procurante
commiſtionem elementorum re-
quiſitam pro forma earundem gi-
gnenda) factas eſſe dicimꝰ: ſed quòd
acciderit cùm carnes iuuenci mor-
tui putrerent, & elementa carnẽ iu-
uenci conſtituentia ſegregari à mi-
ſtione, & in natiua loca tendere co-
narentur, taliter commiſta fuiſſe,
prout

prout formæ apis conueniebat. Et ſi aliter elementa commiſcentur, vermes gignerentur:& aliter admiſta,nihil,quod vitam habeat,fieret. In aluearibus tamen ex apum ſemine apes perpetuo fieri aſſeueramus, quòd ſeminis earũ ſpirituoſa pars commiſcere elementa, ex quibus reliquæ partes ſeminis cõſtant, eo modo procuret, prout forma apis poſcit. Diſtuli vſq; in hunc vltimum locum explicare quædam verba in principio finitionis appoſita, quia lectis prioribus facilius percipientur. Ea erant, miſtionem intentam à natura in coctione circa elementa, vel circa partes miſtas denominationes ducentes ab elementis verſari. Vt omnes ſciant,dupliciter miſta fieri, nonnulla ex miſtis partibus,alia ex elementis. Quippe cùm ex ſeminibus plantæ, aut animalia gignuntur, non aliter hæc nouiter fiunt, quàm ex partibus miſtis denominationem ſumentibus ab elementis, putà aëreis, igneis, aqueis, & terreis,commiſtis â genitiuo ſpiritu, vel alia quauis vniuerſali cauſa, prout expedit plantæ, aut animali formnado, alia miſti forma ſuperaddita. At plantæ iam adultæ cùm nutriuntur, ex elementis fouentur,puta ex aqua, & terra à radicibus plantarum ſuctis,& ab aëre per poroſitates earundem ingrediente,& igne vi caloris ſolis,& partium ignearum conſtituẽtium plãtam,quæ nutritur,genito. Nõ enim qui cauillaretur,dicẽdo aquam, terram,& aërem, quæ præ manibus habemus,pura elementa non eſſe,indeq; nos mentitos fuiſſe, aſſeuerantes in plantarum relata nutricatione elementa conuenire,quid dixiſſe putet. Namq; & ſi verum ſit, quòd terra hæc ſyncera terra non eſt, ſed quòd aliquid aquæ, & aëris, & etiã ignis geniti tempore æſtatis ab immodico ſolari calore habeat, & aqua aliquibus exiguis portionibus aliorum elementorum participet, & aër quoque, vt minutiſsima corpora in radiis ſolis viſa teſtantur: non tamen ita hæc miſta ſunt, vt vnam ſuperadditã ſibi formam miſti,vt quæ vera miſta ſunt, habeant: ſed in vnam congeriem aggregata eſſe putamus. Si enim miſti formã relata habuiſſent, etiam operationes aliquas, ac proprietates vllas ex his, quæ perfectè miſta comitari ſolent,poſsiderent, quod non experimur. Cùm ergo,vt dixi, ſimul congeſta elementa cum elementis, quæ nutriunt plantas,ſint,cogitur rebellis fateri, in nutritione plantarum ipſa elementa nuda à quauis forma miſti ingredi, atq; ex his aliquam partem plantæ loco reſolutæ gigni. Metalla omnia in viſceribus terræ genita, ab elementis quoq; ſtatim fieri teſtamur, vt & lapidum in numeræ ſpecies. Sat hæc de difinitione coctiõis dixiſſe exiſtimo ad alia ergo, quæ negotio huic attinent illuſtrandum, tranſgrediamur.

¶ Ex dictis primò elicitur, nullũ ſimplex elementum poſſe verè concoctum dici. Nã,vt audiſtis, coctio miſtis tantùm conuenire poteſt, elementa gigni, & corrumpi dũtaxat dicuntur. Quod ſatis doctè Ariſtoteles.4.meteorologicorum, tex. cõ. primi,loquendo de primis qualitatib9 ſub his verbis referebat. ※ Primò igitur vniuerſaliter ſimplex generatio, & naturalis tranſmutatio harum virtutum, ſcilicet primarũ qualitatũ eſt opus. Et oppoſita corruptio ſecundùm naturam. ※ Quaſi dixiſſet,Generatio ex ſimplicibus Quæ ex dictis eliciuntur.

facta,

facta, putà cùm forma miſti in elementis inducitur, & putrefactio, quæ eſt corruptio oppoſita coctioni, vt ſtatim docebimus, ab operatione primarum qualitatum prouenit. Vocat miſti generationem in præſenti loco ſimplicem generationem, id eſt, ex ſimplicibus generationem. Et fortaſis, non vt adductus textus habet, legendus erat ſed ita. ⁂ Primò igitur vniuerſaliter ex ſimplicibus generatio &c. ⁂ In cõtextu ſequenti etiam nihilo à nobis diſentiebat. cum quæ ſequũtur ſcripſit. ⁂ Hæ igitur plantis inſunt, & animalibus, & partibus ipſorum. Eſt autem ſimplex, & naturalis generatio tranſmutatio ab his virtutibus facta, cùm habeant rationem ex ſubiecta materia vnicuiq; naturæ, hæ autẽ ſunt dictæ virtutes paſſiuæ. Generant autem calidum & frigidum dominantia materiæ, cũ autem non dominantur, ſecundùm partem quidem inquinatio, & incoctio fit. ⁂ In quibus omnibus verbis nihil eſt, quod, vt dixi, cum finitione à nobis data non quadret. Nã tranſmutationem, id eſt, mutuam actionem, & reactionem ab illis virtutibus factam, putà à primis qualitatibus neceſum eſſe præcedere, vt ex ſimplicibus, per coctionem miſtum fiat, nos retulimus. Etiam ſolis miſtis coctionem competere notauimus, quod Ariſtoteles in verbis illis explicuit. ⁂ Hæ igitur plantis inſunt, & animalibus, & partibus ipſorum. ⁂ Et non dixit, elementis & eorum portionibus. Quaſi per hoc innuere vellet, elementa per coctionem non gigni, nec per oppoſitum affectum, putà putrefactionẽ, ſeu inquinationem, & incoctionem corrumpi, ſed aliter.

Correlariũ ¶ Secundò ſequitur non tantùm dici coctionem miſtionem partiũ alicuius ſeminis, ex quibus aliquod miſtum perfectum euadit, verùm, nutrimenti commixtio quæ intus animalia, & plantas ſe alentia contingit, coctio nominetur. Vt enim aliquæ partes ſeminis, ex quibus vt ex materia planta, aut animal eſt gignendum, vim habent agendi in alias, quas non tantum commiſcent, prout formæ plantæ, aut animalis opportunum eſt: ſed ita eas teretibus, aut ſphericis, ſeu angularibus figuris effingunt, quaſi intellectu præditæ forent, quòd à natura (cuius eſ ſentiam hic non expremimus) edoctæ partes relatæ ſeminis vim effectricem habentes ſint. Sic quoq; vẽtriculus animalium alimenti partes prima coctione miſcet, & inteſtina feculentum earundem, ineptum ſanguis fieri, trahunt, ac ſugunt, vt ſuccus qui ſupereſt promptus reddatur per aliam etiam coctionem uerti in ſanguinem, iocinore venulis quibuſdam trahente illud ad ſeſe, & tandem ſingula corporis membra ſanguinis illius diuerſas partes, ſibi admotas commiſcent, prout cõuenit, vt ſanguis ille formam ſpecie eãdem cum ſua ſuſcipiat: quas tres ventriculi, iocinoris, & membrorũ elaborationes, coctiones merito nominamus, quòd in quauis earũ noua miſti forma, priore corrupta, gignatur. Neq; diſsimilis huic coctioni eſt plantarum nutritio. radices enim ventriculi vim habent, in quibus pro tota planta alimentum earumdem elaboratur, & à radicibus ſurſum verſus per occultas canales venis animalium proportionales trahitur, & in ſingulas partes diſtribuitur, à quo ipſæ aluntur.

¶ Tertiò ſequitur ſententiam Ariſtotelis libro citato commento. 13. 3. Correlariũ

in qua referebat. Eſt itaque calidi quidem concoctio. Veram in hoc ſenſu eſſe, quòd in coctiõe, quæ fit à partibus ſeminis vim effectricem habentibus in reliquas, quæ vt materia deſeruiunt. Et in coctione à ventriculo, iocinore, & membris animalium, vel â partibus plantarum iis conſimilibus facta, elemẽta calida inuenta in his partibus: quas efficere coctionem dicimus, plus efficiant, quàm frigida, quòd frigoris ſit potius motum coërcere quàm ipſum incitare. Et cùm, vt audiſtis, ſine miſtione coctio non fiat, neque miſtio ſine motu, inde rectè dictum ab Ariſtotele eſt calidi quidem coctio, & à medicis frigiditatẽ non ingredi operationes naturales, quòd concoctrices has vocarẽt, vbi neceſſariò caliditas, cui mouere tribuimus, concurrit. Quanquã enim frigiditas ſit neceſſaria in cõcoctione, vt partes calidas miſcendas temperet, & ad gradum talem, qualem forma inducenda poſcit, ducat. nõ ei tribui vis miſcendi valet: quia, vt diximus, potius ipſa motum arceret, quàm proritaret, Si tamen relata Ariſto. Sententia dicat formam miſti partam per coctionem à calido gigni, enormiter aberrat. Nam neque ſemen animalium, aut plantarum, animas vexetatrices, neque quas per ſynonymiam quãdam ſenſitrices vocant, gignere valet, neque calor cum accidens ſit, id aſſequi poterit, vt ſufficienter in priore parte noſtræ Antonianæ Margaritæ docuimus,

Correlariũ ¶ Quartò ſequitur vocatam à medicis coctionem, verſantem circa ſuccos putridos, à quibus morbi fiunt, diſsimilem multò eſſe à definita nobis coctione. Nam medicorũ coctio, quam alii digeſtionem vocãt, nihil aliud curat, quàm quòd noxii ſucci inepti propter nimiam tenuitatem, aut craſsitiem, ſeu lentorem, aut alia vitia excerni per vẽtrem, aut vrinam, aut alios meatus, redacti ad quandam mediocritatẽ, apti ad execretionem fiant, itaque craſſorum attenuatio, & lentorum inciſio, & tenuium incraſſatio, digeſtio à medicis dicitur, ſiue euadat poſt has actiones, quod coctum eſt, miſtum non putridum, ſeu plus adhuc quàm ante putreat, Quam coctionem Auicenæ expoſitores digeſtionem in nociuo vocant.

¶ Quinto ſequitur impropriè: & per metaphoram elixationem, & aſſationem vocari coctionem ab Ariſtotele decimo tertio commento citato, cùm dixit. Eſt itaque calidi quidem concoctio, concoctionis autẽ maturatio elixatio, aſſatio. Nam neque aqua vbi elixanda elixãtur, neque ignis à quo aſſantur aſſanda, pro ſcopo habent aliquam formam miſti in elixandis, aut aſſandis inducendam, quod quam maximè propria coctio poſcit. Niſi enim coquus elixationem & aſſationem moderaretur, elixatorum, & aſſatorũ miſtio diſſolueretur, & vniꝰ aqua, aut aqueum alterius vſta terra, aut terreum tantùm reſtaret, itaque elixantis aquæ, & aſſantis ignis hic eſſet finis, ſatis diuerſus ab eo, quem poſcere veram definitã à nobis coctionem diximus. Verum tamen quòd, coquo moderante, quæ apta vt manderentur nõ erant, mãdi habilia per coctionem, aut aſſationem fiunt: vt quæ debitè diſpoſita ad ſuſcipiendam aliquam miſti formam non erant, per coctionem habilia redduntur. Ideo ob hanc ſimilitudinem, vt dixi, elixatio, & aſſatio coctio nominantur. 5. Correlariũ

¶Sextò

6 Correlariū ¶Sextò ſequitur definitam ab Ariſtotele.4.meteorologicorum,cōmēto citato coctionē per ſequētia verba. ※ Cōcoctio igitur eſt perfectio à naturali,& proprio calido, ex oppoſitis paſsiuis. hæc autē ſunt propria vnicuiq; materia. ※ intellectā vt noſtra coctionis definitio eſt explicita bonā eſſe. Credēdū enim eſt Ariſt. vocaſſe illic,propriū calidū, naturā partiū ſeminis, ſeu eorum, quæ vegetātur,intēdētē coctionē.& elemēta,aut miſta, quæ ab eis nomina ſortiūtur,dixiſſe oppoſitas paſsiuas,putà elementa aut relata miſta prout terminabilia humiditate,& terminata ſiccitate ſunt,hæc, vt dixi, oppoſitas paſsiuas vocaſſe. En quòd hucusq; parū in ſententia ab Ariſt.diſceſsim9, ſed tātùm phraſi. Nā ille obſcurè, & cōfuse: nos autē dilucidè negotium explicuimus.

Taxatur Ariſtote. in negotio coctionis. ¶Verùm quis audebit,quæ poſt recenſitas Ariſtotelis ſentētias verba falſa leguntur,fuco vllo,& extortis, & cum hoc mendacibus expoſitionibus veras eſſe contendere? Quippe contextus ille.18. quarti citati libri. ※ Neceſſe eſt autē quæ cōcoquuntur,craſsiora, & calidiora eſſe. calidum enim efficit tale melioris molis,& craſius,& ſiccius,cōcoctio igitur hæc eſt. ※ Quantunuis exponi velit,vt veritatē priorē nō offendat minimè poterit: noſcentibus omnib9,omphaciū,malū,ficus, & multos alios fructus ſuccos immaturos,per maturationem,quæ definita coctio eſt,tenuiora reddi,quàm præfuerūt Nullus enim adeò petulans erit,qui audeat dicere, vuas maturas tenuioris cōſiſtentiæ nō eſſe,q̄ omphax ſit, & quòd de aliis cōplurimis immaturis fructibus eadē ratio nō obſeruetur. Nā euadere referēdo, quòd ſemē acini vuæ,quod nucleū,aut vinaceū nominamus, & ſemē incluſum in malo,& pini nuclei, ac alia cōſimilia ſemina craſsiora ſint poſt fructuū perfectā maturationē, q̄ prius erant. Et quod de illis fuerit locutus Ariſto parum prodeſt: quia caro illa pomorū,& aliorū fructuū, & liquor acinorū maturorum, quæ ſemē intus ſe incluſum protegunt,& ſepiūt,per coctionē,ſiue maturationē ex craſsi cōſiſtentia in tenuē ſūt redactæ. In quibus à vero deuiaſſe Ariſto. cùm vniuerſaliter eſt teſtatus, cōcocta craſsiora ſeipſis crudis eſſe,nemo inficias ire valebit.Deuorata quoq; craſſa alimenta per coctionē ventriculi in ſuccum tenuē verti, & ex ſanguine lacte craſsiore, à mā millis lac tenue fieri, omnibus manifeſtum eſt.Et ne immorer multa ex his afferendo, plurima quorū tradita ſunt à iunioribus,inquirentibus,vtrū verum ſit, quòd digeſtio (ita enim coctionem appellant) ſemper procedat craſſum reddendo, an nō,ideo de his in præſens tacere decerno,donec tempus recenſitum cōcedatur.Et ad alios Ariſto.magis apertos lapſus innuendum accedo.

Taxatur Ariſto. iterum. ¶Qui enim apertior error, q̄ ille, qui Cōmento.21. relati quarti meteorologiæ libro legitur? ※ Nullū autem humidum ipſum ſecundū ſe maturatur ſine ſicco: aqua enim nō incraſſatur,ſola humidorū, accidit autem,aut eo quòd calidum ſit paucum, aut quod terminatur humidū multum. ※ Vbi volens Ariſto. reddere cauſam,cur aqua per coctionē craſiōr non vertitur,vt alia concocta, inquit. hoc prouenire à pauco calore reſpectu multæ humiditatis aquæ. Immemor eius, quod parum antè definiēdo coctionē,ſcripſerat, quòd ſcilicet coctio in ſolis miſtis fieri valeat. Quo quæſitum de aqua

vno verbo diſſoluere poterat. Ideo
nempe ipſa craſior à quouis calefa-
ciente verti non poteſt(vt quæ con-
coquuntur valent) quia ſimplex ele
mentum ſit, maturari, ſeu cõcoqui
inepta. Nam ſolutio Ariſtotelis nul
lius momenti eſt, quòd poteſt adeò
pauca aqua exponi tam multo igni
vt nequaquam verè dici poſsit, cali
dum paucum eſſe, reſpectu tam exi
guæ aquæ molis. Atiam quòd cùm
aqua in terram vertenda paulatim
ſiccior, & minus frigida per terræ
operationem fiat, priusquàm in ter
ram vertatur, neceſſariò craſsior
reddenda eſt, Et concoctio non di-
cetur talis incraſſatio, quia ſimplex
vt dixi, ipſa ſit: ergo à nobis vera cau
ſa, & ab Ariſtotele falſa exhibita eſt.

Iterum Ariſ. taxatur.

¶ Commento etiam decimoſe-
ptimo dixerat Ariſtoteles. ⁂ Tũc
enim vtile eſt, & concoctum eſſe di-
cim9, ſicut muſtum, & quæ in tuber
culis conſtant, cùm factum fuerit
pus, & lachryma; cùm facta fuerit
ſordes, ſimiliter autem & alia. Ac-
cidit autem omnibus hoc pati, cũ
victa fuerit materia, & humiditas.
Hæc enim eſt, quæ terminatur ab
ea; quæ in natura caliditate. quan-
diu enim inſit in ipſa ratio, natura
hoc eſt. Quapropter & ſanitatis ſi
gna, quæ talia, & vrinæ, & egeſtio
nes, & omnino ſuperfluitates. Et
dicuntur cocta eſſe, quia indicent
caliditatem propriam dominari
humido. ⁂ Quorum contextu-
um ſententiæ in conpendium re-
dactæ hoc tantùm ſignificat, quòd
muſtum, & tubercula, & ſordes, &
vrinæ; ac reliquæ ſuperfluitates
tunc cùm craſſeſcunt, concocta di-
cantur, minimè conſiderans, quod
tubercula ante coctionem dura ſæ-
pe ſint, cocta verò mollia, quòd
intus incluſum tenuioris conſiſten
tiæ factũ, quàm præerat, ſit. Etiam
quòd vrinæ eorum, qui ob pitui-
tæ craſſæ redundantiam ægrotant.
tunc concoctæ dicantur, cùm ex
craſsis tenuiores vertuntur. Vbi
oppoſitum eius, quod prædixerat,
accidit. Fiunt enim per coctionem
relata ex craſsis tenuia, & non ecõ-
tra. Quod docet falſum eſſe decre-
tum illud. Per coctionem omnia
craſsiora verti. Quin hoc indiffe-
rens, & ambiguum eſſe. Natura e-
nim, cui coctio alicuius rei commi
titur, concoctum efficit craſum, au
ferendo eius quod coquitur partes
tenues, vel partes craſſas addendo,
& concoctum tenue redit, amouen
do craſſas, aut nonnullas tenuis con
ſiſtẽtiæ addẽdo, prout formæ indu-
cẽdæ cõuenit: nõ perpetuò procedẽ
do incraſſando materiã, quæ coqui
tur, vt Ariſto. (nõnulla concocta, &
nõ omnia animo voluẽdo (putauit.
De coctione ſatis. de putrefactione
ergo oppoſita coctioni deinceps lo
quamur, relictis cõtrariis elixatio-
nis, & aſſatiõis modis, quos inquina
tionẽ, & toſtionẽ vocauit. Quia, vt
bis iã dixi, tantũ quæ medicis diſpu
tari cõueniũt, hîc explicam9, alia in
aliũ locũ explananda linquimus.

Quid putrefactio ſit.

¶ Non adeò difficilis erit putrefa-
ctionis definitio, cognita contraria
coctionis eſſentia, vt multis verbis
exponi egeat, vt Ariſto. ſexto Topi-
corum. & primo de Cælo. cõ. 44. &
mille aliis in locis ſub his verbis di-
cebat. ⁂ Contrarii vnius definitio
manifeſtatiua debet eſſe ſui contra
rii. ⁂ Si enim coctio nihil aliud,
vt oſtendimus, eſt, quàm quatuor e-
lementorum, aut quatuor partium
miſtarũ ab eiſdẽ denominationem
trahẽtiũ, in debitis põderib9, ac pri
marũ qualitatũ proportionib9 con
currẽtiũ, â natura intẽta pro alicui9
formæ

formæ miſti generatione commi-
ſtio,oppoſita putrefactio, erit qua-
tuor elementorũ, aut quatuor par-
tiũ miſtarũ ab eiſdẽ denominatio-
nẽ trahentiũ à violenta cauſa intẽ-
ta diſſolutio,ac ſegregatio.Nẽpe cũ
aliquid putredine corripitur, laxiꝰ
& humidiꝰ ꝗ præerat cõuerſum, ab
aqua,aut aqueo proprio ſtatim irro
rari videmus,quòd aqua,& aër,quæ
in illius miſti putrefacti cõpoſitio-
ne ingrediebãtur, corrupta tẽpera-
tura,& miſti forma, diffundi (quod
propriũ humidorũ eſt)ipſa incipiũt
quæ duo,partes quoq; igneæ (quæ e-
tiã miſtũ perficiebãt) veluti à carce
re euadẽtes,comitãtur, ſolis terreis
ſubſidere relictis. Quo humidiora,
& calidiora tunc primũ cùm putre
ſcũt,omnia cernũtur,vt in progreſ-
ſu exhalatis aqueis, aëreis, & igneis
partibus,multò frigidiora,& ſiccio
ra viſuntur, ꝗ ipſa cùm incolumia
ante putrefactionẽ, & primũ putre
facta erãt. Quod ſatis dilucidè Ari-
ſto.4.citato lib.cõmen.3.&.4. ſic re-
ferebat. Simplici autẽ generatio
ni cõtraria maximè cõmune putre
factio.omnis enim ſecundũ naturã
corruptio,ad hæc via eſt,vt ſenectꝰ,
& ariditas, finis enim omniũ horũ
marcedo: niſi aliquid violẽtia cor-
ruptũ fuerit natura cõſtantiũ. eſt e-
nim & carnẽ, & os, & quodcũq; cõ-
buſsiſſe,quorũ finis ſecundũ naturã
corruptionis putrefactio eſt. Qua-
propter humida primò,deinde ſic-
ca tandẽ fiũt putreſcentia. Qui-
bus ſentẽtiis quicquid eorũ,quæ di-
ximꝰ,minimè aduerſatur.In putre-
factionem nempe tendere omnia,
quæ ſenectute corrumpuntur, & ni
ſi violentia ignis inanimata cõbu-
ſta perirent, aut ſic vel aliter anima
lia conſumerentur, quòd omnia pu
tredine finirentur vitiata per anno
rum diſcurſum, temperatura ele-
mentorum, & eorundem miſtione
requiſita ad formæ conſeruationẽ,
nullus eſt,qui neſciat.

¶Sed iis veris decretis,Ariſtoteles Taxatur A-
quaſi ſtupidus ſtatim verſus, com- riſtoteles.
men. 5. quandam falſam ſentẽtiam
conectit,quæ præſentem ſeriem ſer
uat. Quapropter & putreſcunt
omnia alia,excepto igne:etenim ter
ra,& aqua,& aër putreſcunt. omnia
enim hæc ſunt materia igni. Nã
vel ibi de puro igne Ariſtot. loqui-
tur, vel de hoc, quem præ manibus
habemus,quo illuminamur,calefa-
cimur,& comburimur,aut (ſi nobis
placet)coquimus,vel aſſamus. Si de
ſyncero & puro igne loquitur, pri-
mò non eſt: cur plus dicatur terra,
& aqua, & aër materia ignis, quàm
ignis viceverſa materia recenſitorũ
trium elementorum. Vt enim ipſe
fingit (& ſi falsè) eſſe quandam ma-
teriam primam,quæ in omnium e-
lementorum cõpoſicionem ingre-
ditur,& cùm alterum in alterũ trã-
ſit, eandem eſſe ſubiectum prioris,
& poſterioris formæ teſtatur.par ra
tio erit,quòd ignis dicatur materia
aëris, ſi ex eo immediate aër fieret,
vt ipſe inꝗt quòd aër eſt materia ig
nis, cùm vtriuſq; materia in alterũ,
quod fit,tranſitura erat.

¶ Secundò ſi ipſe ad amuſsim pu-
trefactionis definitionem caleret,
erat viſurus, quòd tantum miſta, &
non ſyncera elementa putrefactio-
ne erant corripienda, quòd putrefa
ctio certa miſtionis elementorum
diſſolutio ſit,vt parum ante docui-
mus.Si de ſecũdo igne impuro Ari-
ſtoteles ibi tractat, nec cauſam, quã
exhibuit,cur non putreret: erat red
diturus: quod impurus ignis miſtũ
perfectum minimè ſit:ſed imperfe-
ctum: vt nix: & grando. Ac vt non

quærimus rationem, cur nix, aut grando non putreant, quòd ſciamus aquam, & aëris nõnihil, & pauxillum terræ componere niuem, & grãdinem, nulla miſti forma iis addita: ſic de impuro igne conſimilẽ rationem erat redditurus, non putrere ſcilicet ipſum, quòd perfectũ miſtum non ſit. Porro admiror ego, qui nobis cauit Ariſtoteles, ne ad pauca reſpiciẽtes deciperemur, ſic obcæcatum fuiſſe, atteſtando putreſcere omnia excepto igne, niuẽ, & grandinem, & adamantos, & alia innumera lapidum genera minimè conſiderando, quibus etiam nõ putreſcere conuenit, quòd potius aqua fermè, vt cryſtallus cõgelata, adamas ſit, quàm perfectum miſtũ: & carbũculus aqua aëri & igni plurimo commiſtus, quàm etiam exactum miſtum. Etiam qualiter auſus fuerit fateri aquam, terram, & aërem putreſcere: cùm impoſsibile ſit, ſi vera forent, quæ de putrefactione prædixerat (vt ſunt) aquam, & aërem in fine putrefactionis ſicca relinqui. Niſi ipſis corruptis, & in ignem, aut terram verſis, modo vnius ſimplicis elementi in aliud tranſitio, putrefactio vocanda non erat, ſed vnius corruptio, & eius quod fit generatio. Certè ſi altè negotium hoc Ariſtoteles fuiſſet rimatus, videret aërem non eſſe, qui putret, ſed in aëre contenta (quæ innumera ſunt) quandoque putreſcere. Ramenta quippe rerum perfectè miſtarum, quæ volitare in ſolaribus radiis cernimus, ſunt, quæ putrent, & non ipſe aër. Et ex huiuſmodi ramentis non pauca in aqua contenta putrent, & non aqua. Non enim video, cur non liceat ſuſpicari ex grauibus rerum ramentis, & deorſum tendentibus in aquã complura immergi, ipſaque fore, quæ putrefactionem patiũtur: cùm ipſe Ariſtoteles ſecundo de generatione & corruptione tex. Commenti. 50. veritate compulſus affirmauerit, plantas quatuor elementis nutriri, & ſi aqua ſolum nutriri iudicentur. Cur etiam terram putreſcere putemus, quæ diximus facilè declarant: namque ſuper ſatisque oſtenſum ſuprà eſt, putrefactionem miſtorum affectum, & non ſimplicium eſſe: quo certi ſumus, terram putreſcere minimê poſſe. Innumeræ ergo rerum ſordes tam auiũ: quàm quadrupedum, & radicum, & foliorum plantarum, & aliarum rerum eidem commiſtarum putreſcentia, dicipiunt eos, qui credunt terram putreſcere: cùm tamen certum ſit, impoſsibile eſſe, ipſam putrefactione corripi, quod, vt ſæpius dixi, non elementorum, ſed miſtorum ſit paſsio. Hæc de putrefactione in præſentiarum dixiſſe ſatis puto, aliud ergo à nobis promiſſum de temporibus febrilium morborum exprimere, auſpicor.

Caput. xxix. In quo tempora febrium explicantur.

QVANQVAM morborum omnium tẽpora ſub eiſdem fermè verbis exprimi valent, febrilium tẽporum dumtaxat differentias, paucioribus quâm poſsim verbis explanabo.

Hæc ergo dupliciter conſiderari va
lent. Aut enim penes cruditatẽ aut
coctionem humoris,qui febris occa
ſio eſt. Aut penes ſæuitatẽ ſympto-
matum,quæ in febribus viſuntur.
Priora ergo tempora tria tantùm
ab omnibus recenſenda ſunt. Pri-
mum tempus principiũ vocãdum,
cùm in morbi materia coctiõis nul
la ſigna adſũt, quòd ipſa incocta ſit
coctione, quæ noxiis ſuccis (de qua
ſuprà loquuti fuimus)conuenit,pu-
tà cum in totum excerni à corpore
inepta eſt.Secundùm augmentũ di-
cemus, cùm iã ipſius coctionis, qua
vt expellatur prompta ſit,ſigna nõ-
nulla viſuntur,quæ ſucceſsiuè augẽ
tur. Tertium tempus ſtatum vocãt.
quando optimæ,ac perfectæ coctio
nis ſigna adſunt, noxio ſucco, & te-
nui,exempli gratia , craſſo verſo, &
ex diſtante à viis,per quas eſt expur-
gandus,proximus illis factus. Neq;
poſt coctionis ſtatum inclinatio co
ctionis eiuſdem materiæ ſequi va-
let. Quæ enim ſemel ex tenui aut
craſſa, optimæ cõſiſtentiæ verſa eſt,
incrudari neſcit , vt qui illud Auer
rois dictum,coctum nõ poſſe incru
dari,ad vnguem callent , ſcient. In
ſtatu ergo coctionis materiæ febri-
lis febris ſimptomata implurimũ
declinant,& pauſant. De huius mo
di ergo temporibus iam loquamur.

¶Tempora quippe , quæ penes ſe-
uitatem ſymptomatum diſtingun-
tur, etiam dupliciter diuidi poſſe o
mnes credunt : prout ſymptomata,
quæ febres comitãtur à duplici cau
ſa originem trahere valent. Aut e-
nim ſymptomata tantùm originã-
tur à febrili calore immodicè ſpiri
tus vitales,ac cæteros difflante,mul
tosq; fumos in caput pellente, & o-
perationibus conſuetis ſenſibiliter
lædente. Aut non tantùm à febrili
calore , ſed à pugna naturæ contra
materiam,quæ febris occaſio eſt. Et
prout relata ſymptoma duplia , vt
dixi, ſunt, ſic tempora penes ſæuita
tem ſymptomatum duplicia neceſ
ſariò erunt. Omnia tamen in prin-
cipium,augmentum,ſtatum , & de-
clinationem diuiſa quatuor recen-
ſentur. Principium vocatur , ſym-
ptomatum initium , augmentum,
quãdo ſenſibiliter maiora ſunt: ſta-
tus,cùm culmen obtinent: declina-
tio , cùm mitiora ſenſibiliter ſym-
ptomata fiunt. Neque in omnibus
morbis,hæc quatuor tempora con-
tingunt. Complures enim in initio
finiuntur. Alii quãdoq; cũ creſcũt.
Innumeri quando declinant. Et in
ſtatu omnes qui interimunt. Nulla
enim ægrotanti pereunti maiora
ſymptomata,durante vita , poſſunt
accidere, quàm quæ illum fungi vi-
ta,cogunt. Et ſi enim in alio homi-
ne , qui validiores vires , quàm mo-
riens haberet , morbus plus creſce-
re, quàm in debiliori mortuo , poſ-
ſet : non tamen ob id fatendum in
ſtatu morbi ægrotantem illum nõ
obiiſſe,cùm,vt dixi, in moriente il-
lo augeri plus morbus ille, eo viuen
te,non valet. Itaque improprie ſe-
cundù meam ſententiam Galenus.
3.de Criſib9 cap.9. & poſteriores me
dici inquiunt,poſſe cõtingere:quòd
in principio, augmento, & incli-
nante morbo æger pereat . Nam ſi
morbus tunc interficit, ſæuiſsimus
tunc illis imbecillis viribus eſt.ipſe
enim ſæuiorem viuendo tollerare
non poſſent. Sed quòd hæc quæſtio
de nomine, & nõ de re eſſe videtur,
ideò facilè in alterutram partem e-
go, qui meris veritatibus rerum in-
cumbo,trahar. Nihil enim intereſt
ad ægrorum ſalutem, an tempus re
cenſitum, declinatio , an ſtatus no-

minetur. Dixi nempe in principio ſymptomatum, aut augmento aliquos euadere,non tamen, vt retuli, mori, quòd niſi à valida virtute medico adiuuante, aut eo non interueniente, morbus eſſet expulſus, ipſe augeretur,ſi talis eſſet, quòd in initio non interimeret,aut conſiſteret ſi talis foret, quòd ante ſtatum fungi vita ægrotantem non cogeret.

Caput. xxx. De de medella febrium generica.

LOquuturus de medella febriũ in genere,omnibus notifico, quòd ego non vt ignauus, & piger deſierim ſcribere vlla capita, quæ ab aliis authoribus exarantur: ſed quia căſſa, & nullius valoris ea, quæ de ſignis & medella putridarum febrium prout à diariis, aut hecticis diſtinguntur,ab antiquis medicis ſcribuntur, eſſe ſcio.Nam cùm in iis, quæ antecedunt,ſufficienter oſtẽſum ſit, omnes febres immediatè occaſionem trahere à fuliginibus,ſeu vaporibus vel à redundătia,vel putredine ſuccorum,aut vlla citra putredinẽ mala affectione eorũdem, qua ſanguis taliter inficitur, quòd ineptus redditur, vt ex eo ſpiritus vitales fieri queant,vel mediatè ab vlla vnitatis ſolutione, ſiue in compoſitione læſione, non erat, vt quid illis antiquorum fictis febrium differentiis innitentes, in diuerſos ſcopos medici ipſas curantes, tenerentur remedia earundem dirigere, vt antiqui fecerunt, ſed vnica indicatione curatiua in omnibus ſuppoſita, putà cauſæ ablatione, diuerſis remediis (prout cauſa minor, & non niſi per diem nata durare,aut maior, & per complures perſiſtere potens) vti oportere præcipiendo, methodos curationum febrium diſtinguerent, vt nos in his,quæ dicẽtur,faciemus. Nullam enim aliam indicationem curatiuam ſui febres oẽs exhibent quàm, quòd peritus medicus conetur occaſionem febris,vt dixi,auferre. Leuibus quidem præſidiis eius, quam diariam vocamus, grauioribus illius, quæ plurium dierum appellatur. Habitualium occaſionem etiam nõ diſsimilibus remediis prateritarũ amouere procurãtes. Vbi reſtaurationi carnis conſumptæ,& membrorum radicalium, non exigua cura eſt habenda. Atq; hæc, quæ relata eſt ſententia, ſit prior generica methodus curatiua febrium.

¶ Secunda ſit. Cùm ſcopus naturæ cum febrem per magnas,veloces & frequentes cordis diaſtoles,ac ſyſtoles producit,ſit,vt diximus,ad expurgandum ſanguinem ab ineptis ſuccis, ſeu vaporibus ſibi comiſtis, reſerando occluſos meatus, & cutis poros, vt difflari ſucci vitioſi queăt aut manifeſtè per alios corporis locos excerni.non eſt,cur vllus ſcopus curatiuus à febre ſumi poſsit,prout à re præternaturali, quæ de ſui ablatione indicat: ſed eatenus arcenda ac reprimenda, quatenus immodica eſt,& vel ſpiritus,& membra noſtra plus iuſto diſſoluens, aut materiam,quæ febris occaſio eſt,per accidens magis ineptam,quàm erat,reddit. Vt enim vomitio, & alui excretio cõtingentes in ægris, nequaquă indicant cohibendas eſſe, niſi cùm vires labefactantur, & morborum medellæ nihil proſunt, aut nocent, ſic & febres. 2. Method9.

¶ Tertia

Method9. ¶Tertia ſit. In febribus exigua, aut nulla cura habenda eſt, vt ipſa mitior, & minus ardens fiat, per infrigidantia exterius admota, ſeu interius ſumpta: cùm ſuccus, à quo febris pendet, craſſus, aut lentus eſt. Niſi verearis præ nimio febris ardore humorem illum adeo indurandum, vt ineptus reddatur euacuationi per halitum, aut per venæ ſectionem, ſiue ventris ſolutionem, aut aliam quamlibet à corpore excretionem.

4.Method9. ¶Quarta ſit. Non adeò verendam eſſe hanc humoris lenti aut craſſi rebellionẽ in febribus, prout in exterioribus tumoribus à prædictis ſuccis ortum trahentibus, Nanque tumores præternaturales ſuccos in poroſitatibus membrorum radicalium, aut carniformium impactos habent, febres verò intra vaſa maiorem multò capacitatem habentia: quapropter meritò minꝰ in his verenda eſt humorum induratio, & rebellio, vt dixi, quàm in tumoribus ægritudinalibus.

5.Method9. ¶Quinta ſit. Synceris bilioſis ſuccis, & ſanguine redundantibus, aut putreſcentibus, cura maior habenda eſt, vt febris remittatur, & moderetur, quàm pituita, & melancholico ſucco putreſcentibus, aut plus q̃ corpori conueniat ſuperabundantibus: tam quòd calidi ſucci conſiſtentiam tenuiorem, & reſolutioni paratiorem habent, quàm frigidi. Ideoque mitiore calore, vt diſcutiãtur egeant, quàm quòd per maximã attenuationem: ſi à corpore per halitum, aut ſudorem, vel aliam euacuationem non expellantur, phrenitim, & alios morbos pernicioſos facere parati ſint. Ac etiam, quòd præ immodica tenuitate impingi, & membris adeò includi valebunt, vt poſtea per pharmaca educi minimè queant. Semper ergo iis, quos dixi, humoribus occaſione febris exiſtentibꝰ, quæ corpori admouentur, talia futura ſunt, quòd bilem, & ſanguinem potius temperent, quàm excalfaciant.

¶Sexta ſit. Eebris remiſſio, quæ in relatis febrientibus procurãda eſt, non per mẽdicamenta adſtringentia interius ſumpta, aut exterius admota exequenda vllo in tempore morbi erit, maximè in initio, aut augmento: ne diſcuſſioni in vaporem humorum vitiatorum, aut eorundem ſenſibili per ventrem, aut alias vias excretioni, quæ adſtringunt, impedimento ſint. Niſi cùm aliquod membrum internum adeò laxum fuerit, vt niſi quæ roborant; admouerentur, periculum vitæ immineret. Quapropter aberrant inſigniter: qui trochiſcis, quos paſtillos Latini vocant, confectis ex medicamentis adſtringentibus in principiis febrium vtuntur. 6.Method9.

¶Septima mathodus ſit. Neque quàm maxima cura habenda eſt generis febris, vt ei medearis, ſi febriũ genera per circuitus earundem diſtingeris. Cùm ſæpe accidat febres per tertias dies redeuntes, à craſſioribus ſuccis ortum trahere, quàm quæ per quartas procedunt, & continuas, quàm quæ quotidie affligũt, à plus lentis ſuccis oriri. Reditus enim febriles in tertiis, aut quartis, aut quotidianis diebus, & ſi nonnihil conducant ad notionem cauſæ morbificæ, compluries tamen ſi iis tantùm medicus innitatur, non ſine vitæ ægri periculo aberrabit. dũ enim præſentia condimus, quidam quartanam patiens febrem, in tertianã tranſiiſſe, vidi. ac poſt per quartos dies iterum inuaſiſſe. 7.Method9.

8.Methodꝰ. ¶Octaua, Cum præcipuus ſco-
pus in curatione febriũ ſit ablatio
materiæ,quæ febris occaſio eſt, qua
abſente, natura ceſſaret in magnas,
frequentes, & veloces ſyſtoles, ac
diaſtoles cor atollere, ac depri-
mere, vnde febrilis calor pauſaret:
totis viribus conaturus eſt medicus
per quæuis ſigna inueſtigare ſucci,
quæ occaſio febris eſt,naturam, nõ
tantùm genericam, verum & ſpe-
cificam.Non enim ſufficit medico,
qui rectè febribus medellam exhi-
bere procurat,noſcere, quòd pitui-
toſi ſucci ſunt, qui in ægrotante re-
dundãt, ſed ſpecialius indagare, an
pituita hæc ſit tenuis,& aquoſa, an
lẽta,& viſcida,& an ſit inſipida,aut
acida,ſeu ſalſuginoſa: quòd harum
quæuis diſtinctis præſidiis conco-
quitur,& expurgatur.Craſſos enim
& lentos ſuccos attenuare, & diſſe-
care oportet,& tenues inſpiſſare, a-
cidam pituitam excalefacere,ſalſu
ginoſam quandoq; infrigidare.Ne-
que minores differentiæ in melan-
cholico ſucco contingunt,ac etiam
in bilioſo humore & ſanguine, q̃
quæ in pituita relatæ ſunt. Sanguis
quippe non vniformis in omnibus,
qui febriunt, ob ipſius redundantiá
aut putredinem reperitur. In non-
nullis enim craſſus,attenuatione in
digens: in aliis ſubtilis, inſpiſſatio-
nem poſcens. Atque alias differen-
tias habens paſsim inuenitur. Spe-
cialiq; indagatione naturæ humo-
ris,qui febris occaſsio eſt,inuenta.
Et per hanc febris ſpeciem diſtin-
guendo, quandam pituitoſam à ta-
li ſpecie pituitæ orientem vocabis:
aliam atrabiliariam, reliquam bi-
lioſam, & alteram ſanguineam.Et
has potiſsimas febriles differentias
eſſe dices.Continuas autem & inter
mittentes in talibus aut talibus die
bus eſſe,differentias etiam febrium
fore,non negabis, ſed à quibus non
adeò inſignes methodi curatiuæ eli
ci valent,vt à prioribus,

¶Nona methodus ſit. Delinquũt 9.Methodꝰ.
ergo,qui innixè procurant,genus fe
bris per inuaſiones diſtinctum no-
ſcere: inquirentes ſcilicet, an tertia
na ſimplex,aut duplex,an continua
quæ ſibi proponitur ſit.Et an quar-
tana ſemper infeſtans, aut intermit
tens febris medenda dicatur. Vel ſi
emitriteus, aut quotidiana morbus
ille nominetur. Sufficit enim exa-
ctè noſcere eum humorẽ, qui calo-
ris febrilis occaſio eſt, reditu febris
non neglecto,non tamen adeò dili-
genter, vt occaſio febrilis ſciri pro-
curato. Siue enim quotidie ſemel
aut bis febris augeatur, & imminua
tur: ſiue per tertias aut quartas dies
hoc illi cõtingat, ſeu aliter eueniat,
parum ad curationem conducit, ſi
humoris,qui febris occaſio eſt,natu
ra ignoretur. Prodeſt enim tantùm
circuituum febrilium dignotio, ad
eligendum horas decentes exhibi-
tioni alimenti ægri, atq; reliquæ vi
ctus rationi: neque non ad tempus
aptũ euacuationibus, & decretoriũ
tempus expectandum,non tamẽ ad
eligenda præſidia, quæ expediunt,
vt humor cõcoquatur, & educatur,
in qbꝰ ægri ſalus præcipuè cõſiſtit.

¶Decima methodus ſiet. Vana eſt 10.Methodꝰ
fictio medicorum, affirmantium i- vbi præcedẽtiũ medicorũ
deo febres continuas eſſe, quòd hu- fictio quædã
mor,qui occaſio febris eſt, intra ve- improbatur.
nas contineatur, & intermittentes
inde ortum trahere, quòd humor,à
quo vt ab occaſione pendent, extra
venas ſitus ſit.Nam cùm includi hu
morem intra venas,aut extra, indif
ferens ſit febrium perſeuerantiæ, &
continuitati: quòd ſæpe contingat,
humorem inflãmationis inguinis,

aut

aut alarum in carne extrinſeca impactum occaſionem febris continuæ eſſe, & humorem modicũ, aut facultati expultrici obedientem intra venas incluſum febris intermittentis, & ediuerſo humorem aliquẽ intra venas occaſionem febris continuæ eſſe, & alium extra ipſas ſitũ intermittentis: non eſt, vt quid ex perſeuerantia, aut intermiſsione febrium locum humoris variari putemus. Vnde minimê quoque à prædictis affectibus indicationes curatiuæ diuerſæ ſumi ex diuerſitate locali valebunt, vt ante hac credebatur. exiſtimantibus medicis, continuitatem febris indicare, quòd ſanguis à venis mittendus ſit, quia humor intra eaſdem includatur, & intermiſsionem, non item. Potius enim continentes eſſe febres procedit, quòd facultas vitalis (quæ humorem, ob quem febris concitata à natura fuit) non valuerit illum in totum diſcutere, vt non amplius rediens, febris diariæ tantum fuerit occaſio, aut adeò diſtanter à ſanguine vaſſorum proximorum cordi ſeiungere, vt non niſi in ſecunda, aut tria, aut quarta die redire ad inficiẽdum ſanguinem fuerit aptus, quàm eo quòd intra venas ſit incluſus humor, qui febris continentis occaſio antecedens, ſecus coniuncta fuit, vt iam ſuperius expoſuimus, & infra explicabimus.

11.Methodꝰ. ¶Vndecima methodus ſit. Si adeò difficilis fuerit dignotio humoris, quem putas redundare, aut putrere in febriente, vt nullo modo certus eſſe valeas, an pituitoſus, an bilioſus ſeu ex aliis quiuis fuerit, quòd ſigna ex pulſu, & vrina, & reliquis ſymptomatis ambigua, & non plus vnũ quàm alterum teſtantia ſint, nequaquam materiam morbi illius educere coneris, donec tibi conſtet humoris ſpecies. Quæ dignotio non diu differri poteſt, ſi mediam victus rationem non plus calidis ſuccis, quam frigidis conuenientẽ febriens obſeruauerit. Nam ſi facultas ægrotantis morbum vincere incœperit, ipſa nonnullis accidẽtibus ſpeciem humoris victi oſtendet: at ſi ecõtra ceſſerit, humor ipſe vincens palam ſymptomatibus indicabit, qualis ſpeciei ſit.

Duodecima methodus. Minimè aberrabis ante morbificæ cauſæ cognitionem, ſi ſirupũ acetoſum tempore veris & æſtatis, febrientibus bibendum exhibueris, & oximellem ſimplicem autumno & hyeme, temporibus ſeruantibus propriam naturam. Nam vterq; tàm ſuccis calidis, quàm frigidis adecens eſt. 12.Methodꝰ.

Decimatertia methodus. Falluntur, qui opinãtur ſuccos tenues concoctione non egere, vt habiliores ad excretionem fiant, ſed ſolis craſsis, aut lentis hoc conuenire. Non tantùm ideò, quòd vitalis vis tenues humores ante concoctionem in principio non excernat, ſed ad diem criticam eoſdem poſt coctionem vrinarum reſeruet: vt Galenus & Auicena in plurimis locis ſcripſere verum quod Hippo. Aphoriſmo vigeſsimo ſecundo, primi libri, id ſultus ratione præceperit. Et Galenus de ſymptomatũ cauſis libro ſecundo cap. quarto, idem docuerit, cùm ſcripſit. ※ Aquoſa nanq; propter tenuitatem, potius à ſpiritu thoracis cum vi emiſſo diſſecãtur, quàm vltrà deferuntur. glutinoſa pertinaciter arteriæ adhærent. ※ Etiam in libello, quem de totius morbi temporibus compoſuit, idem explicuerit, cùm dixit. ※ Quinetiam humorum, qui è cerebro per palatum 13.Methodꝰ.

tum

tum & nares defluunt,initium qui-
dem eſt,cùm aquei tenuesque , item
copioſi & acres apparent , extremã
etiam hæc cruditatem indicãt.Cõ-
coctionis notæ iam ſunt,craſsior,&
minus acris, & modicus humor de-
ſcendens.

Nõ ſemp ob ſeruãdã natu ræ normã in euacuatoni bus.

¶ Nec immeritò hæc , quæ ſtatim
leges,ſuperius ſcripſi verba. Nõ-
tantùm quòd natura ante coctionẽ
tenues humores non excernat. id e-
nim ſcripſi: quia ſi ſolius naturæ o-
peram æmulari in coctione humo-
rum vitiatorum,& euacuatione eo-
rundem obſeruare teneremur,nun-
quam niſi in ſtatu coctionis humo-
res per aluum , aut venæ ſectionem,
aut aliã viam educeremus,cùm ipſa
dum viget , & nõ vi ſymptomatum
aliud facere cogitur , ante id tem-
pus non educat à corpore nocuos
ſuccos. vbi manifeſtè aberraremus.
Etiam quòd medicorum omnium
inculpatis methodis cõtrarii id exe
quẽdo eſſemus. quòd ipſa ad ſangui
nem per nares,aut vuluam , ſeu aliũ
quenuis locum criticè educendum,
criticam diem expectet.Nos tamen
ex Galeni , & Auicenæ: ac aliorum
Græcorum, & Arabum ſentẽtia an
tequam ſanguinis concocti in vri-
nis aliquod indicium ſit , per venæ
ſectionem ipſum extrahimus.

¶Nec ab re,quæ relata ſunt,à me-
dicis naturam non æmulantibus in
morborum medella exequuntur.
Sanguinẽ enim vena inciſa in mor-
borum principiis educere,nullis co
ctionis ſignis præcedentibus iube-
mus.& bilioſos & valde tenues ſuc-
cos donec craſsiores fiant , non ex-
purgamus. quòd timeamus , ne in
membrorum poroſitatibus incluſi,
expultrici humanæ facultati,& at-
tractrici pharmaci non obtempe-
rent.Vt quoque viſcidos,craſſosque
humores membris hærentes tã no-
ſtræ facultati expultrici , quàm at-
tractrici pharmaci rebelles quoque
futuros ſuſpicantes prius attenua-
mus,ac diſſecamus, quàm expurge-
mus.At in ſanguine,qui humor me
diocris conſiſtentiæ eſt, neque adeò
tenuis, vt bilis , neque adeò craſſus,
vt pituita , aut melancholicus ſuc-
cus,non eſt,vt quid eius eductionem
immoremur, expectantes ipſius me
diocrem conſiſtentiam,quæ in pri-
ma die morbi in ipſo adeſt , & pro-
ſtrat. Si enim natura differt eiuſdẽ
expulſionem , & non in principio
morbi ſanguinem hunc excernit,
non quia in intermedio tempore i-
pſum promptiorem expulſioni ef-
ficere conetur,retardat.ſed quòd tã
ducendo illum , qui vitiatus eſt , ad
oſculum vaſis , per quod expurgan-
dus erit, & ipſum à puriore ſeiungẽ
do,immoretur,quàm quòd in reſe-
rando oſculum , per quod defluxu-
rus ſanguis eſt , nonnullum tempus
abſumat. Neq; inficiari volo,quòd
quandoq; dilatio contingat : quia
facultas expultrix noſtra proritan-
da à morbifica cauſa eſt,priusquàm
expulſionem moliatur : & cùm ne-
dum in principio valde à morbis la
ceſsiri ſoleat, donec aliqui dies dila
buntur, in quibus humores pertina
cius infeſtantes , moleſtiam grandẽ
inferunt, & abſumi vitales & cæte-
ros hominis ſpiritus deſeruiẽtes vi-
tæ operationibus cogũt. ideo in ini
tiis nimirum , quòd aduerſus mor-
bificas cauſas nõ inſurgat, & in pro
ceſſu ſic. Putare enim in augmenti
duratione,& vſque ad ſuccorum co
ctionem acquiri quandam occultã
qualitatem in humore , qua obedi-
re naturæ expultrici promptus ſit,
(vt Vgo Senenſis eſt opinatus) vanũ
eſt , cum cauſam manifeſtam à no-
bis re-

bis relatam habeamus. Tunc enim ad ignotum principium effectuum deuenire cõpellimur, cùm quæ nobis nota ſunt, minimè ſufficiunt, & non aliter. Negotium ita geri, vt à me dictum eſt, euẽtus ipſi mõſtrãt. Sæpe quippe cõtingit; cùm ſanguis aut alius humor mediocrem conſiſtentiam habẽs, & viis, per quas educendus eſt, adeſt, in principiis morborum excerni ipſum, ac morbum ſtatim pauſare. Quod minimè euẽturum erat, ſi illa oculta Vgonis obedientia acquirenda à principio morbi vſq; ad ſtatũ neceſſario præceſſura euacuationem erat.

14. Methodus.

¶ Decimaqnarta methodus. Neq; quòd redundante ſanguine mediocris conſiſtentiæ licet in principio morbi eundem. vena ſecta extrahere, ideo licere opineris, quouis ſanguine exuberante, conuenire ipſum in initio morbi pervenæ ſectionem à febriente elicere. Nam contingit ſæpius, febres occaſionem à multò, vel putrefacto ſanguine plus iuſto craſſo, aut tenui trahere, quàm à mediocris conſiſtentiæ. Quod in plurimũ ex vrinis dignoſcitur. vbi ſi in priori, aut ſecũda die febris cõtinentis huiuſmodi ſanguinem eduxiſſes, manifeſtè aberraſſes, quòd præ nimia tenuitate, aut craſsitie rebellis extractioni eſſet, qui poſt modũ in tertia, vt plurimum die ſi educeretur, experimẽto noſcimus, prodeſſe. Suntq;, vt dixi, multo plures continẽtes febres, quæ ab huiuſmodi ſanguine occaſionem trahunt, q̃ quæ â mediocris conſiſtentiæ originantur. Indeq; contingit ſalubrius in vulneribus, præcipi ſanguinẽ in ſecunda, aut tertia die vulneris illati mitti, quàm mox vt vulnus infligitur, quòd non omnes, qui vnitatis ſolutionem patiuntur, ſanguinem mediocris conſiſtentiæ habent, ſed cõplures aut valde tenuem, ſeu immodicè craſſum, quorum vterq; ineptus euacuationi erit, pauco, & optimo mediocris conſiſtentiæ per venæ ſectionem extracto.

¶ Quippe, vena ſecta, nõ educitur ſanguis ab homine, vt puncto vtre, vinum ab eodem. Nam in vtre immodicè diſtento, vinum exire compellitur, quòd partes vtris diſtenti cupiant diſtenſionem vitare, & ſui grauitate deorſum petere, indeq; cũ ruptio in vtre fit, qua exitus vino patet, vtris partes compreſſæ, vinum exire compellunt. At in nobis viuẽtibus, & non immodicè repletis, venæ diſtentæ non ſunt, quapropter vena ſecta, ſanguis reſilire non deberet, vt in vulneratis cõtingit: præſertim ſi vt à vena exiret, ſurſum verſus ſanguis mouendus eſſet. Vt cùm vulneratur capitis caluaria, aut humerꝰ, accidit. Proſilit ergo ſanguis ſeu inimico vulnerante, ſeu Chirurgo venam ſecante, quòd cùm natura viget, comprimat venæ partes, vt vitioſum reſilire cogat, & optimũ in corpore detineat. Vnde accidit brachio dextro inflãmato, & vena ſiniſtri (q ſanguinẽ inculpatũ habeat) ſecta, vitiatũ ſanguinẽ educi, optimo contento in venis ſiniſtri brachii, exire à natura, non permiſſo.

Quid ſit in cauſa, q calvaria ſecta, ſãguis ſurſum reſiliat.

¶ Scio quoque citra relatam compreſsionem, quæ à natura in venis ægrorum ſectis fit, ſanguinem ob alias cauſas in ſanis vulneratis reſilire poſſe: tam quòd vena ſecta, ipſe refrigeretur: & inſpiſſetur, & minorem locũ occupet, vnde vena coërceri ne vacuum detur, cogatur, & inde reſultus ſanguinis fiat: q̃ quòd rarò fieri valeãt vulnera, quin aliquis ex angulis eius deorſum verſus tendat, per quem ſanguis, quia grauis,

necessario

neceſſario fluxurus eſt. Ob alias etiã cauſas exire ſanguis à venis in alto corporis ſitis, & per quas neceſſario ſurſum deferendus poteſt, quas in præſentiarũ examinare non eſt decens. Sed his miſsis, ad ordinem methodorum redeamus.

15 Methodꝰ ¶ Decimaquinta methodus ſit. Cùm varia, imò contraria Hippo. & Gale. ac Auicenæ præcepta ſcripta reperiantur, nonnullis quorum cauetur, ne ante concoctam materiam eandem ſubducamus, quo differre ſubductionem humorum vſq; ad ſtatum coctionis eorundem præcipere videtur, & alia in ſtatu quicquam mouere interdicãt, cogimur. vt ſenſus verus vtrorumq; decretorum concipiatur, tempora morborum, vt prius legiſtis, diſtinguere, in ea, quæ per ſeuitatem ſymptomatũ computantur, & alia, quæ ob materiæ coctionem aut cruditatem conſiderantur. Cùm ergo authores præcipiunt, decẽs eſſe in ſtatu nihil mouere, de ſtatu, quem per ſæuitatem accidentium diſtinguimus, intelligendũ eſſe, manifeſtè ratio ipſa docet. Tunc nempe cùm vitalis vis q̃ maximè innititur morbi cauſam vincere, & ipſa morbifica cauſa, vt cætera omnia entia ſuum eſſe aſſeruare cupiens reſiſtit, aduerſusq; naturam vincere ipſam procurantem inſurgit, ſymptomata ſæuiora, q̃ in vllo alio morbi tempore in ægris huiuſmodi conſpiciuntur. Statusq; hic ſymptomatum vocatur. In quo aberraſſet, qui vllam humoris euacuationem moliretur, & aggredi auderet, quòd naturam perturbaret, & à pugna illa vitæ tam maximè neceſſaria cohiberet. Et ſic omnes ſẽtentiæ, quibus ſuccorum vitiatorũ extractio à corpore in ſtatu inhibetur, interpretãdæ ſunt. Vt illæ, quæ iubent crudam, incoctamq; materiam non educendã eſſe, prohibent in principio, & augmẽto coctionis humoris nocui, ipſum expurgandũ nõ eſſe, ſed in ſtatu coctionis ipſius id eſt, cùm perfectè coctus eſt, fore euacuandum iubent.

¶ Atq; ii, quos retuli, diuerſi ſtatus, quandoq; ſimul, ac in eadẽ die & hora contingunt: nonnunquam in diuerſis morbi diebus. Non rarò quippe antecedit ſtatus ſymptoma tum ſtatum coctionis materiæ morbi, vt ſæpe quoque ediuerſo contingit. Neque hæ varietates fortuitò eueniunt, ſed propriam cauſam habent. Cũ enim morbi ſalubris cauſa à principio vſque ad ipſius ſtatũ (animaduerſum penes concoctam materiam) rebellis nõ coctioni, ſed expulſioni durat, eiusq; nihil ſenſibile præterquàm ſedimentum aut exiguum exputum excernitur, & proximior tunc cordi, quam in vllo alio tempore morbi noxius ſuccus ac putridior reperitur, tunc vterq; ſtatus neceſſariò coibit. Nam ſimul materia morbi illius erit ad mediocrem conſiſtentiam redacta, indeq; excerni prona, cùm iã victa fiet, vt vrinæ monſtrabunt, quẽ ſtatum coctionis appellamus. ac tunc etiam ſæuiora ſymptomata neceſſario aderunt, quòd viſceri tã præcipuo, vt eſt cor, proximior cauſa morbi tunc erit, ex qua magis ſanguis vitalis inficietur, quòd corruptiorem fore q̃ in principio morbi ſuppoſuimus, & virtus expultrix cũ maiore conamento quàm vnquam excernere ſuccum nocuum laceſſita procurabit, quæ pugna ſtatꝰ ſymptomatum nominatur, vt relatum eſt. Porrò concoctio humoris excernendi, nequaquam aduerſatur putrefactioni. ſimul enim augeri coctionem

ctionẽ hanc & putrefactionẽ accidit. Quia coctio hæc nõ aliud eſt, q̃ prædiſpoſitio quædam acquiſita in noxio humore, vt facilius excerni valeat, vt audiſtis, cũ qua ſummè putrefactũ eſſe id, quod prõptũ excretiõi eſt, ſtare poteſt. Aliud enim coctionis genus, quod circa alimenta verſatur, vbi id, quod coq dicitur, aptũ fit in noſtrã ſubſtãtiã cõuerti, in totũ putredini cõtrariũ eſt, quòd putredo per ſe, & primò nõ tendat in vllius entis generationẽ, ſed tantum in corruptionẽ miſti, quòd putret. Et ſi quàdo per accidens cõtingat ex putrefactione aliquorũ cadauerũ, aut ſtercorũ animalia gigni, à putrefactione fieri non intẽta, quæ fuſſe ſuperius ſcripſi. Neq; credat vllus Galenum. 3. techni. cùm dixit, coctionẽ efficere ceſſare putredinẽ intellexiſſe, quòd quæ concocta, id eſt, apta excerni ſunt, putredine careãt. Nã id falſum eſſe probatũ ſupereſt, & experimenta vera eſſe, quæ prædiximus, mõſtrant. In diebus nẽpe decretoriis cõtingit per aluum, aut os vel ſudorẽ excerni morbi cauſam cũ eximio fœtore, quo eiusdẽ putrefactio deprehẽditur, & ægrũ ſtatim à morbo liberari. Quo etiã in ſtatu coctionis expulſam eſſe morbi materiã intelligimus, præſertim cùm coctionis ſigna præceſſere. Quod ergo Galenus exprimere voluit, tantũ erat, coctione humoris noxii effici, vt putrefactio, quæ ſerpebat, & exedebat humorem, ſublato, ſeiunctoque ipſo in aliquo loco, quod illius vitiatum, & aptum expulſioni erat, in mediocrem connſtentiam verſum: pauſet, ceſſetque in vlteriores partes progredi. Quod Aëtius ſermone primo Tetrabibli ſecundæ cap. 74. explicuit, cùm retulit.

Quemadmodum igitur dum inanimata corpora putreſcũt, primũ abiicimus ex ipſis, quæ iam putruerunt: deinde reliquum in aëre frigido ſuſpendimus, & perſpirationes perfrigerantes molimur. Eodem modo ſanabimus in humanis corporibus putrefactionem: quod quidem iam corruptum eſt, omnimodo euacuantes: reliquum verò geſtationibus moderatis, & tranſpirationibus perfrigerantibus, ad exactam ac naturalem proportionem reducentes.

¶Vtq; cauſã explicem9, vnde oriatur, quòd ſtatus concoctionis noxii ſucci antecedere ſtatũ ſymptomatũ cõtingat, & diuerſo, vt ſupra diximus ſciẽdũ nõ in omnibus morbis aſſeruari materiã vniuerſam ad vnã criticã euacuationem, ſed pauciſsimis hoc cõuenire. Quis enim in ſciẽtia medica exercitat9, nõ obſeruauit innumeris febriẽtib9 cõtingere, in imparibus dieb9 ſudores ſemper inuadere, aliis quotidie, quibuſdã in dieb9 indicatiuis, nõnullis indiuerſis ab his: in quib9 omnibus portio inſignior noxiorũ ſuccorũ per relatos ſudores excernetur, vt in aliis per tertianas, aut quotidianas alui ſubductiones, aut ſanguineos defluxus, vel à pectore, vel capite excretiones ſiue per nariũ mucũ, vbi humoris, qui occaſio eſt morbi quandoq; potior pars indeclinatione cõputata per ſæuitatem ſymptomatũ abſumetur, pauciore relicto ad vllã vel vllas periodicas ſenſibiles, vel inſenſibiles euacuationes, tũc q; declinatio illa cum ſtatu cõcocti humoris iũgetur, ſi morbus ſalubris eſt: in quo euẽtu ſtatus ſymptomatũ ſtatũ coctionis humoris præcedet, quòd in tẽpore in quo humor cõcoquebatur, & paulatim excernebatur, ſæuiora accidẽtia, q̃ vnq̃ aparitura erãt.

Quid ſit in cauſa q ſtatus concocti humoris aliquã antecedat ſtatũ ſymptomatũ & ecõtra, exprimit

Que modo diuerſi ſtatus febrium contingant.

¶Præcedet tamen ſtatus concocti
humoris ſtatum penes ſæuitatem
ſymptomatum : cùm humor qui
morbi occaſio eſt congeſtus,& eiuſ-
dẽ vſq; ad diẽ decretoriũ tãtum in
ſenſibilis pars abſumpta,lõge à cor
de concoquitur,& expelli extra cor
pus nequaquã valet, niſi proximior
cordi fiat, vt inde ab eximio eiuſdẽ
calore in ſudorem, vel halitum ver
ſus,excerni poſsit: qui ante propter
defectum tanti caloris, quantũ cor
habet,minimè poterat.Proximum
enim eſſe cordi humorem noxium,
ſæuitatem ſymptomatum concita
re,nemo eſt,qui ignoret. cum quòd
magis ſanguinẽ cordis ibi inficiet
quàm alibi: tum quòd facultatem
vitalem plus proritare valebit, vn-
de ſæuiora ſymptomata prouenien
tia ex pugna naturæ aduerſus hu-
morem,qui morbi occaſio eſt, reſul
tabũt.Poterit etiam,diſtante à cor-
de humore concocto, ſæuitas ſym-
ptomatum perfectam coctionem
ſubſequi, quando ex commoto hu-
more excernendo fuligines eleuatæ
cor & cerebrum petentes membra
hæc laceſſunt. Immorari exponen-
do tot diuerſos euentus, quot con-
tingere his diuerſis ſtatibus valent,
incaſſum eſt.Ideo ad methodorum
ordinem proſequendum redeo: dũ
prius dicam, quæ ſint à quibus ſæui
tas ſymptomatũ augeatur. Ex par-
te ergo cauſæ morbificæ, ab ipſius
multitudine & ab eius malitia, &
cordi proximitate, & ab harũ cau-
ſarum qualibet. Vt ex parte faculta
tis ægri, ab ipſius imbecilitate, & e-
iuſdem conatu ad expellendũ mor
bi materiã, nempe hæc omnia eſſe
ſolent,vt ſymptomata, quæ ortum
trahunt à pugna naturæ cõtra cau-
ſam morbi,maiora ſint.

Exprimitur veritas cuiuſdam antiqui quæſiti

¶Et ne quãdam veterum quæſtio-
nem attinẽtem huic negotio inter
Truſianum monachum expoſitorẽ
artis paruæ Galeni,& Gentilẽ Aui-
cenæ commentatorem, qua inqui-
runt,in quo morbi tempore ægritu
do ſit vehementior, an in ſtatu, vel
in principio,indiſcuſſam linquam,
etiam ipſam prius exponam, quàm
ad methodorum ordinem redeam.
Hi ergo non quærunt, vtrum ſtatus
quo ad ſæuitatem ſymptomatum,
orientẽ à pugna naturæ cõtra mor
bi cauſam,ſit maior in morbi ſalu-
bris initio,an poſt,cùm morbus per
ſeuerat, cùm vterque fateatur, rela
tam ſæuitatem ſymptomatum in
plurimum poſt initium morbi con
tingere, ſi initium vocent primum
morbi inſultum.vt Gale.cõmen.12.
Aphoris.primi libri. Sed duntaxat
interrogant, Quando morbi ipſius
malitia prouenieus tantùm à cauſa
morbifica pl9 vigeat? ſiue id ex ſym
ptomatibus noſcatur, ſeu non. Vi-
ſũq; truſiano eſt, in prima die mor-
bi ſalubris, qui per aliquot duratu-
rus eſt, grauiorem morbum, quàm
per reliquũ aliud tẽpus neceſſario
futurum.Fulciebatq; ſententiã hãc
ipſe,ſequẽte q̃ maximè ratiõe,quòd
in omni motu locali,res, quæ moue
tur,plus diſtet à termino ad quẽ in
principio, quàm in mot9 proſequu
tione.Ac cũ æger in principio mor
bi ſalubris ſitus, ſit velut in princi-
pio termini, à quo procedit, & in
omnib9 aliis morbis tẽporibus pro
ximior ſaluti acquirendæ, quæ ter-
minus ad quem dicitur, inde neceſ-
ſario ſequi credebatille,quòd in pri
ma die morbi ſalubris ipſe ſit vigo-
roſior,& ingentior, & in aliis dieb9
mitior. Sæuitatemq; ſymptomatũ
viſam in proſecutione morbi non
credebat ipſe oriri à maiore morbi
vehementia, ſed à natura proritãte
&mo-

& mouente cauſam morbi plus tũc
quam vnquã,& à materia morbi na
turæ reſiſtente, & in ipſam reagere
nitente,& ſi minus nocua tunc eſſet
quàm prius, quòd iam ab ipſa natu
ra paululũ correpta foret. Quorum
plurima de morbo dicta vera ſunt,
ſi morbus ipſa morbi cauſa nomi-
naretur,& in principio tanta, ac a-
deò pernicioſa foret, vt in tempori
bus principiũ ſequentibus. At cùm
res aliter habeat,quòd morbus acci
dẽs ſit,qui ægris ineſt, ac ille maior
aut minor nuncupetur, prout plus,
aut minus operationes hominis læ
dit,& morbi cauſa,quæ ſubſtãtia eſt
maior ſæpe fiat poſt initiũ, eo quòd
portio alia primæ cauſæ adiunga-
tur,& ideò quòd corruptior, quam
quam expulſioni promptior. nõ eſt,
quid huius authoris falſo decreto fi
dem adhibeamus, experientibus no
bis, multò plus operationes lædi in
morbi proſequutione,quàm in ini-
tio. Præſertim quòd falſæ hypothe
ſi innititur. Non enim quæ ab ali-
quo loco proficiſcuntur,plus diſtãt
à termino ad quẽ in principio mo-
tus,quàm in motus proſequutione,
ſi motus eſt circularis. Muſca enim
quæ ab aliquo globi puncto profi-
ciſceretur, vt ad eundem peragrato
globo, rediret, proximior eſſet ter-
mino ad quem, putà puncto, vnde
immediatè progrederetur, ſtatim
quòd progredi incæpiſſet, quam
poſt cùm in oppoſito puncto globi
ſtetiſſet. Ad cuius ſimilitudinem
æger, qui a ſalute per morbum ſalu
brem diſcedit: & in eandem eſt re-
greſſurus, non magis a ſalute in
principio diſtat, quam poſt: imò
proximior ſaluti in principio mor
bi eſt,quam in ſtatu eiuſdẽ. Ex quo
liquet Gentilis ſententiam veram
eſſe. De quibus ſatis dixiſſe videor.

¶ Decimaſexta methodus ſit. 16. Methodꝰ
Quanquam in plurimum oporteat
humores noxios a corpore poſt eo-
rundem coctionem educere, non-
nunquam tamen licet incoctos eos
dem, vel eorundem portionem vl-
lam etiam extrahere: cùm adeò ſæ-
ua eſt humoris morbifici malitia,
aut tanta eiuſdem multitudo,quòd
ſi medicus expectaret eius coctio-
nem, vero ſimile eſſet, vitam ægri
prius defuturam,quam humor no-
xius in totum coqueretur. At quan
uis vera hæc methodus ſit, labefa-
ctari ratione dicenda a quoquam
poſſe,videtur. Nempe ſi quãdo mul
ta, aut valde pernicioſa materia
morbi eſt,licet ante concoctam ma
teriam eandem totam, vel eius vllã
partẽ expurgare, inde ſperantes ma
ius ægri emolumentum,quam incõ
modum (nam alias deliriũ eſſet eua
cuationem moliri) cur in omnibus
ægris id non exequimur. cùm in iis
qui a pauca, aut benigna cauſa ægri
tudine laborant,maius ſaluti com-
modum proueniret ob maiorẽ ma
teriæ promptitudinem, quam in il
lis,in quibus licere dicunt. Porrò
huic obiectioni reſponderi non po
terit. Ideo ſic præceptum, quòd vbi
morbi cauſa, nec multa, nec valde
noxia eſt, & ſi inſignior ſaluti ægri
vtilitas ab euacuatione ſequatur, q̃
in reliquo morbo pendente a turgẽ
te materia, tamen ideo euacuatio-
nem interdici, quod adhuc magis
proficua euacuatio,expectata perfe
cta humoris coctione, eſſe poterat,
quam ante: indeque cùm ſine ægri
noxa differri euacuationis tem-
pus valeat, differre ſalubrius pu-
tent, præcocemque ac immatu-
ram materiam extrahere vetent.
Certè hanc euaſionem parum pro-
deſſe vel ex hoc intelligitur, quòd

ad incocti humoris noxii vacuatio
nem mille incommoda ſubſequi
ſcripſerit Galenus, cæteriq; autho-
res, qui Aphoriſmum Hippocra.
primæ ſectionis, præcipientis con-
cocta medicari oportere, & moue-
re, non cruda, exponunt. Inquiunt
enim primo ad incoctorum ſucco-
rum è vaſis eductionem, ſequi ipſo-
rum cum inculpatis commiſtioné,
quòd coctione à bonis ſuccis ſeiun-
cti non ſint. Etiam ſecundò ſano-
rum ſuccorum eductionem neceſſa
riò commitari, immaturam eua-
cuationem referunt, vnde vires la-
befactantur. certè cùm vi pharma-
ci præ nimia craſitie, aut glutinoſi-
tate frigidorum humorum, aut im
modica tenuitate calidorum edu-
ci neutri valeant, qui vtiles ſunt, &
quibus vires fouentur, extrahuntur:
indeque ipſe deiiciuntur. Ac ter-
tiò eorundem vitiatorum maioré
malitiam ob incocti extractionem
acquiri referunt: quia ab eo quod
lentore & craſsitie rebelle eductio-
ni erat, ſi immaturè portio vlla va-
cuatur, tenuior pars extrahitur. vn-
de reſiduum magis rebelle eductio-
ni reſtat. & ab illo, quod immodi-
ca tenuitate attractrici facultati
medicamenti non obtemperat. ſi
aliquid extrahitur, craſsior pars,
quæ promptior euacuationi erat,
educitur. reliquumque magis rebel
le ob exiguam tenuitatem ſupereſt,
Et plura alia incommoda referunt,
quæ ſi vera eſſe vt ſcribunt, putant,
neſcio qua ratione fulti, incoctum
humorem educi permittant, quan-
uis ipſe turgeat, & turgere humoré,
vt exponit Gal. in ſupradicti Apho
riſmi expoſitione ſit, per corpus diſ
currere, & trāsfluere, & de vna parte
in aliā tranſgredi. Nam hæc omnia
incoctis exiſtentibus relatis ſuccis,
qui turgent, plus per pharmacum
augerentur, quàm reprimerentur,
vt incommoda, quæ ſuprâ nunc le-
giſtis docent. & quamq̄ verum ſit,
quòd reſponſio ſuperius collata ſuf
ficienter probet minus nociuam fu
turam vacuationem, quæ fit in mor
bis ſalubribus, incoctis exiſtentibus
eiusdem humoribus, q̄ in illis, qui à
materia turgente pendent. nō tamē
per illām ſufficienter obiectio ſol-
uitur, ſed ſolū, vt nos ſcribimus.

¶ Ego certè non contemnendam
obiectionē hāc exiſtimo, ſed tātùm
apud me valere fateor, vt nunquam
audeā in principio morbi incoctos
ſuccos vi pharmaci fortis extrahe-
re: niſi tunc, cùm omnis ſpes vitæ a-
liter quàm per vaſorum euacuatio-
nē adempta ſit. Ac cum Gal. ſequen
te Thucydidis conſilium. decimo
medendi methodi. cap. x. cōſentio.
Inquit enim Thucydides, vt Gal. re
fert. Agentes aliquid, vel pericli
tari expedire. Quib9 enim alia ſalu
tis ratio non eſt, & quæ vnica vide-
tur, ea dubia eſt, neceſſum arbitra-
tur eſſe, aduerſos periculis ire.
Argumētisq;, quibus oppoſitū pro-
bari ex incōmodis, quæ naturæ ex
relata euacuatione inferuntur, cre-
dūt, reſpondeo, naturā noſtrā nō a-
deò merè naturaliter operari, ut la-
pis deorſum tendens, aut ignis ſur-
ſum aſcēdēs, ſed ipſam vitaliter a-
gere: & cùm vitali facultati quando
q; cōtingat efficere oppoſitum eius,
quod frequētiſsimè operatur, ob ig
notas nobis cauſas, cōſultius agere
eū puto, qui de ſalute ægri nullā ſpē
ſi vacuationē nō exerceat, habēs, eā
molitur, q̄ illū, qui ægrū nulla eua-
cuatiōe experta deſerit. Nēpe acci-
dere, etſi raro poteſt, quòd ægri ex-
pultrix facultas adeò imbecilla ſit,
vt nihil cōcoctū hūoris morbifici

excernere valeat,quæ tamen adiuta
à vi fortis pharmaci illum à bono
ſeiungere, & partes craſſas cum te-
nuibus,& tenues cum craſsis, vt de-
cet,comiſcere poſsit. Porrò euentũ
hunc non vulgarem eſſe,ſed paucis,
vt dixi,cõtingere,ideo exiſtimam9,
quòd facultas, quæ adeò ad noxia
excernendum imbecilla eſt, vt nul-
lum ſedimẽtum in vrinis expellat,
neque earundem colorem in melio
rem, & conſiſtentiam in mediocrẽ
mutat, ſed tam pernicioſa omnia
excrementa,vt in initio erant,dura
re patitur, quo incoctum eſſe ſuc-
cum deprehendimus,non videtur à
pharmaco deuorato adiumentum
aliquod ſuſceptura. Quòd etſi ad
canales, per quos expurgãdus eſt hu
mor noxius, medicamentum illum
trahat,id non ſine noxa illata vita-
li facultati efficiat, vnde infirma,
debiliſque ægrotãtis facultas, adeò
infirmior debiliorq; ſæpiſsimè red
ditur, vt non multùm poſt degluti-
tum medicamentum ſuccumbat,
medicumque ab omnibus vitupera
ri & infamari, vt qui pharmaco æ-
grum interemerit,efficiat. Quapro
pter qui cautus eſt medicus, nunq̃
medicamentum ea die exhibebit,
qua,vel ſequẽte veretur ægrũ mori
turũ, niſi,vt dixi,cùm nulla alia ſit
via,qua mors vitari poſsit. Ac tunc
prædicẽdo palàm omnib9,qui ægri
curã habẽt, & in domibus ægrorũ,
quos inuiſit, obiter colocationem
interſerẽdo ſe velle medicamentũ
exhibere, aut venã inſcindi iubere,
vt q certò ſciat,ægrũ aliter nõ poſ-
ſe,ſine miraculo euadere, cauendo
propinqs,quòd nõ credant,ſi mors
vacuationẽ occupauerit,à pharma
co,vel venæ inſciſiõe mortẽ proue-
niſſe:ſed à vi morbi à ſe præcognita
Neq; ob id quis putet,per me licere,
eos ægrotantes vacuare,qui diu eſt,
quòd ægrotauerint,& morti proxi
mos eſſe cõiectare poſſum9.Nã hos,
q in die,qua morituri ſunt, vacuat,
indignus eſt medicus vocari, ego e-
nim tantùm de illis ſum loquutus,
qui à vehementibus, & acutiſsimis
morbis corripiuntur.

¶ Superſunt tamẽ de negotio hoc Proponũtur
duo dubia non contemnenda, quæ duo dubia.
ſoluere oportet.Alterum eſt, ſi ſuf-
ficienter coctos noxios ſuccos ſalu-
brius ſit facultati expultrici ægri,
vt eos excernat,cõmittere, an à me-
dico pharmaco educi. Aliud,ſi cũ
in die decretoria natura concoctũ
humorem non eduxerit, liceat me-
dico in eadem die eundem pharma
co expurgare. Nam hoc præceptũ
ab Auicena prima quarti.capite.de
medella febriũ in genere. videtur,
cùm dixit. * Si natura non moue
rit,moue tu hora motus eius. *

¶ Primum quæſitum, Galenum Soluũtur du
abſoluiſſe, putabit quiſpiã, relictis bia.
plurimis locis, in quibus idẽ quod
in præſens adducemus, expreſsè re-
tulit in commento Aphori.duode-
cimi primi libri.cum ſcripſit,quòd
ſigna concoctionis ſemper ſunt bo
na, vt quæ morbi ſolutionem haud
ita multò poſt futuram oſtendant.
Et infra in eodem commento cùm
non ſolum ex ſua ſentẽtia, Sed Hip
po.in primo libro epidemiarum re
ferat. * Coctiones iudicationis ce
leritatem, ſalutiſque ſecuritatẽ ſig-
nificare. * In quibus ambobus lo-
cis expreſsè inquit, quòd ſi cocta ſit
morbi materia, non multò poſt ſit
ex corpore à facultate expultrici ex
cernenda, aliter enim ſolutio mor-
bi, & ægri ſalus contingere nequi-
bunt.Quo ſuadere videtur, ne medi
ci audeant eandem à corpore medi
camẽtis,aut aliter educere. Deliriũ

enim videtur, ſi certus ſit medicus poſt coctam materiam à natura excernendam, conari medicamentis illam educere. Rationeq; eiusdem in de criſibus libro idem decretum comprobatur. Si enim natura morbi cauſam incoctam vincere, & eius nonnullam portionem per vrinas, aut ſputa vel alui deiectiones, cùm coquere incipit, educere valet, quo intelligetur concoctionem inceptã eſſe, rationi conforme erit, materiã hanc iam in totum coctam, expulſioniq; promptã à natura ſine pharmaci adiumento vincendam, & à corpore educendam. Si enim difficilius ſit, ergo facilius, per locũ illũ, ſi id, quod min9 videtur ineſſe, ineſt: ergo id, quod magis. At his dictis primo Hippo. ipſe aduerſatur in aphoriſ. illo. 22. primi libri, cùm præcepit concocta medicari oportere, id eſt, pharmaco purgare. vt idem Galenus in primis verbis expoſitionis aphoriſmi illius refert. Etiam expoſitor Galenus ſententiam eandem tam in commẽto relato, quàm in aliis innumeris locis extollit, atq; eximiè laudat. Rationeq; ſuaderi hoc placitum valet. Nempe cùm agentia quando agunt, quaſi perpetuò repatiantur, cõtingere ſæpe poterit, adeò imbecillam reddi vitalẽ vim concoctricem noxiorum ſuccorum ex reſiſtẽtia, & reactione eorũdem, & tantam copiam ſpirituũ conſumi, vt pro exercendo opere expultricis facultatis adeò exigui reſtent, quòd ad excernendum humorem noxium minimè valeãt, ac tũc egere pharmacũ à medico exhiberi, quo iuuari ipſa poſsit, quis ambigere poteſt? Hanc ergo ſententiam ſequi medicis conſulo: niſi tunc cũ morbus valde ſalubris ſit, & vacuationem futuram ſignis ſufficientibus nuntiatam ſperauerint. Nam et ſi tũc medicus decipiatur, & humor à natura vt ſuſpicabatur, nõ vacuetur, nullum periculum ægrotanti ex mora proueniet, poteritq; tranſacta die decretoria medicus pharmacum exhibere, & ægri corpus expurgare. Et ſi vt ſperauit ceſſerit, ægrotanti non parum contulerit, eo quòd perfectiores eſſe ſoleãt vacuationes naturales, ac eum minori ægrotãtium noxa, quàm artificioſæ: medicusq; ipſe honoratior prædicẽdo criſim, quæ poſt ſuccedet, euadet, quàm pharmacum deuorandã exhibendo. Verũ ſi æger in vitæ diſcrimine ſitus ſit, multò conſultius ſecum (prout eſt mea ſententia) agetur, non differẽdo vacuationẽ, quã ſi eam differim9. Fortaſsis enim noxii ſucci, qui expurgari ob viriũ debilitatem nequeunt, ægrum interficient, qui à pharmaco, aut venæ ſectiõe, & ex pultrici facultate ſimul educi poſſent. Ac hoc ego ſemper exerceo. Sententiaſq; Hipp. & Gale. quæ oppoſitum præcipere apparẽt, exponimus, non negando quòd qui forent pares antiquis, & adeò peritiſsimi in prænoſcẽdo vt illi, qui ex nonnullis ægrorum ſignis indubiè ſciuerunt genus criſsis, ac horam, vt docent ſcripta codicũ Galeni, ſi vera ſunt omnia, quæ refert: quod mihi ſi nõ falſum, ſatis ſuſpectum eſt. Conſultius egiſſent, ſi criſim prædicendo vacuationem ſperarẽt, quàm coctam materiã medicamentis, aut aliter vacuando. At quòd noſtris tẽporibus nullus adeò exactus medicus inuenitur, qualẽ ſe Galenus prædicat: ideo ſecurius quod Hippo. præcepit, de vacuãdis concoctis, exequi iubemus quàm primum. Neque credat aliquis ſententias Galeni & Hippo. ſibi contrarias eſſe, cùm ſol-

uendum

uendum morbum in tali die decretoria ſi talia ſigna præceſſerint, referant.vt.71.quarti aphoriſmorum. Quibus ſeptima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die vrina rubeam,& alia ex ratione. Et in locis aliis: & cùm concocta medicari conuenire præcipiant. Nam primum decretũ cum indubitatis ſignis linquendum naturæ vacuationem conſulit: ſecundum, cùm ambigua ſigna ſunt, & medicus incertus de futura bona criſi fuerit loquatur.

Quædã Galeni increpatio dilluitur.

¶ Et quia ex ſententiis Galeni in Commento duodecimo Aphoriſmi primi libri, quod notatum dignum erat, adduximus, ac explicuimus, æquum erit ex eodem commẽto ſi quid, quod taxari ab aliquo poſſit, inueniatur, etiam in mediũ proponere, ac qualiter explicari meli9 valeat, exprimere, vt Galenũ ab iniuſta labe vindicem9, vt eũdẽ, cùm dignus eſt reprehenſione, carpimus. Dixit quippe ipſe in relato commẽto. Vrina autem optima eſt, quãdo ſedimentum album, lene, & æquale fuerit per omne tempus, donec morbus terminetur. Significat enim ſalutis ſecuritatem. Vbi irrideri à nonnullis poſſet, quod dixerit, ſi durauerit ſedimẽ per omne tẽpus, donec morbus terminetur, ſignificare ſalutis ſecuritatem. Nanq; nullum ſignum adeo perniciosũm eſt, quod ſalubre vocari non valeat, ſi addideris recenſita verba. Si perſeuerat donec morbus finiatur. Finge enim in aliquo ægro coire ſigna illa omnia, quæ pernicioſa eſſe in prognoſticis retulit Hippocrates: nonne verè de illis dici non poterit, ipſa ſalubria eſſe, ſi verbum illud addimus, ſi perſeuerauerint donec morbus terminetur, ac finiatur? Certè ſic. Iis enim continget ſalubria eſſe, ſi perſeuerant donec morbus abſit. Quare quanuis multa ſint, quæ reſponderi huic obiectioni valent. Vnum, quòd non ſemper cùm morbus finitur æger euadit, tam quòd morte infirmi finiri ægritudinem dicimus, quia mortui ægri minimè dicuntur, quàm quòd ſæpiſsimè morbi tranſeundo in alios deteriores pauſent, ideoque addiderit cum illis conditionibus morbum in ſalutem terminari, vt ſine illis in mortem finiri prænuntiet, aut morbum priorem in aliũ trãſire. Aliud, quòd addita ſint verba recenſita ad experimẽdum morbi illius, in quo contingunt, certam ac indubitatam, & ſine timore recidiuæ ſalutem. Vt ſi ſemel apparuiſſet album ſedimẽtum, & poſtea minimè, poſſe morbum finiri, ſed cum ſpe redeundi, præſertim ſi in die pari criſis facta fuiſſet. Iis tamen reſpõſiõibus, ac aliis, quæ exhiberi in præſentiarum poſſent nõ contemptis, ſed miſsis, vt quæ authoris mentem non adeò fortaſsis explicent, prout referenda, inquimus, quòd illa verba non addita ſint à Galeno vt conditionalia, quæ tantùm valeant, vt ſi dixiſſet, Vrina optima eſt, quãdo ſedimentum album, lene, & æquale fuerit, dummodo illud duret per omne tempus, donec morbus ad ſalutem terminetur. Nam tunc meritò exibilandus foret Galenus, quòd etiam per hunc modũ laudari poſſent alba oculorum apparentia in ægris dormientibus, & ſuſpiria eorundem, & villorum euulſio, & deliria, quin omnis ſenſus priuatio: nã ſi hæc perduraſſent, donec æger euaderet, laudanda, & non vituperanda, vt ab Hippocrate in prognoſticis vituperantur, forent. Sed quòd

appoſita ſint verba, quæ explicam9,
vt quædam magis exprimentia na-
turá optimæ vrinæ, quàm ſemper
neceſſariò comitãtur. Vt ſi quis di-
xiſſet, optimus excreatus in pleuriti
de eſt, qui faciliter, & cum leui tuſ-
ſi à principio cum flauitie albedini
valde commiſta excernitur, albus,
lenis, æqualis poſt apparẽs: talis vſq;
ad pleuritidis expurgationem per-
durans, id eſt, qui natus eſt perdura-
re vſq; ad pleuritidis mundificatio
nem. Namq; ad hanc normam rela
ta Galeni verba, putâ, donec morb9
terminetur, intelliguntur. Eritque
ſenſus illorum verborum Galeni.
Si perſeuerat donec morbus finitur
vrina quæ durare ſemper aſſueuit
cum præcedentibus ſalubribus ſig-
nis, donec æger in totum à morbo
euadit, ſaluberrima eſt. Satis hæc
pro primo dubio ſunt, aliâs enim, ſi
Deus conceſſerit, fortaſsis plus de
hoc ſcribemus.

Soluitur dubiũ ſecundũ. ¶ Secundum dubium, quod exa-
minandum ſuſcepimus, erat, An cũ
natura in die decretoria morbi cau
ſam à corpore non eduxerit, opor-
teat in eadem die illam extrahere.
Efficit enim in præſenti negotio di
ficultatẽ maximam. Primò, quòd ſi
tota dies decretoria ſperanda eſt, vt
medico conſtet, criſim ab ægri natu
ra in illa die non aggrediendam,
quòd optimæ criſes potius in fine
diei criticæ, quàm in principio ac-
cidant, non videtur, qualiter in die
iudicatoria licere poſsit vacuatio.
expectatis enim vigintiquatuor ho
ris diei iudicatorii, quod ſupereſt,
decretorium non eſt, vſque ad alte-
ram diem iudicialem: ac ſi illa quo
q; tota expectanda eſt, donec certi
ſimus, quòd natura non mouet &
excernit morbificam cauſam: neq;
educere noxium ſuccum in ea, neq;
in alia ſequẽti propter eãdẽ rationẽ
medicus poterit. Etiam ſecũdò dif-
ficile hoc quæſitum reddit, quia iã
quòd ex ſignis præcedentibus cer-
tior medicus fiat criſis non ventu-
ræ, ſi fortaſsis deciperetur, & in die
iudicatoria vacuaſſet, incommodũ
ingens ægrotanti inferret, vt Gale-
nus de decretoriis diebus libro ſecũ
do. cap. 11. referebat, diſtinguens ea,
quæ criſim futuram impedire poſ-
ſunt, in errores ab ægrotante com-
miſſos, & alios, qui á medicis patra-
ri queunt. De his vltimis ſic loquen
do. ※ Niſi quis medicus introgreſ
ſus ad ægrum, deinde ſuccingens ſe
vel cataplaſma impoſuerit, vel per-
fuderit, vel cliſterion indiderit, vel
venam inciderit, vel cucurbitulas
adiungerit, vel confricuerit, vel nu-
triuerit, aut huiuſmodi aliud facti-
tauerit, & alias nihil ab ipſo geſtum
eſſe artificioſum putauerit. ※
Quo ſcilicet criſin aliâs venturam
prohibuerit. Et infra de hoc ipſo
medico loquendo retulit. ※ Tan-
tum enim hic à iuſta naturæ mini-
ſtri appellatione abeſt, vt etiam ma
ximé contrarium nomẽ ipſi magis
conueniat: inimico videlicet & na-
turæ ipſius, & ægrotantium hoſti iu
re appellato. ※ Sit ergo quæſiti
huius ſolutio Galeni decretum in
cõmẽto vigeſimo primi libri apho
riſmorum, vbi ſic retulit. ※ Neq;
enim ſi quid paulò antea ſit iudica-
tum, hoc nouari non debet: ſed ſi
perfectè, ſi integrè, ſi plenè, tunc ve
rum eſt, quod dicitur. Si quid verò
deficiat, id quod deficit, oportet ad
iungere, nam quæ poſt iudicationẽ
relinquuntur, faciunt recidiuas. ※
Quo in loco manifeſtè docet, quan
do oporteat indie decretoria, ac
poſt vacuare: tũc ſcilicet, cũ natura
incipit in illa die morbi occaſionẽ
à cor-

à corpore pellere, & id proſequi nõ valet. Ac vt expreſsius, & pro opere exercendo hæc Galeni ſententia fuſius explanetur, ſciendũ nos, vt mox dicemus, eã fuiſſe exequutos. Quippe cùm in die quarta, aut ſeptima, vel vndecima, ſeu decimaquarta, aut alia iudicatoria defluxum ſanguinis è naribus, aut alio loco, vel ſudorem incipere noſcimus, & minimè à natura proſequi, & non à ſanguinis tenuitate, aut efferueſcentia, ſeu plurima aquoſitate, ſed à multitudine, aut malitia effluxiſſe ſanguinem, aut manaſſe ſudorem ſuſpicamur, & vires ægri validas eſſe coniectamus, naturamq; impotentem ad vlteriorem ſanguinis excrẽtionem intelligimus: & ſi ſemel, aut bis ſanguinem ab illo ægro miſerimus, ſi imminere periculum vitæ ſentim9 ſtatim venam in decretoria illa die iterum ſecari, iubemus. & tantum ſanguinis extrahimus, quantum tolerare poſſe ægrum coniicimus, maxime ſi vrinas rubras eſſe videmus. Nanque in ſanguinis è naribus defluxibus albæ in plurimum apparere ſolent, quòd ſanguis ad ſuperna ſit raptus, vnde cùm rubras adhuc perſiſtere noſco, pro comperto habeo ſanguinem mitti expedire. Nec timeo, quòd ſi expultrix facultas proſequi defluxũ ſanguinis, aut ſudorem velit, per noſtrum opus impediatur, aut immodicè alterum illorũ augeatur. Quia ſanguinis miſſio ab arte facta, opus naturæ reſarcit, eamq; à ſanguine illo, quem vena ſecta extraximus, leuat. quo natura minimè impedita dici poteſt, imò quòd idẽ ſit aſſequuta, quodpro ſcopo habebat. Augeriq; immodicè defluxũ ſanguinis è naribus per venæ ſẽctionem, impoſsibile quoq; vt diximus, eſt: nam hoc præſidio immodicum ſanguinis curſum auferre præcipimus. Verumtamen ſi per aluum humorem noxium à natura inſufficiẽtẽr vacuari in die decretoria video, vẽtremq; bis, aut ter pauxillum humoris reiicere, nequaquã pharmacũ in illa die exhibeo. veritus ne fortè natura ipſa in fine diei ſit reiectura per aluũ, quod ſupereſt cauſæ morbificæ, ac vi pharmaci illud, & etiã quod aſſeruari qa vtile expediebat, expurguetur. Trãſacta tamen decretoria die, niſi virium imbecillitas, aut quid aliud impediat, aluum ſubduco, Hippocratem vigeſimoprimo primi libri Aphoriſmorum ſequendo, qui ſic dixit. ⁂ Quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit, per loca conferentia eò ducere conuenit. ⁂ Sufficienter de his pro præſenti loco dixiſſe exiſtimo, dum Auicenæ ſententiam ſuperius ductam moderer, quæ mouere humorem in illa die, in qua à natura eſſet mouendus præcipit, exponendo illã de ſanguine mittendo, non tamen de ventre ſoluendo. Ad ordinem ergo methodorum proſequendum redeundo, decimamſeptimam methodum exaremus.

¶ Sitque.17. methodus. Prohibuimus in morborũ initiis morbi materiam forti pharmaco vacuari, at illam per præſentem methodũ medicamento, quod leniat, ſubducere non prohibemus. Quin in omni acuto febrili morbo ab humore bilioſo, aut ſanguine occaſionem trahente aluum expurgare in ſecunda, aut tertia morbi die (ſi aluus lubrica nõ ſit) iubemus. per Caſiam, quã fiſtularem vocare iuniores ſolent, aut per prunorum Damaſcenorũ decoctum, ſeu tamarindorum macerationem, ſiue per hæc omnia ſimul 17. Metho.

mul in debitis ponderibus commiſta : dummodo morbus non à materia peſtilēte, qualis eſt bubonum peſtiferorum, aut variolarum, & morbillorum ortum trahat, nam tunc quālibet citra cliſteria ventris vacuationem veremur. Diximus in acutis morbis febrilibus ortum trahentibus ab bilioſis, vel ſanguineis ſuccis methodum obſeruandam, vt vt vitemus Apoplexiā, & Catochū, ac reſolutionem neruoram oriētia à pituita, & intra triduum, aut quatriduum interficientia, vbi Caſiæ fiſtularis, prunorum & tamarindorū vſus præ nimia ſua humiditate nō conueniret. Etiā explicuimus, quòd vbi materia morbi peſtifera, vt diximus, eſt, non ſit Caſia, neque medicamētis lenientibus vacuāda, quòd experti ſumus in illis peſtiferis morbis innumeros ægros ſæpe cum ventris fluxu mori, quod in aliis peſtilētibus febribus non contingit. Cliſteribus etiam frequenter in iis peſtiferis morbis vti non audemus, niſi in tertiis diebus, in aliis tamen febrientibus quammaximè quotidie conferre teſtamur.

18 Methodꝰ ¶ Decimaoctaua methodus ſit. Quòd oporteat interpetrari ſententiam Hippocratis. 24. aphoriſmo primi libri præcedētem. ⁂ In acutis paſsionibus rarò & in principiis purgantibus vti, & cum præmeditatione faciendum. ⁂ Vt principiū ibi nominaſſe totum tempus, quod eſt ad ſtatū vſq; excluſiuè intelligatur. Alias enim ſi ab augmēto principium diſtinguere vellet, expreſsiſſet dicendo, in principio vacuare oportere, in augmento tamē & in ſtatu minimè. Quod non fecit, imò oppoſitum. 29. Aphoris. ſecundi libri retulit, ſic ſcribendo. ⁂ Cùm morbi inchoant, ſi quid mouendum videtur, moue: cùm verò cōſiſtunt, ac vigent, melius eſt quieſcere. ⁂ Etiā principium, de quo Hippo. illic loquitur, illud, quod penes accidentiū ſæuitatem recenſetur, nominaſſe intelligendum eſt. Nam de principio quoad coctionē materiæ loqui non valuit, cùm in illo cohibuerit materiam vacuari, præcipiendo concocta medicari oportere & mouere non cruda, id eſt, quæ in principio coctionis ſunt. Qua de re ſini Aphoriſmi addidit, cum præmeditatiōe vacuādum humorem in principio ſcilicet cùm ſæuitas, & ſtatus ſymptomatum non adſint, & concocta materia, aut turgens infeſtauerit.

¶ Decimanona methodus. Adeò obſeruandum eſt præceptum illud Hippocratis vigeſimo Aphoriſmo primi libri, iubens fore ducēda quæ nocent per loca cōferentia, quò maximè natura vergit, quòd ſi nauſeātem febriētem viderit medicus, ſtatim potionem ex oximellite, & oleo amygdalarum dulcium, & fœniculi & aneſi decocto, vbi melancholicus ſuccus, aut pituita tantùm redundat, aut bili eſt admiſta, bibendam parum calidam ægro eſt daturus. At ſi bilis duntaxat exuperat; multo exuberante etiam ſanguine, aut non. ex hordei & violarum coctione, & ſyrupo acetoſo potionem tepidam exhibebit. Veruntamen ſi rigore, aut frigore corriperetur qui nauſeam pateretur febriens, aut in initio febris eſſet conſtitutus, & vereretur medicus potionem non eſſe ab ægro vomēdam, aut eius inſignē partem in ventriculo manſuram, nequaquam priorem potionem pituitoſis, aut iis, qui notham bilem habent, dabit, ne obſtructio in aliquo viſcere ex intempeſtiua potione illis oboriatur, quāquàm enim

aperien-

aperiendi vim illa potio habeat, in principio febris nocet. At ſi rigor & frigus præceſsiſſent, & febris iam conſiſteret, appetitusque vomendi perduraſſet, potionem relatam nõ interdicendam moneo. Alteram verò quæ exquiſitam tertianam pa tientibus danda eſt, tam cùm frigẽt & rigent, quàm cùm febrire incipiunt, & poſtea cùm valenter febriũt: exhibere ſalubriter, præſertim vere & æſtate hortor, quòd illis temporibus, & bile ſyncera exuberante, nõ eſt cur obſtructiones iecoris, aut lie nis timere poſsimus. Et de cætero certi ſumus, quòd ſiue medicus potione aſſequatur, quod optat, vomitionem ſcilicet, ſeu non, potio deglutita prodeſſe, citra vllam offenſam valebit. Ex quo facilè elicitur, vomitionem à natura patientium continentes febres tentatam, & non perfectam in quouis morbi tempore ſine timore per ſecundã ex receſi tis potionibus eſſe adiuuãdã. In præ ſens cõtinentes nomino eas febres, quæ inceſſanter ſine vllo frigore, aut rigore affligunt. Omnia quæ re tuli, facienda præcipio, dum vires tolerare vacuationem coniecto, & ex vomitione non dirumpendum aliquod internũ, ſauguinis vas, aut in caput pellendum bilioſum, aut ſanguineum humorẽ ſecurus ſum: nam aliter vomitio violenta & nõ exponte facta per quàm nociua eſt, ideo in febribus vitanda. Ex hac methodo etiam elicitur, prudenter agere medicos, qui ægrotantes febribus intermittentibus, & ſiti perq̃ moleſta cùm frigent, & rigent vexatos, iam quòd coacti, bibere febrientes permittere debent, alteram ex recenſitis potionibus concedunt: quoniam ſi inventre potio perman ſerit, & non vomatur, mitiorem noxam febrienti inferat, quàm aqua quantunuis decocta: etiam quòd in grat9 potionis ſapor ab aqua abhor rere febrientem faciet.

¶ Vigeſima methodus. Non parum ſomnus nocet, cùm rigor, aut horror, ſeu frigus corripiunt ægro tãtem, aut febris principium adeſt, quin parum minus, quàm aquæ frigidæ intempeſtiuus potus obſtructiones, & febris durationem auget. In me ipſo porrò ſum expertus, cũ in vigeſimotertio meæ ætatis anno febre tertiana notha corriperer, nullis medicamentis poſt quadrageſimum diem potuiſſe à febre liber euadere (quòd ſtatim cùm frigore corripiebar, vehementi opprimebar ſomno) quàm ſomnum ſatis ægrè, & moleſtè deãbulatione, & con fabulationibus vitando. non enim niſi tribus ſum correptus poſtea ter tianis, quod memoria cõſequar. neq, faciliter decerni poterit, an plus, ſeu minus inclinante febre, & in ſta tu ſomn9 iuuet, quàm in principio noceat. Quippe adeo inſignis vtilitas, ex ſomno, cùm febris inclinare incipit, & ferme par cùm ipſa viget febrientibus conciliatur, vt difficile, vt dixi, ſit, diſtinguere inter hui9 commodum, & initii incommodũ. Neque contrarios hos effect9 à ſom no in diuerſis horis febris inuadente prouenire abſq; ratione exiſtime tis. Nocet certè in principio ſomn9 quòd cùm tunc, vt ſuperius de rigoris cauſis ſcribentes diximus, ſuccus multus, aut vitiatus, inficiat venæ & arteriæ magnæ per dorſum repẽ tium ſanguinem, ex quo ſpiritus vi tales erãt procreandi, & hunc ſuccum natura noſtra ab extimis corporis partibus ſpiritus, ac ſpirituoſum ſanguinem ad cor, vt vigoroſi9 fiat, retrahendo, conatur diſcutere, 20. Method9

& in

& in vaporem vertere, vel à relatis
vaſis magnis, & cordi proximis per
aluum, vel alios meatus patulos, aut
occultos excernere, vel in alias ve-
nas per ambitum corporis ſparſas,
& minus cordi proximas ſegregare,
ſomn9 immodice retrahẽdo calorẽ
ſpirituoſum, & ſanguinem optimũ,
& conſtipando interna vaſa multis
ſuccis, & innumeros ſpiritus ſuffo-
catione extinguẽdo, malum auget.
Ac cum ad relatam expanſionem
quãmaximè vigilia conducat, quòd
ipſa humores, & ſpiritus ad corpo-
ris exteriora propellat. cùm iam cõ
ſiſtente, aut inclinante febre in to-
tum eſt humor noxius prope cutim
expanſus, & ab immodico calore fe
brili ſpirituum inſignior pars diſ-
cuſſa, prodeſt. quòd per ſomnum vi
ribus reſtitutis multisq; nouis ſpiri
tibus genitis, atque in eas exteriores
partes, vbi humoris tenuior pars re
iecta eſt, expanſis, ipſe ſuccus noxius
per cutis poros in formam ſudoris,
aut vaporis à corpore pellitur.

Caput. xxxi. De medella minus quàm præcedens generica febrium pluriũ dierum.

PRima methodus.
Quãmaximè pro-
deſſe febrientibus
cliſterium frequẽs
vſus, nemo ratiõe
particeps ignora-
re põt. Si enim calorẽ febrilẽ natu-
ra cõmẽtata eſt efficere, tantũ vt hu
mor morbific9 p inteſtina, aut vri-
narios meatus, aut alias vias ſenſibi
les vel inſenſibiles apertiores vi ca-
loris factas expurgaretur, fæcũ à vẽ
tre eductionẽ in hũc vſum cõferre,
notiſsimũ erit: tam quòd inteſtina
peruia ipſis cliſteri vel aliter extra
corp9 pulſis reddũtur, quàm quòd
minor vaporũ copia in ambitũ to-
ti9 diffundetur, quo facilior exit9 re
liqs. à ſuccis noxiis eleuatis, patebit.
Cũ etiã quòd vẽtriculus ad cibi ap
petitionem, quæ in febrientibus dei
ici ſæpe ſolet, fæcibus extractis con
citabitur. Caput quoq; à dolore
hoc præſidio liberari ſolet, cauſis,
quæ ipſum offendebant, inferius re
uulſis. Porrò pro prima die inuaſio
nis febris, in qua ex alimentis tem-
pore ſanitatis deuoratis multæ fæ-
ces in ventre redundare ſolent, vti
ſoleo cliſteri communi confecto ex
betæ, & maluæ, & furfurũ vntias. vi.
decocto, olei cõmunis, ac minoris
adſtrictionis quàm reperiri queat
vntiis. iii. mellis apum vntiis. ii. hie
ræ picræ Galeni. vntiæ ſemiſſe ſalis
comũis gra. x. At in ſequentibus die
bus ſi ſanguinem, aut bilem præci-
puè ſupercreſcere exiſtimo, deco-
ctũ ex hordeo, & violis, & maluis, ac
prunis, quas damaſcenas nominãt,
conficio. cui adiũgo olei violati vn
tias. ii. & roſati vntiã. i. Caſiæ, quam
fiſtularem nominamus vntiã. ii. ſa-
chari non valde expurgati, vntiam
i. ouorum lutea duo in decocto pa-
rum calido ne coquantur, & inſtru
menti fiſtulam obturent diſſoluta.
Huncq; manè ſubmittere iubeo,
Et per duas aut tres horas ante
prandendi tempus, ſi æger tolerare
valet, detineri conſulo, ac parum
ante prandium excerni. Quandoq;
etiam noctu iniici præcipio, & dor
mire, eo in ventre detento conſulo.
Solet enim ſomnum conciliare hu
iuſmodi cliſter, vaporibus eius hu-
moris noxii mordacib9 commiſtis,
indeq; ſuauioribus verſis. Neque vl-
lam in valde acutis febribus diem
intermitto, in qua id fieri non iu-
beam

beam,niſi in his, qui moleſtè id fe-
runt,aut quibus aluus ſatis lubrica,
quotidie ſemel, aut bis fæcem flui-
dam,& minimè induratam expur-
gantibus, eſt. Veruntamẽ ſi opinor
pituitam, aut melancholiam eſſe,
quæ plus ſupercreſcit, & febre con-
tinua,ſiue tertiana ſpuria, aut quar
tana, ſeu quotidiana infeſtat, cliſ-
mum primæ diei nõ vario,at in re-
liquis diebus ex malua,& glycirriza
& cartami (quem cnicum dicimus)
ſemine decoctum conficere præci-
pio.Et ſucci cauliculorum, & folio
rum betæ vncias.ii.olei ex ſemine li
ni, & irini ſingulorum vncia. i. ac
mellis communis vncias. ii. & ſalis
gra.xii.decocto miſceo. Neque hoc
ſumpto dormire, neque tandiu in
vẽtre detineri, ſicut qui relatus eſt,
conſulo: quin poſt horæ ſpatium
ſtatim excerni, ſalubre eſſe iudico.
Minime quoque quotidie hic ſub
mittẽdus eſt cliſter, ſed in intermit
tentibus febribus in die, in qua non
infeſtat febris: in continuis in hora
vbi febris plus inclinata eſt.

1.Methodus ¶Secunda methodus. Neque aper
tio vrinarii meatus: poſtquàm alu9
eſt ſoluta,contemnenda eſt, imò le-
uibus præſidiis in principio procu-
randa, ne ſi validis vti tũc velimus,
craſſos ſuccos ad meatus adeò ar-
ctos,prout qua defertur vrina,ſunt,
pelleremus, quo cupientes reſerare,
obſtrueremus. Supercreſcente ergo
bile, aut ſanguine, quatuor ſemina
frigida maiora per noctem in aqua
fontana macerabis, manèque len-
to igni, in eadẽ aqua ſemel bullire
eadẽ facies,ſachari ſufficiente quã-
titate appoſita, ex qua collata vn-
cias.iiii.ad bibendum ſine vlloſyru
po dabis: aut ſi vllũ bibi iuſſeris, ex
eo vncias.ii. & ex hac aqua tantun-
dem manè propinabis. Verùm ſi
pituita, aut alius craſſus,aut lentus
ſuccus reddundat, ſyrupum aceto-
ſum duarum radicum, vel oxime-
litem ex eiſdem radicibus cum de-
cocto ſeminis apii, & fœniculi de-
glutienda in relatũ vſum conferes.

¶Tertia methodus. Poſt recenſi- 3.Methodus.
tas fæcum & vrinæ expurgationes,
nonnulli medici credidere quãma-
xime porodeſſe prorũ cutis cũ oleo
camemellino & vino albo apertio-
nem,quam procurari totis viribus,
Citra tamen oleum,& vinum, ſua-
deo, vbi bilis ſyncera,aut tenuis ſan
guis exuperat, ne oleum, & vinum
inflammari apta, ipſam tenuem
bilem, aut ſanguinem,tenuiora red
dant, & ſenſibili excretioni plus re
bellia efficiant. At tunc frictione
molli matutinis horis relatam laxi
tatem pororũ ſtudioſe procurari,
ſummè laudò.hoc enim facilior va
porum noxiorum exitus redditur,
qui naturæ ſcopus gignendo febrẽ
eſt.Cùm tamen craſsi ſucci abunda
rent, incõuenire nihil crediderim,
relatis liquoribus madido linteo
corpus confricare: dum tamen illis
aquæ nihil ſit admiſtum, quòd hæc
ſtatim ad natiuam frigiditatem ſe
reducet, qua occludi cutis meatus
poterunt.

¶Quarta methodus.Quãmaximè 4.Methodus
febrientibus cõducit, quaſcunq; va
cuationes medicus moliatur, eaſdẽ
in horis intermiſsionis febris (ſi fe-
bris intermiſerit) aut ſi continens,
& ſemper infeſtans fuerit,tunc cùm
minus ipſa viget,exercere. Cumque
in plurimũ febris in matutinis di-
ei horis mitiores, quàm in reliquo
tempore diei eſſe ſoleant,in illa ho
ra ſanguinis miſsionem, aut expur-
gans per aluum, aut veſicam phar-
macum propinare conſulo. At ve-
rò ſi fortè accidiſſet, quòd febris in

termiſsio poſt ſolis ortũ vſq; ad meridiem, vel duas aut tres horas ante duraſſet: & quòd tunc febris inuaſiſſet, minimè in tali die pharmacum ſubducens exhibere cùm dieſcit iubeo, & ſi ſanguinem parum poſt ſolis ortum educi in hoc euentu permitto. Si enim medicamentum tũc deuoraretur, cùm in plurimum vis excernendæ alui vſque ad meridiem perduraret, rigor & frigus febris, quæ in relata hora ex ſuppoſito inuaſura erant, neceſſariò purgã gantem occuparent; & prãdendi cõgruum tempus nullum concederẽt quòd diluculi priores horæ indecentes ad prandendum forent, quia naturam à purgatione cohiberent, & poſteriores proximiores meridiei plus multo inutiliores, quòd non liceat, cùm rigor aut frigus corripit, & per tres horas ante comedere ægrotãtem, ob incommoda, quæ ſequi, ſuprà retulimus: inque huiuſmodi euentu, nullum aliud tempus magis promptum ad deuorandum expurgans aluum medicamentum eſſe reor, quàm quòd conticinium vocant. ab illo enim vſque ad meridiem decem ferme horæ intercapedinis reſtant, in quibus ſoluere aluũ & prandere tribus horis ante meridiem licebit.

5. Methodꝰ. ¶ Quinta methodus. In febribus per tertias noctes, aut per conſimiles veſpertinas horas inuadentibus, & ante diluculum diſcedentibus, expurgans pharmacũ in manè ſequente noctem, in qua febri fuerit correptus æger, bibendum non eſt, quòd ex febre vires imbecillæ relictæ, purgationem non adeò concinnè moderabuntur, vt ægro cõuenit. In die tamẽ ſequenti aptè propinari, ſummo manè poterit, quòd tempus cõgruum purgandi, & prandendi vſq; ad dici nouiſsimum (cùm ex hypotheſi febris inuaſura eſt) ſupererit. Parem huic obſeruantes methodũ in quartanis febribus, aluum in ſecunda die intermiſsionis expurgamus.

¶ Sexta methodus. Cùm medicamentum duplici ratione validũ appellari queat vel quòd in magno põdere deuoratũ plurimũ aluum purget, in mediocri tamen minimè neque craſſos ac lentos ſuccos expurgare valeat, aut quòd etiam in mediocri ſumptum immodicè ventrẽ ſubducat, & craſſos ac lentos ſuccos expurget. debile dupliciter oppoſito modo etiam nominabitur. Quãdoque ergo forte ex natura, & debile ob paucum pondus febrientibus exhibere expedit, aliâs contra. Cùm enim qui febrit, continere deuoratum medicamentum nequit, ſed ſtatim vt ſumit, ipſum vomitione deiicit, debile forte medicamentum bibendum non eſt, ſed forte debile exhibendum, ne ob immodicam quantitatem à vẽtriculo reiiciatur, Voco debile forte medicamentum illud, quod ex natura ſua debile eſt, in magna tamen quantitate exhibetur. vt quod ex natura forte eſt, in pauca tamen propinatur quantitate, forte debile nomino. Ob aliam quoq; rationem fortem debilẽ medicinã exhibemꝰ, cùm ſcilicet adeò abhorret infirmus à medicamẽtis, quòd niſi eorũ exigua quãtitas propinetur, aliter ſumere recuſat. Exhibemꝰ tñ debile forte pharmacũ ægris prõptis medicamẽta deglutire. 6. Method

¶ Neq; parũ intereſt dignoſcere differentiã, quæ inter primum & poſtremum pharmacum verſatur. Anterius enim non ſine ſuſpicione ne forte à ventre nõ ſoluto detentũ, ſui immodica caliditate (talia enim

ſunt

ſunt omnia, quæ in mediocri quantitate vim expurgandi magnam habent) & venenoſa qualitate malè afficiat febrientem, deuoratur. at ſecundum hac cura medicos vēdicat. Et ſi enim quantunuis plurimū Caſiæ fiſtularis, aut mannæ, ſeu violarum, aut prunorum, vel Rhabarbari, quis ſumat, & intra ventrem non expurgatum contineat, nullum, aut inſenſibile incōmodum ab his ſuſcipiet. Cùm ergo forti debili medicina deglutita aluus non ſoluitur, cliſterē, quo educatur, iniicies. Aut ſi vomendi appetitus adeſt, potione proritante vomitum, excerni curabis. Verùm ſi debilem fortem medicinam æger ſumpſerit, etiam & ſi aluus non redatur, & cliſteris curā nullam medicus habeat, nihil eſt, quod vereri poſsit.

Methodus ¶Septima methodus. Adeò prudens futurus eſt medicus, quòd etſi coniiciat, plurimum noxiū humorem quantunuis concoctū in febriē te redūdare, nequaquam ſingula vacuatione id educere eſt aggreſſurus. quòd euentus docuerint, naturā noſtram nunquam ſine vitæ diſcrimine celerem multorum ſuccorū vacuationem exercuiſſe, indeq; cæcæ arti minus permittēdum doctè ſua detur. Idq; præſertim in alui expurgationibus, vbi nō eſt in medici poteſtate, cùm animi deliquio corripitur æger, ventrem ſolutum confeſtim detinere. Moderaturus eſt ergo artificioſus medicus medicamēti expurgātis vim, & collaturus quātitati noxii ſucci, quem in vna die educere licet, atque tantum & non maiorem vim duntaxat bibendam exhibiturus eſt. Neque ignoro non parum difficile hoc eſſe, cùm ſciam ſatis verè Galenum dixiſſe de curādi ratione per ſanguinis miſsionem libro. Nihil æquè artem medicā in agendo coniecturalem effeciſſe, vti cuiusq; remedii quantitas.

¶Octaua methodus. Humorum noxiorum cōcoctorum per aluum aut vomitum eductio, à medico fieri oblita, in quouis poſteriore tempore morbi aptè, ſi ægrotantis vires tolerare queunt, exequi valet, dum aluus immodicé lubrica iam nō ſit, & in horis, quas decentes eſſe ſuprà diximus, exerceatur. At ſanguinis miſsio, quæ in principio morbi ſæpe conduceret, cùm differtur, & ſi vires ægrotantis vigeant, quandoq; poſtea obeſſe experimur. quòd poſt longam ſanguinis putredinem, non eſt adeò aptum per venæ inciſionem vacuari, quod ex diuturna illa putredine ſupereſt, vt prius. extrahiturq; ſanguis innoxius, quo vires fouebantur, imbecillæque febrientis facultes concoctrix & expultrix redduntur: vnde cum ſæpe æger ex purgatione illius humoris, qui ex ſanguine putrido reſtauit, indigeat, medicus pharmacum exhibere nō audet. Neque ſemper ita accidere nouimus. Contingit nempe non rarò ſanguinis putrefactionem adeò pigrè repere, vt etiam poſt multos dies ab initio febris liceat ipſum cum ingenti ægri commodo, vena ſecta, educere. Neque ad cognoſcendum vtrum expediat ſanguinem in febriente mitti, an non, exiguum teſtimonium ab vrina ſumitur. Quippe cū ipſa rubea & ſpiſsa, aut duntaxat rubea perſeuerat, cum ægrotantis virtute valida, & ætate non infantili, ſed quæ iam eſt aſſequuta ſextum, aut vlteriorem annum, neque ſenili, ſed quæ citra ſexageſimum quintum ſita eſt, decere ſanguinis miſsionem fieri, nullus cordatus medicus ambigit. 8. Methodus

Auicena enim capite de flegbotomia.4. primi dicebat licere mittere ſanguinem poſt quadrageſimã diẽ ab initio morbi, vel ſaltim intra relatum tempus. quod ego ſæpiſsime ſum expertus eſt. in intermitentib9 febribus à notha bile originãtibus vtiliſsimam quandoq; eſſe ſanguinis miſsionem factam poſt viginti ac triginta & quãdoq; poſt quadraginta dies à morbi initio, in continuis non adeò vtilem eſſe, tam ſerã venæ inciſsionem. cauſamq; non obſcuram euentus hi habent. nam in continuis diu aſſatus propter febris aſsiduitatem ſanguis plus craſitie q̃ putredine male affectus, parum iã habilis educi phlegbotomia eſt. aptiorq; pharmaco à feculentia illa expurgari ſupereſt. vires quoq; imbecilliores in huiuſmodi ægris, q̃ in aliis febribus ſunt. quæ tollerare venæ inciſsionem nequeunt. his incõmodis in vexatis intermittentibus febribus ceſſantib9. quin ſæpiſsime plus in iis iuuante ſerotina ſanguinis miſsione, quàm quæ in initio fit quòd tunc bilis notha, plus cocta ſit, & ad mediocrem conſiſtentiam quàm in principio iam reducta, vnde abilior vacuari per venæ inciſsionem, quàm in morbi initio euadit. porro Galenus.19.cap.lib.de curandi ratione per ſanguinis miſsionẽ ſolum vigeſimam diem præſcripſiſſe videtur, cum dixit. ※ Quocunque enim die mittẽdi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris, in eo auxillium illud adhibito, etiam ſi vel vigeſsimus is ab initio extiterit. ※ At, vt dixi, euẽtus iam me, quæ prædixi, docuerunt.

9. Method9. ¶Nona methodus. Verum quòd etiam contingat redundante ſanguine vitiato, vrinas minimè rubras, ſed parũ à naturali colore diſſimiles conſpici, quòd fortaſsis in arctis vaſis ipſe putreat, à quibus nihil, quòd vrinæ commiſceatur, reſudat, aut quia verſus cutim (in morbillo & variolis) vel in caput in aliis morbis repat, indeq; in inferiorẽ regionẽ, & in alto corporis renũ & veſicæ ſitã nõ deſcẽdat, nõ ſemper pro ſanguine mittẽdo vrinas rubras expertus medicus poſcere debet. Ex aliis enim ſignis, putà, magno pulſu, iuuenili ætate, verno tempore, aut initio æſtatis, corporis grauitate, dorſi dolore, Thoracis constrictione, tuſsi ſicca, ſyncipitis grauitate, amborum temporum dolore pulſatili, ac aliis ſignis colligi nonnunq̃ poteſt, conuenire ſanguinẽ à febriẽte mitti.

¶Decima methodus. Aduerſa Galeni decreto in de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, &. 11. lib. methodi medendi.cap.14. qui lactãtur infantuli, cùm febriunt, ante quartum decimum menſem vt plurimum ſcarificandi non ſunt, poſt autẽ ſic.imo tranſacto quarto anno phlebotomari queunt. In ætate enim antecedente quartum decimũ menſem carnem adeò laxam, & veluti muſcoſam habent, vt potius pituitoſum quid ex crurum, aut brachiorum ſcarificatorum carnibus cuti proximis extrahatur, quàm humor immodicè lentus, qui occaſio eſt febris, in alto corporis ſitum habens, & qui per exigua, & parũ ampla vaſa, vt infantulorum ſunt, minimè ad cutim deferri poterit. 10 Method9

Quippe audiendus in hoc negotio Galenus non eſt. qui locis citatis vetuerit ſanguinem ante quartum decimum annum mittendum non eſſe. nam rationem, cui innititur, nullius momenti eſſe, quicunq; eam legerit. facile intelliget. dicebat enim

ipſe

ipſe.14.methodi medendi lib.※at
ſi in puerum incidat,qui.14.annum
hactenus non attigit, mitti illi ſan-
guis, non debebit, propterea quòd
tantillis, cum præſertim calidi ac
humidi ſint.plurium corporis ſub-
ſtantiæ quotidie defluat, ac digera-
tur,Ita quod ex incidenda vena mo
liendum nobis fuerat, id vltro no-
bis excurati corporis natura præſta
tur.※Opinatus vt verba citata di-
cere videtur.Ideo ante.14. annũ ſan
guinem non eſſe mittendum a pue
ris,quòd calidi & humidi ſint,& fa
cilius quàm cæteri homines in hali
tum diſcuti queant, qua difflatio-
ne ſufficienter ſanguinem redun-
dantem aut viciatum vacuari exi-
ſtimat. non animaduertens. primo
quòd eadem ratione neq; eorun-
dem alui ſubducendæ pharmacis
erant. non minus enim bilis vtraq;
& pituita diſcutiuntur plus in his
quàm in aliis ætatibus, quàm ſan-
guis.Ergo vt quia ſanguis multus in
relata ætate liberalius.quâm in ali-
is exhalat, quâmuis abundet ſiue
quo ad vaſa ſeu quo ad vires,non eſt
extrahendus, conſimili ratione ne-
q; pituita aut vlla bilis. quod nun-
quàm ipſe neque vllus experitis,aut
imperitis medicis prohibuit, neq;
euentibus comprobatur. quin op-
poſitum. Delirium nempe eſſet cre
dere ſolum ſanguinem quartum hu
morem diſtinctum ab aliis tribus
plus diſcuti in puerili ætate ante.14
annũ,quâm in aliis, & alios humo-
res eandem normam non ſeruare.
Scientibus medicis, in venis omnes
ſimul vagari, quia omnibus mem-
bra nutriũtur, caloremq; humanũ
æqualiter in omnes neceſſario age-
re,quòd ſimul commiſti ſint. Vnde
neceſſario quoque omnes ſimul ab-
ſumentur, alia etiam ratione imo
per aſſerta à ſe ipſo conuinci Gale-
nus ipſe valet. Teſtatur quippe pue-
ros ante quartumdecimum annum
calidæ & humidæ temperaturæ eſ-
ſe,vt verum eſt, modo cum ſanguis
eiusdem temperiei ſit,calidus enim
& humidus ab eodem & cæteris phi
ſicis & medicis eſſe creditur. potius
indicatiõe à ſola ætate ſumpta, nul
lis aliis incommodis conſideratis,
liberalius ipſæ in relata ætate edu-
cẽdus eſſet,quàm in aliis, quòd plus
reſpectu molis corporis illius æta-
tis redundare in eiſdem deberet, q̃
in ſequentibus. quia proportiona-
lis illi, calidus ſcilicet & humidus
fuiſſet. Tertio quòd inconueniat ni
hil, quod ipſe quàm maxime incon
uenire putat,reſolui plus hos quàm
aliorum ætatum homines. Nam ſi
duntaxat reſoluerentur plus aliis,
& plus eiſdẽ non reſtaurarẽtur. Ve-
ro ſimilia dixiſſe appareret, verum
cum oppoſitũ accidat. multo plus
reſtitui in his,quàm diſſolutum ſit,
aliter enim non creſcerẽt.nihil ob-
ſtare deberet, vt ſanguis non mitte-
retur ab his, hos aptiores vt diſcute
rentur aliis eſſe.Facultas certè con-
coctrix horum ex pituita crudo ſuc
co plus ſanguinis conficere, quàm
diſcuſſum ſit,valet. Quãdo in mor-
bis ab extra alimentum non exhibe
tur.Quibus & complurimis aliis ra
tionibus manifeſte Galeni error cõ
prehenditur.

Moderatur decretum de ſanguine mittẽdo a pueris

¶ Neq; ex relatis eliciat vllus, per
me licere, tot ac adeò copioſas ſan-
guinis miſsiões fieri poſſe poſt quar
tum annum,vt poſt decimquartum
nam id nunquam aſſerui neque ra-
tioni cõſonũ mihi viſum fuit. tam
quòd venæ eorum qui in quarto an
no ſunt cõſtituti,graciles ſunt pau-
cum ſanguinem continentes,à qui-
bus pautior ſanguis extrahi debet,

 quàm

quàm ab aliis.14. annum tranſeuntibus,qui plurimum habent. quàm quòd facilius ſpiritus vitales & animales ac naturales paruulorum ab aëre continente infrigidatione extingui, aut calefactione diſcuti poterũt,quàm pubeſcentium.certè flãma maiore ex plurimis lignis vſtis conflata. melius in aëre frigido aut calido conſeruari poterit, q̃ exigua & ex lignis paucis facta. quam normam quatuor annorum infantes, cum quatuordecim annorum ſeruãt. Ex pauco nempe ſanguine paruulorum pauci ſpiritus fiunt, vt ex multo maiorũ multi, ex vtriſq; tamẽ ſanguis viciatus, aut quantitate exuperans,cum morbum ginit, extrahendus à noſtra præcepta ſeruãtibus eſt.Quippe & ſi nos cõfitemur aptiores eſſe ſpiritus paruulorum extingui frigiditate, aut diſcuti calore,quàm pubeſcentium. nõ ob id idem quòd Galenus in citatis locis ſcripſit,referimus.Nam ipſe vetuit ſanguinem mitti ante quatuordecimum annum,quòd crediderit, non minus in his ſufficere reſolutionẽ ſanguinis,quæ fit à natura,quàm in maioribus ſanguinis miſsionẽ præceptam ab arte.in quo vt probauimus,deceptus fuit.nos autem nõ id cõfitemur, ſed ſpirituoſã ſubſtãtiã eſſe promptam diſcuti. at quòd ex Abinzohare paſsim à medicis fertur ſentia quædam, qua ſe iactat à proprio filio tertium agente annũ ſanguinem ſuo iuſſu miſum fuiſſe, & puerum euaſiſſe, quo adeo audaces redati ſunt nonnulli medici, & venarum ſectores,vt dum hæc cõdimus, quidam venarum ſector, iubente quodam medico ſcarificare crura pueri, auſus ſit, venam illius ſcindere,matre reclamante, ac dicẽte: quòd id medicus non præcepiſſet,& poſtridie puer fuerit mortuꝰ, & ipſe venæ ſector a pretore in carcere detẽtus & neſcio qua pena multatꝰ. ob hæc ergo explicare placuit, non a me aprobari Abẽzoharis ſententiam citatam, ſi in omnibus eſſe exercendam eum intellegiſſe putarem.at quòd manifeſtè noſcam. illum voluiſſe in puero carnoſo, amplarum venarum.rubuſto,exſequendam,ideo cum ipſo conſentiens,fateor nonnunquam, & ſi raro, illud licere. & a me præceptum quandofuiſſe,fœliciterq; ceſsiſſe.

¶Vndecima methodus.Si ſcarificare oportuerit, priuſq̃ ſcarificationem aggrediatur medicus, ſi fieri poteſt, nutrix commutãda erit,fortaſsis enim a vitiato lacte morbus originẽ traxit:quòd ſi fieri nequeat. quia nullius alterius mammillas ſugere infans velit, aut ob aliam rationẽ,& febris perſeuerauerit, lac primæ nutricis, ſi commutata nõ fuit, vel ſecundæ (ſi ſcarificatione egens infans, ſcarificatus ſanus nõ euaſit) alterandum medicinis aluum leniẽtibus eſt,præmiſſa ſyruporum concoquentium exhibitione, & decenti victus ratione, afficitur quidẽ & alteratur nutricis lac,ſi caſiam fiſtularem, aut mannam, aut ſyrupum roſarum alexandrinarum ſeptem infuſionum manè nutrix ſumat, & parum poſt deuoratum pharmacũ infans lactatur. 11.Methodꝰ

¶Duodecima methodus. Cùm relato lacte ſucto, neque ſpontæ infantis aluus ſufficienter ſoluitur, potio, quam referam cocleari bibenda infanti per interualla, ſi febris continua, aut exquiſita tertiana fuerit,datur. Potio huiuſmodi eſt. Syrupi violacei & duarum radicum, ſingulorũ vnciam vnam & ſemis.miſce cum vncis duabus mucilaginum 12.Methodꝰ

laginum ſeminis pſilii, extractarũ
in aqua fœniculi. Venter quoq; tã
horum quam illorum, qui à notha-
bili febriunt, lubricus reddẽdus eſt
vnguẽtis compoſitis ex aperiẽtibꝰ,
qualia ſunt, apii & fœniculi ſuccus,
& cõſimilia, & mollientibus, vt Ca-
ſiæ fiſtularis pulpa. & butyro, vmbi
lico, & inferiori vẽtre his omnibus
appoſitis, ac aluus eorũ qui proxi-
mi vigeſimo menſi ſunt, ſoluenda
potiõe ex vnciæ ſemiſsis agaricitio
chiſcati & tantumdem rhabarbari
macerati, erit. quæ vigoroſior & mi
tior fieri poterit, prout medico vi-
deatur.

13. Methodꝰ ¶ Decimatertia methodus. Ma-
ximè cauendum eſt, ne infantes fe-
bribus intermittentibus laborãtes,
per duas horas antequàm frigus cor
ripiat, lactentur, aut dormiant: Ne-
q; dum frigent, aut febris initium
adeſt: quanquam intra quinq; hora
rum interuallum ieiuni fletibus nu
trices infeſtent. fletus enim plus ca-
lefaciendo iuuat, quàm noceat. Eſt
enim adeò inſigne incommodum,
quod ex lacte intempeſtiuè ſucto in
fantibus infertur, vt nullũ maius. ii
enim paratiſsimi incidere obſtru-
ctiones iecoris, & lienis ſunt, tã ob
hoc, quòd arcta vaſa habeant, quàm
ob lẽtitudinẽ ſuccorum propriorũ
& lac, quo præcipuè aluntur, à qui-
bus, cùm in eas incidunt, difficulter
reſurgunt, quia voraciſsimi: & ſom
niculoſi ſint, neq; aliter exerceri, q̃
geſtationibus queant, indigentibus
qui obſtructionibus laborant, par-
cè lacte, & ſomno vti, deambulatio
nibusq; multis eaſdem diſſoluere.
Quamobrem ſæpe obſeruaui fre-
quentius in vitæ diſcrimen incidiſ
ſe infantes, qui ab intermittentibus
febribus capiuntur, quàm qui à con
tinentibus, quòd hæ ob continuum
febrilem calorem obſtrũctiones fie
ri, reſerando quoſcunq; meatus ve-
tant, aliis propter intermiſsiones,
hac vi non conceſſa.

¶ Decimaquarta methodus. Solet 14 Methodꝰ.
quandoq; febri adiungi regius mor
bus, qui ex obſtructione illorum va
ſorum, per quæ bilis in folliculo fel
leo contenta, ad inteſtina defertur,
contingit, vt in ſuo loco docebitur.
Atq; cùm obſtructio huiusmodi à
pituita lenta, vel alio craſſo ſucco
in plurimum fiat, temerè verentur
nonnulli antiquorum, quæ reſerãt,
(cùm calida ſæpe ſint) his febrienti-
bus exhibere. Nam quæ talia ſunt,
vt apii, & fœniculi radix, aut ſemen
& alia conſimilis facultatis ſine no
xa iis conferuntur, Non enim rela-
ta adeò immodica caliditate ſunt
prædita, vt ſuſpicari queat medicus
febrem per horũ deglutionem im-
moderatè augendam. Quin & ſi len
ta febris foret, ipſam paululum au-
gmentando, non parum ad reſeran
dam oſtructionem, & etiam ad cæ-
teros ſuccos, qui febris occaſio ſunt,
diſcutiendum, quæ diximꝰ, deuora
ta prodeſſent. Eadem methodus ob
ſeruanda eſt, ſi febriens colico dolo
re oriente à pituita, vel flatuoſo ſuc
co infeſtaretur, aut ipſe alio morbo
frigido ægrotaret.

¶ Decimaquinta methodus. Neq; 15. Methodꝰ.
& ſi valde calida medicamenta quæ
vim ſubductricem haberent, biben
da exhibuiſſes, in relatis euentibus
aberraſſes. Qui enim calor concilia
ri febrienti ex horum potionẽ poſ-
ſet, non diu durare valeret, quod
pharmacum ſimul cum humore,
quem ſua vi trahit, ab ægrotãte per
vomitum, aut aluum excernetur. Et
quanquam calor auctus diutius per
duraſſet, minimè verendus eſſet. ra-
riſsimè enim accidit febrientes pu-

tridis, quas vocabant, febribus ob ſpiritus à calore immodico febrili difflatos perire, niſi ab infecto ſanguine ab humoribus immodicis, aut corruptis, ineptoq; reddito ſpirituum vitalium materia eſſe. Nēpe non aliter in his ſpiritus vitales à ſanguine infecto gigni prohibentur, quàm flamma lucernæ, cuius oleo plurimum terræ aut aquæ, aut alicuius rei ineptæ inflammari cōmiſceretur, gigni cohibetur,

16 Methodꝰ ¶ Decimaſexta methodus. Contēnenda tamen minimè erunt nōnulla ſympiomata, quæ febrientem in interitum perducere poſsint: qualia, dolor capitis, aut ventriculi, aut animi deliquium, vel alia ſunt. Sed medella febris neglecta, ſi horum & febris curatio ſimul fieri nequeunt, curanda ſunt. Parum enim inconuenit, febrim per horum curationem augeri, dummodo ſanguis, ex quo vitales ſpiritus gignendi ſunt, per ſymptomatum medellam potius expurgatur, quàm vitiatur.

17 Methodꝰ ¶ Decimaſeptima methodus. Nō parum à vera methodo curatiua diſcedunt, qui aloë tantùm pro ſoluēda aluo in febribus pituitoſis vtuntur. Nam cùm huic vis expurgandi bilē & adſtrictoria inſita ſit, vt Dioſcorides lib.3.cap.22.docuit, impingendo aloës parietibus vaſorum cōtinentium craſos ſuccos eoſdem, & ventrem poſt purgationem adſtrictam linquendo: reliquum noxium humorem vlteriori vacuationi inhabilem reddet, & bilem tantùm ducendo, pituita vacuationi magis rebellis permanebit. Quaproter merito Galenus ſexto de tuenda valetudine dicebat. ⁂ Nam ſi pituitoſus ſuccus à capite infrigidum à natura vētrem decurrat, facilè his ſuccurritur, ſi manè aliquid ſimplicis medicamenti ſumpſerit, quod diatriō pipereō dicitur. Sed & piper ſolum ad exactum contritum leuorē aquæ miſtum bibere his licet. Ad quem vſum melius, ſtomachoque aptius album piper eſt. Porrò abſinthii potio his eſt aduerſiſsima, vt quæ pituitoſum ſuccum ipſorum ventri affigat, cùm detergendi vim non habeat, quæ adeò ſit æſtimanda. Sed neq; aloë valde his conducit cùm ei biliosi trahendi humoris facultas ſit. ⁂ Neque audiendus eſt in hoc Auicena, qui fortè errore interpretis cap. ſeptimo tractatus ſecundi de medella febrium putridarum in genere dixit. ⁂ Et fortaſſis eſt neceſſarium adminiſtrare ea, quæ ſunt, ſicut aloës quando mateтia eſt craſſa, & melius quidem eſt, vt abluatur, & nutriatur cum aqua endiuiæ. ⁂ Quibus verbis tam Galeni decreto q̄ noſtro ineptè contrariatur, niſi, vt dixi, deſit negatio ibi, vbi legitur, materia eſt craſſa, & legendum eſſet, quando materia non eſt craſſa. Neque aliena hæc correptio à mente Auicenæ eſſe videtur quòd ſtatim conſulat cum aqua intibi aloëm lauari, quam minimè conuenire craſsis, ſed bilioſis ſuccis Auicena ſciebat.

Caput. xxxij. De ratione victus obſeruanda à febrientibus.

PRima methodus. Inter omnes, qui nos præceſſerunt medicos, nullum naturam febris exactius intellegiſſe, per ea, quæ in monumentis ſuis ipſi ſcripta reliquerunt, coniecto, quam

quam venerandus ſenex Hippocrates, qui aphoriſmo decimoſexto primi libri retulit, humidam dietam omnibus febrientibus conuenire, & præſertim pueris, his verbis indubiè exprimendo, ea, quæ humectant & laxos, ac dilatatos canales corporis humani efficiunt, conuenire febrientibus. humidi enim eſt cedere & dilatationem libenter pati: quod idem per febrem à natura fieri procuratur, vt nos retro docuimus. Nã ſi ipſe opinatus: ea quæ Galenus, ac cæteri fuiſſet, febrilem calorem, rẽ præternaturalem productum à putridis ſuccis eſſe, quæ de ſui ablatione indicet, potius dicturus erat, frigidum victum omnibus febrientibus competere, quàm humidum. Quia in omnium humorum putridorum febribus calor redundet, & in paucis ſiccitas ſupercreſcat. Qui enim à ſanguinis, vel pituitæ putredine febre ægrotant, potius humiditate immodica laborant, quàm ſiccitate. Non ergo ex ætatibus puerilem expreſsit, niſi quòd in his magis arctæ viæ ſint, quàm in aliis, & caro eorum difflari prompior, quibus incommodis ſalubriter per victum humidum occurritur, humiditate laxioribus viis verſis, & eadẽ naturali temperie diſcuti à febrili calore prohibita. Hippocrati enim ſemper cordi fuit, naturalem temperiem cuſtodire, & conſuetudinẽ non deſpicere. Ideoq; in fine aphoriſmi appoſuit. ⁂ Et aliis, qui tali victu vti conſueuerunt. ⁂ Sit ergo huius primæ methodi curatiuæ cõpendium hoc, quòd puerorum, & eorum, qui victu humido ali cõſueuerunt, cùm febriunt, victus etiam humidus plusquàm aliorum fit. Nõ enim audeo ego abſolutè hanc ſententiam, vt vniuerſaliter veram exponere. ceu Galenus fecit, aſſerendo per eã præcipi ab Hippocrate ſimpliciter humidis alimentis vtendũ eſſe in pueris febrientibus, & aliis ægris aſſuetis humido victu refici. quòd innumera, quæ inconueniunt paſsim occurrere video. in pueris ſcilicet obſtructionem patientibus, vel ex lentorum, & craſſorum ſuccorũ redundantia, aut putredine febrientibus, & in aliis victu humido vtentibus, & non diſsimili, genere febris, quàm pueri laborantibus, ſic cum victum ex aperientibus, & diſſecantibus confectum competere, & hoc ipſos bene habere, & humido in interitum ire. Sed prudenter moderãdo Hippocratis ſententiã. dicere. in relatis febrientibus perpetuò conuenire, non ſimpliciter humida, ſed minus ſicca, quã in aliis. quæ non indecenter humida nominantur.

¶ Secunda methodus. Niſi inſigne aliquod incommodum excerni fæces a ventre vetuerit, ſemper procuranda eſt alui expurgatio ante acceſsionem febrilem in febribus intermittentibus, aut febrile augmentum continuarum. Vapor enim exhalans à fæcibus, vi immodici caloris, febris in ſtomachũ, thoracem, & caput delatus, non contemnendũ nocumentum infert, appetitusque deiectionem efficit, quod febrientibus non parum nocet. Neque in relato initio aut augmento febris, & tribus horis antecedentibus cibus, aut potus concedendus ægrotanti eſt, quin quoad fieri poſsit procurandum, vt tunc nihil alimenti crudi in ſtomacho contineatur: alimẽtum enim, quod in tempore per hãc methodum vetito conceditur, cùm febris ſuperuenit, vitiatur, ſanguinẽq; ſuis vaporibus inficit, quo cor compel- 2. Methodi

compellitur velociter, & frequẽter
ſe ipſum diutius dilatare,ac cõſtrin
gere,vnde calor febrilis, vt ſuprà di
ctum eſt,cordi,& ſpiritibus, ac toti
corpori aſciſcitur,& febris protra-
hitur.

Methodus. ¶ Tertia methodus. Opportuna
hora cibandi febrientem, qui ab in
termittente febre corripitur, cùm
iam febrire deſinit,eſt. At cùm ſæ-
pe contingat, febrem adeò protra-
hi, vt ægrotantes ſi per omne illud
tempus ieiuni perduraſſent, in ani-
mi deliquium, aut aliud magnum
incommodum incidiſſent, conſul-
tê agit,qui cum febris viget(ſi prin-
cipium, & augmentum quinque ho
ras ſupergreſſa ſunt)cucurbitam cũ
ſacharo conditam, vt his tempori-
bus in officinis vendi ſolet,& dama
ſcenos prunos, & mali punici dul-
cis & acidi grana in aqua macerata
aniſi ſemine ſuperaſperſo,ne ſuo fla
tu noceant,ac conſimilia deuoran-
da febrienti confert: quo febrientis
vires reſtituuntur, & expectare ho-
ram intermiſsionis ipſe poteſt, in
qua iuſculum aliquod, ex pullacea,
aut gallinacea carne, & caro ipſa e-
lixata exhiberi,ſi liceat,valeant. Ve
rùm ſi per tam prolixum tempus fe
bris intermittens perduraſſet,vt vi-
ginti & quatuor horas attingeret,
aut has ſupergrederetur,vel ſi febris
ex ſemper infeſtantibus fuiſſet, cibꝰ
erit offerendus febriẽti, cùm febris
inclinat, Tunc nempe magis oppor
tunè alimentum omnibus concedi
tur, cùm concoctrix facultas expe-
ditior ad coquendum illud fuerit,
& natura ipſa minus occupata ex-
cernendo cauſam morbificam eſt,
at cùm in intermiſsione,& febris in
clinatione hæc vtraque contingãt,
meritò in horis relatis medici præ
cipimus febrientes alere.

¶ Quarta methodꝰ. Et ſi vera ſint, 4 Methodꝰ.
quæ retulimus,quandoq; cogimur.
victum ægrotantibus in febriũ ini-
tiis exhibere,ſi cùm rigere, vel frige
ſcere incipiunt,ſyncopi corripiun-
tur. At cùm ex antecedentibus euẽ-
tibus certè ſciuiſsemus animi deli-
quium in febris initio ſuperuentu-
rum,parum antequam rigor aut fri
gus corripuiſſet febrientem,ſalubri
ter alimentum aliquod concedere-
mus illi, quo bilẽ deferri in ſtoma-
chum ad proritandam ſyncopim
prohiberemus. eo enim adeò ſæuũ
ſymptoma,quale illud eſt,aduenta-
re ſæpe prohibetur. Non vrgente ta
men vlla neceſsitate, ſi in initio ac-
ceſsionis intermittentis febris, aut
principio exacerbationis continuæ
alimentum febrienti concedimus,
plusquàm in vllo alio morbi tem-
pore aberramus. Quanquàm oppo-
ſitum, puta plus in ſtatu obeſſe do-
cuiſſe Auicenam capite ſupra cita-
to ſciamus. Nam vt ſomnus non ra
rò conſiſtente febre iuuat, quia per
eum vires labefactatæ reſtituuntur,
& in initio ſæpiſsime nocet: ſic quo
que alimento contingit. Et ſi enim
vereamur (quod an verũ an falſum
ſit in medella febrium ortum tra-
hentium à notha bili diſcutietur)
quòd à pugna aduerſus morbificũ
humorem natura per cibum ſum-
ptum tunc diſtrahetur,non adeò in
ſigne damnum hoc eſſe exiſtimamꝰ
quale illud,quod ex aſſumptione ci
bi in initio rigoris,aut frigoris, ſeu
febris contingit. Obſtructiones ſci-
licet ingentes tam iecoris,quàm lie
nis à relata refectione incocto ali-
mento in viſcera illa tracto,ſæpiſsi
mè fieri,facultate concoctrice tunc
noxium humorem coquere non po
tente, neque difflare idem immodi
co febrili calore vt in ſtatu valente:
quia

quia cutis pori adſtricti eo tempore ſint, febre adhuc non aucta, nempe & ſi in commoda paria eſſent. cōmodum illud de reſtituendis ægrotātis viribus impar exiſtet, quòd in initio deiectæ vires non ſint, velut in ſtatu, qua propter recte præceptum, vt diximus, eſt.

Methodꝰ. ¶Quinta methodus. Artificioſa diuiſio victus in omnino vetitum alimentum, quòd eſt, ieiunum febriētem per omne febris tempus durare, & in victum ſibi ſano ſimilem, & in medium inter hos, certe eſt. Neq; minus etiam docta à me iudicatur gradatio alimenti, referens poſt primum tenuiſsimum victum, cùm nihil propinatur, ſequentia eſſe, lentium, aut alterius conſimilis leguminis, vel hordei iuſculum, vel olus aliquod, quale lactuca, aut beta cocta, ac poſt hos pullaceæ carnis ius, & hæc inter ea, quæ pauxillum nutriunt recenſere. Craſsiusq; alimentum his fore ptiſanam ſic conditā vt Galenus primo libro de alimentorum facultatibus cap. de hordeo. & in libro, de ptiſana. ſcripſit, etiam in dubitatum habeo. Conficitur enim, vt prædictus author in locis citatis retulit in hunc modū. ⁂ Primùm hordeū crudum in aqua macerato, deinde manib9 adeò terito, vt tenuis membrana conſpiciatur. Poſt hæc iterum manibus eatenus ſcilicet valenter conterito, vt quodq; glutinoſum excutiatur. Atqui ſicui eſt animo hanc plus abſterſiuā efficere, ſatius fuerit eam cum membrana decoquere. Fit autē elixatio hoc modo, vt ſcilicet hordeum primò diu coquatur: mox ad mollem quoque ignem: donec multùm ſucculentum reddatur. Sic ſanè elixata quicquid inerat flatuū deponit, atque cuncta nanciſcitur commoda, quæ atteſtatus eſt Hippo. ⁂ Sed iā carnem gallinæ, & perdicis iuuenis & alia auiū genera his ſimilia, proxima alimento ſanorum eſſe, nemo inficiari poteſt: verùm his diuiſionibus alimentorum in alium locū miſsis, quod in præſentiarum docere cupio, eſt, noſtra tempeſtate victū febrientibus abſq; inflammatione, minimè adeò tenuem exhibendum prout antiquorum methodi docuere. Quis enim nunc relatis febrientibus concedet pro præcipuo alimēto ptiſanæ tantum ſuccum, & aquā mulſam, acetumq; mulſum ſimpliciſsimum, & apomeli Græcis vocatum, ex aqua tantùm & melle compoſitum, vt Galenus de ſanitate tuēda libro quarto docuit, & alia non maiorem nutriendi vim relatis habentia: veluti omnes ferme Græci in febribus conferunt? Nullus quippe in arte medica mediocriter doctus. Porrò in prima die febris omnes concedimus triticeum panem cum prædictis leguminum iuſculis aut oleribus coctis, aut crudis. Græcis, tantum alimētum quantum ſolus panis tritici exhibet. nullis, niſi his, quibus morbus inclinat, concedentibus. Neq; hæc varietas fortuito, & à caſu, ſed conſulto prouenit. Non ob maiorē voracitatem hominum huius temporis, quàm præteriti: cum omnibus, qui Romanorum imperatorum hiſtorias legerunt, manifeſtum ſit, apparatu opiparo excellente immodicè hūc, quo nos vtimur, Romanos temporis Galeni vſos fuiſſe. Neque inde, quòd vires humanæ ab illo vſq; ad iſtud tempus imbecilliores reddatæ fuerint, prouenire potuit: cùm non diutius viuere illis quàm nobis concedi ſacræ literæ à Dauide multò Romanis imperatorib9 anteriore ſcriptū

psalmo

pſalmo.89.legamus, vitam hominũ ſui ſeculi ſeptuaginta annorum eſſe & in potentatibus octoginta. Ortũ ergo traxit varietas hæc,inde, quòd experti ſunt noſtri medici, panem triticeum, & pullaceam carnem cõcedẽdo ægris in ſecunda, aut tertia die ab initio febris cõtinuæ, ac poſt ſeptimam gallinaceã, ipſos minus periclitari, quàm antiquo tenuiſsimo,& parciſsimo victu vtendo,quo vſus hic vt eorum inuentum nobis poſteris & hominum vulgo introductus eſt, vt miſsio ſanguinis in prægnantibus,vt Cornelius libro ſecundo docuit. & ante decimum quartũ annum in pueris venam ſecare. Quã victus rationem in omnibus febriẽtibus obſeruare conſulo: præterquã in illis,qui plurimis crudis ſuccis redundant,aut in his, qui validos pulſus habentes faſtidiũt relatos cibos, & ali parciſsimê cupiunt, quia ſic aliti,melius ſe habere ſentiant,quàm aliter.

6.Methodus ¶ Sexta methodus. Quanquam præpoſteram victus rationẽ,& Hippocratis decretis contrariam, tam plusquàm ipſe præceperit alẽdo febrientes,quàm præter ab eodẽ præſcriptum ordinem victitãdo ægros, exercere vidẽtur noſtri medici, qui in prima, & ſecunda, ac aliquando in tertia die iuſculis leguminũ, aut coctis oleribus, & pane tritici febrientes alunt, & poſteris diebus victũ plus alentem concedunt, vt nos in antecedente methodo ſcripſimus: ego tamẽ exiſtimo nihil aduerſum vnius Hippocratis Græci placita (obſeruando præſcriptum à nobis ordinem, conferendi cibum febriẽtibus) iuniores introduxiſſe. Nam Hippocrates ipſe.4. aphoriſmo primi libri,primum quod medicis cauit, fuit, ne victu exquiſitè tenui in morbis longis,aut vlis acutis vterentur, minitans ſequenti aphoriſmo quinto exitiale periculum trãſgreſſoribus imminere,dicens. ⁂ In tenui victu ægri delinquunt, quo fit, vt magis lædantur. Quicunq; enim error cõmittitur, maior in hoc fit, quam in paulo pleniore victu. ⁂ At cùm febres citra inflammationem vexantes, ſæpiſsimè quartam decimam diem acutorum morborũ terminũ tranſgrediãtur, iã hinc indicatio ſumi poterit, ferme pleno cibo,quale eſt pullorũ gallinarũ caro,vti,licere parũ poſt morbi initiũ. neque ob id à præceptis Hippocratis diceſſiſſe. Sed neque in ordine conferendi victũ deliquiſſe noſtros medicos innumeræ ſententiæ aphoriſmorũ ſequẽtium citatos probãt. Damus enim nos tenuiorem victũ febriẽtibus in primis tribus diebus, quàm in ſequentibus,quòd tũc maiorem repletionem patiãtur, quàm in quouis alio morbi tempore: ab initio enim vſque ad morbi finem inceſſanter febrientes attenuantur, modò maiori repletioni maiorem inediam cõuenire, quis inficiari poterit? ſcientibus omnibus medicinalem facultatem pro principio ſuſcepiſſe axioma hoc, contrariis remediis affectibus curandis affectus mederi. Poſt verò cùm ſtomachi, & vẽtris inferioris cruda, & ſuperflua cocta excreta eſſe ſuſpicamur, pleniore alimento,putà pulli,gallinæ aut iuuenis perdicis carne,ſeu piſcibus paruulis vti iubere, rectæ curãdi methodo conſonũ eſt. dũ tamen tunc morbus in vigore, aut proximus vigori non conſiſtat: nam quãuis cum viget morbus minor repletio indicans plenius alimentum cõcedi poſſe,adſit, maius incommodũ ex auulſione naturæ à graui pugna

aduerſus

aduerſus occaſionem morbificam, quam tunc à corpore pellere conatur, ſequitur, quàm vtilitas ob cibi exhibitionem. Opinari enim Hippocratem præcipiſſe tantò tenuiorem victum ægris offerendum, quãtò proximior morbus ſtatui fuerit, ideòq; in prima die plus febrienté alendum, quàm in ſecunda, & hunc ordinem vſq; ad morbi conſiſtentiam ſeruandum, ab Hippocratis decretis quammaximè alienum eſt. Ipſe enim tãtùm docet, quòd in ſtatu, & parum ante morbi ſtatum, & in acceſſionibus per circuitus inuadentibus, ac parũ etiam ante, abſtinere à cibo conueniat. Sed de præcedente tempore methodum, quam fingũt, nullam exhibuit, aduerſaretur enim ipſe ſibi, qui aphoriſmo. 22. ſecundi libri ſcripſit, ex repletione factas ægritudines vacuatione mederi. Ex quo elicitur, quòd vbi maior repletio adfuerit, maiore vacuatione ſumus vſuri: ſed maior inedia, plus quàm minor, de repletione imminuit, ergo in principio vbi omnimoda replectio eſt. maiore inedia vti debemus. Meritò ergo Hippocrati nulla alia, quàm noſtra ſexta methodus adſcribenda eſt. Totum enim tempus, quod eſt ante vigorem morbi, principium ab Hippocrate nominari in præcedẽte capite monſtrauimus. In toto ergo illo principio craſsiore victu vtẽdũ, nos non negamus, dum tamen ordo relatus à nobis, ſeruetur. Neq; immerito ſupra dixi, in ſtatu poſt cibũ ſumptum diſtrahi naturam a graui pugna, quia & ſi in quouis morbi tẽpore nõ nihil diſtrahatur a pugna contra morbi cauſam, multo periculoſior eſt diſtractio, quæ in ſtatu fit, quàm quæ in alio tempore morbi. Neque hinc inferre licet conuenire, tunc cùm viget morbus nullũ alimentum offerre febrienti. cõfert enim ſæpiſsime, cũ diu ſæuitas ſimptomatum ſtatus durat, & vires labefactari noſcimus, non ſolum cucurbitam conditam & alia bellaria febrienti ad prandendum dare, verum & iuſcula pullorum gallinarũ & etiam ex eiſdẽ gallinis ius, & quãdoq; carnem pullorum earundem concedere. & ſi enim coniectemur facultatem concoctricem tunc diſtrahendam a pugna, indeque morbificam cauſam clanculum ſubrrepturam, & ad infitiendum ſanguinem cordis promptiorẽ futuram, etiam experimur ex alimento ſumpto, ſanguine non vitiato genito, & in venis tranſmiſſo, ſpiritus vitales fieri, quibus auctis concoctrix & expultrix vis humana valet propellere, & à corde ſeiungere infectos ſuccos, qui vitiãdo ſe ipſis, aut ſuis fuliginibus, cordis ſanguinem, in eptũ eundem efficiebant, vt materia ſpiritum vitalium eſſet. indeq; mortis ægri cauſa erant. Porro opinor ego non diſsimilem eſſe pugnam, quæ verſatur inter naturã & morbi cauſam in diuerſis temporibus febris acutæ, in quibus criſes proprie dictæ contingere ſolent. Pugnæ accidenti inter inimicos homines, qui primitus verbis iniuriis ſe mutuo offendunt, poſt vero iniuria in contumeliam commutata, pugnis ſe cædũt, vt veteres ante vſum ferri & armorum pugnare ſolebant, vt Donatus inquit, at vlterius rixa flagrante, iã enſibus & pugionibus dimicant. in initiis certe morborum & ſi vniuerſa morbi cauſa tunc in corpore adſit, quod ab eadem in cor effumat. velut verba iniurioſa eſt, non enim illis fuliginibus adeo laceſsitur vis vitalis (quòd eo in tempore valida

 ſit)

ſit) vt in proceſſu: neque etiam mor
bi cauſa adeo ſenſibiliter imminui
tur (quia ferme tota ſimul ad huc
duret) vt poſt. aucto vero morbo, iã
imbecillioribus facultatib9 huma-
nis verſis, morbificaq; cauſa per ac-
cidens deterior facta, quia cũ natu-
ra conatur eam à corpore vi calo-
ris humani in halitum aut ſenſibi-
liter excernere, neceſſario eandem
commouet, & ab ipſa fuligines in
cor & cerebrum ac alia nobilia mẽ
bra eleuat, pugnis dimicare naturã
& morbi cauſam dicemus. quo di-
micationis genere ſæpiſsime finiri
morbos, ſenſim materia eorundẽ fi
nita, cum ſalubres ſunt, accidit. ve-
rum quando adeo creſcit morbifi-
cus ſuccus, vt parum abſit, quòd vi-
ta ægrum priuet plurimis ſpiritib9
vitalibus comſumptis, & ſanguine,
ex quo reſtituendi alii erant, vitia-
to. Iam tunc pugionibus & enſibus
pugnare naturã, & morbi occaſio-
nem, atteſtamur. quibus ſic habenti
bus, ceu quandoq; prodeſt à verbis
iniurioſis paululũ abſtinere ſe rin-
gentem, & patienter aduerſi blate-
ratoris verba diſsimilare, vt liceat
ſibi eo in tẽpore prandere, vt cũ ad
contumelias & pugiones deuentũ
ſit, viribus polleat. ſic febrientibus
ſæpe confert ante ſtatum ali, vt in
ſtatu vires vigeant. exiguum enim
eſt incommodum, quod tũc à mor-
bo inferri valet. & grandis vtilitas,
quæ ex alimento ſumpto ſequi non
nunquàm poteſt. verum vt cum pu-
gnis dimicãs, & ſi quando prandere
velit, ferire aduerſum tunc pugno
non poterit, quòd manu alimentũ
in os laturus eſt. indeq; nonnullum
damum ſibi inferẽdum ſperet, quia
tamen tale: quòd mortem pugno
percuſſus illaturum non eſt, à come
dendo deſiſtere non debet, vt poſt
cum ad arma deuenerit, valeat ſu-
perior inimico eſſe. ſic quoq; in aug
mento morborum, & in ſtatu proli
xo eorundem, vbi criſſes proprie nõ
ſperantur, prandere permiſſum om
nibus eſt. quòd multo vtili9 ſit, pau-
lulum deſiſtere à pugna cõtra mor-
bi cauſam, quàmuis timeamus tũc
ipſam augendam, quàm interdicto
alimento febrienti, ægri vires adeo
imbecillas fieri, defitiente ſanguine
quem ſpiritus pro eorundem mate
ria poſcunt (qui in ſanis & in com-
plurimis ægris ex alimentis nuper
deuoratis in plurimũ fieri ſolet) vt
in die criſsis ſuccumbere cogantur.
tandem ceu cum pugionibus certa-
tur, periclitaretur, qui arma deſere-
ret, vt manu cibũ capeſſeret, quòd
tũc hoſtis ab aduerſi armis ſecurus
audatior quàm ante reditus. inimi-
cum pugione transfiget, quem forte
confodere non auderet, ſi armatum
pugione aut enſe vidiſſet. ſic in ſta-
tu morbi cũ criſsis propria fit. nul-
lum alimentum febrienti dandum
erit, ne diſtractis à pugna ſpiritibus
(vt alimentum concoquant) qui na
turæ præcipum inſtrumentũ erant,
morbi cauſa in cor repens adeo cor
dis ſanguinem inficiat, vt nullius
ſpiritus vitalis materia eſſe valeat.
quo accidẽte æger vita priuaretur.
dixi in his, quæ proprie criſes ſunt,
nullo egere alimẽto febrientes, quia
hæ breuiſsimæ eſſe ſolent, & per
quinq; aut ſex horas in plurimũ du
rantes, nam aut natura vincet, & re-
liquum temporis quod reſtat ad ſa-
nitatem vſque: declinationem mor
bi ſudando, aut ventrem expurgan-
do, ſeu ſanguinem per nares mitten
do nominabimus. aut natura vince
tur & ſtatus mortiferus dicetur. vbi
ſiue alas, aut non, ægrum non libera
bis, tuncque prudenter agit, qui ali-
mentum

mentum conueniens per interuala ægrotanti confert. fortaſis enim deceptus medicus putat ſtatum eſſe mortiferum, qui in ſalutem finiendus eſt. Dixi ſuperius, quòd in morborum ſtatu conueniat alimentum concedere ægrotanti, vt ex eo talis ſanguis fiat, qualẽ pro materia propria, ſpiritus poſcunt, vt ſciatis, nõ quenuis ſanguinem non putrefactũ id ſufficere. Alias enim ſi quiuis ſanguis aptus ad hoc eſſet. nõ video, cur moreretur ob alimenti deffectum ſanus, nullũ cibum decẽ diebus ſumens: qui, exempli gratia, quinquaginta libras ſanguinis hodie habet, quoniã laute in preſenti anno prãſus eſt. & in anno præterito etiã bene valebat, ſolũ triginta libras ſanguinis in venis continens, quòd in antecedente tẽpore frugaliter vigiſſet. Ex viginti enim libris ſuper additis ex immodicis alimẽtis, vero ſimile eſt, ſufficienter potuiſſe membra reſoluta refici, & ſpiritum vitalium tanta quãtitas gini, quãta pro viuendo requiritur. & vt in antecedente tẽpore cũ triginta ſanguinis libris ſanus viuebat. etiã nũc alimẽtum nullũ decem diebus ſumens, & plus ſanguinis ad huc q̃ in præterito tẽpore habẽs, incolumis futurus erat, niſi, vt dixi, nõ qui vis ſanguis ſpirituum vitaliũ materia eſſe ſufficiat, ſed pur9 vnguinoſusq;. Quippe quòd ſanguis in plurimũ intra decem dierũ ſpatium quicquid vngui noſum habet, vi caloris ſpirituũ hominis ſani amittere ſolet, & melancholiæ fumis impur9 verti. ideo ſine alimento recenti vlterius viuere in plurimum naturaliter hominibus ſanis non cõceditur. ſecus ægris quod miraculoſũ videtur (ii enim qui à febribus pluſquã ſani inediã decẽ dierũ tolerãtes, magis attenuãtur, & quorũ ſanguinis vnguem vi febrilis caloris diſſolui promptius eſt, diutius ſine alimentis recenter ſumptis viuunt, vt euentns docent) verũ hoc peculiarem & propriam cauſam habet, nempe & ſi in ægris febriẽtibus plus ſanguinis ab ſumatur, quàm in ſanis tolerãtibus famẽ decem dierum, in eiſdem non æque vitiatus ſanguis cordi proximus, vt in fameſcentibus eſt, cum enim bene habentes homines ſunt, facultates eorundem adeo ordine diſponũtur, vt cuiq; liceat, proprium obire munus: indeq; accidit, vt expultrix vis lienis melancholicum ſuccum in os ventriculi iaciat (cum ventriculus alimento caret) vt perpetuo in his, qui fameſcunt, efficere ſolet, qui mordendo ac vellicando partes illas in quas diffuſus eſt, ac fumum frigidum & ſiccum in venas & arterias cordi proximas, cũ quibus maximum conſortium habet, ex ſeſe iaciendo, ſanguinem cordi proximum adeo inficit, vt ſæpe contingat, ob vnius dei tantũ toleratam famem, in ſymcopem incidere ſanũ. aqua cum ſine alimento deuorato reſurgit, non aliter euadit, quàm corde impellente fuliginoſum illũ melancholiæ fumũ in partes à ſe diſtãtes, vbi in qbus ſenſibiliter vel inſenſibiliter expellitur, aut difflatur poſt alimenti ſumptionẽ. At ſi hoc non propinatur, ſed fames per decẽ dies perſeuerat, fumis melancholiæ quæ in dies, deficiente cibo magis vſta, deterior fit, in cor & ſanguinẽ cordi proximum iactis. ipſum adeo inficiunt, vt ex eo nullatenus ſpirit9 vitales, qui calidi & humidi ſunt, fieri queant. vnde mors prouenit. ægris tamen non ita contingit, horum enim naturalibus facultatibus à morbo diſsipatis, cum deficit in

ventriculo alimentũ, non ſic melãcholicum ſuccũ in os ſtomachi hi iaciunt, vt ſani, indeq; non ea incõmoda eiſdem per decem dies alimẽtum reſpuentibus contingunt, quæ ſanis, & ſi pernicioſum ſignum tale faſtidium ſit, vt Hippocra. 32. apho. libri ſecundi dicebat. In quo vis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, optimum eſt, contrarium malũ. ex quibus omnibus ſequitur per accidens morbum, quandoq; prodeſſe, puta illi, q obſeſus inimicis, aut maris tẽpeſtate in aliquã inſulã ſterilẽ iactat9, anona careret. hic enim diutius febriens & faſtidium patiens viuere poſſet, quàm ſine febre exiſtẽs. neq; fortuito, & exempli gratia in ſuperioribus præſcripſi decem dierum ſpatium ſano homini ob inediam pereunti, ſed conſulto. quòd plini9 capite vltimo, vndecimi lib. ſcripſerat ſequentia verba. Homini non vtiq; ſeptimo letalis inedia, duraſſe & vltra vndecimũ pleroſq; certum eſt. Ex quibus & aſſertione plurimorum, quod frequẽti9 cõtingit, puta vltra decimũ inediam tollerantes non viuere, numerũ illum dierum exaraui. Satis hæc pro ſexta methodo ſint.

Quid ex precedente methodo ſequatur.

¶ Ex hac methodo elicitur, victu tenuiſsimo in ſtatu & vigore ſymptomatũ morbi tantũ vtendũ, morbi temporibus diuiſis per lenitatẽ, aut ſæuitiã ſymptomatũ, & nõ per coctionem humoris efficiẽtis morbum. Nã in plurimũ ſtatus coctionis humoris cum initio, & augmento ſymptomatum coincidit, vt ſtatus ſymptomatũ poſterior ſtatu coctionis ſæpe, vt ſuprà dixi, ſit: hoc enim ſic Hippocrati opinatũ fuiſſe, innumeræ eiuſdẽ ſententiæ docẽt. Sed inter omnes illa, quam aphoris. 71. quarti lib. ſcripſit, quæ hanc ſeriẽ ſeruat. Quibus ſeptima iudicatur, iis nebulã habet quarta die vrina rubeam, & alia ex ratione. Vbi expreſſe profert, quòd ſi vrina ſedimen rubrũ in quarta die habuerit, aut album, quo eſſe adhuc humorẽ perfectius coctum indicat, vt Galenus in expoſitione huius aphoriſmi ſcripſit, in ſeptima die morb9 finietur. In qua die, & in antecedente nocte ſæuiora ſymptomata, & maiora, quàm in toto morbi tẽpore conſpiciẽda ab ægro ſunt, vt idẽ Hippo. in decimotertio aphoriſ. ſecũdæ ſectionis docuit, dicẽs. Quibuscunq; criſis, id eſt, iudicatio ſit, iis nox grauis ante acceſsionẽ, quæ verò ſubſequitur, magna ex parte leuior exiſtit. Itaque ſtatũ ſymptomatũ poſteriorẽ ſtatu coctionis tũc futurum, vt nos diximus, neceſſariò fatendum eſt, Nempe cùm in quarta die perfectè cocta materia exiſtẽs, vsq; in ſeptimam expelli differtur, inde accidit, quòd in intermedio illo tempore natura vires, quas in coctione abſumpſit, reſtituit, vt expulſionem noxiorum ſuccorum cui eſt annexus caſus virtutis in ſeptima ſine vitæ diſcrimine exerceat. Hoc idem Hippo. 2. prognoſticorũ. cap. 5. de ſignis ſumptis ab vrinis ſenſit, ſcribens. Vrina optima eſt, ſi candidum ſedimentũ fuerit, leueq;, & æquale per omne tempus dum morbus iudicetur, ſecuritatem enim, ac morbum fore breuẽ ſignificat. Vbi perfectæ coctionis humoris notam manifeſtam ex vrinis exprimens, quod coctionem in ſtatu conſiſtere ego nomino. morbũ ad huc manere & grauiorẽ futurũ innuit: quãuis breuiorẽ futurum explicet, q̃ ſi vrinæ, & humor noxius perfectè cocta non extitiſſent.

Quibus

Galeni error quidã notaĩ. ¶ Quibus ſententiis adamuſim in
tellectis, quis Galenum excuſare ab
ignorantiæ crimine poterit, cùm le
gat ipſum in cõmẽto octaui aphori
ſmi primæ ſectiõis dicentẽ. ⁂ Do
cet autem nos, vtcunq; ſcribatur,
vnã, & eandem ſpeculationem, anti
quo magiſtro præcipiente: vt cùm
morbus in ſuo vigore conſiſtit, vi-
ctu tenuiſsimo vtamur, tũ propter
caſuum magnitudinem, tum pro-
pter morbi coctionem. Neq; enim
diſtrahere oportet naturam ad al-
teram nouam coctionem, cùm eo
tempore humorum noxiorum co-
ctioni fortiter vacet, & aut ita mul
to poſt ipſos ſit euictura. ⁂ Vbi ex
preſsè refert in die decretoria natu
ram occupari in coctione humoris
noxii, indeq; ſæua ſymptomata pro
uenire, nõ animaduertens illud per
petuum non eſſe, cùm in relatorum
aphoriſmorum ſententiis coctionẽ
perfectam per tres dies anteceſsiſſe
expulſionem Hippocr. docuerit, &
quod ſæuitas ſymptomatum con-
tingens in ſeptima nõ aliunde pro-
cedat, quàm ex ſeiunctione humo-
ris noxii ab innoxio, & approxi-
matione meatibus, per quos ſenſi-
biliter, aut inſenſibiliter excernen-
dus eſt. In hac enim cõmotione nõ
pauci ſpiritus abſumuntur, neq; exi
gua portio vaporũ in cor, & caput,
& alia membra principalia defer-
tur, ad quæ ſequi grauia ſymptoma
ta accidit. Porrò error Galeni recẽ
ſitus non aliunde ortum traxit, q̃
ex hoc, quòd non diſtinguit dupli-
citer morborum tempora per ſæui
tatem ſcilicet ſymptomatũ, & per
coctionem materiæ, vt nos in ante-
cedentibus fecimus.

7. Methodus ¶ Septima methodus. Enormiter
aberrant ſcrupuloſi medici, qui fa-
me oppreſsis ægrotantibus febre ab
exacta bili ortum trahente, & in ac
ceſsionis principio, aut augmento
ipſis non exiſtentibus, neque in die
decretoria, alimenta, quæ facilis co
ctionis ſint, & mediocriter alũt, nõ
cõcedunt, maximè ſi biliosi natura
febriẽtes ſunt, & in æſtatis tempore
cõſiſtunt. Nã ſi ſola alimẽti cupidi-
tas ſolet ſæpe bilem ad ventriculũ
trahere: & conuulſiones totius corpo
ris proritare, vel in animi deliquiũ
pellere, febre ſuperaddita fami, quis
mentis compos non coniectabit,
quòd vri ipſam bilẽ fames efficiet,
à qua enormia ſymptomata oriri,
omnes ſcimus, indeq; in vitæ diſcri
men impellere ægrum poterit.

¶ Octaua methodus. Vana eſt aſſer 8. Methodu
tio medicorũ affirmantium, alimẽ
tum febrientibus collatum inimi-
cum eſſe naturæ, eo quòd ſit amicũ
inimico eius, volentes per hæc ver-
ba dicere, ex quouis alimẽto, vel ſal
tim ex plurimis febriẽtibus exhibi-
tis, aliquid in naturam noxii ſucci
conuerti, aut naturam ægri diſtra-
hi à pugna contra cauſam morbifi
cam, cui vacat, dum venter alimen-
to caret. Nã alimenta plurima, quæ
cibus, & medicina ſunt, vt ptiſana,
& alia huiuſmodi, coctionem adiu
uare, manifeſtum his eſt, qui Hippo
cratem de victu acutorum morbo-
rum, & Galenum in libello de pti-
ſana legerunt, horumq; nihil in no
xium ſuccum verti. Etiam alia, quæ
alere tantum vim habent, vt auium
& paruorum piſcium carnes, & tri-
ticeus panis, & conſimilia debito tẽ
pore febrientibus collata, prodeſſe
quamplurimùm, augendo vires æ-
gri, & acuitatem, exhuberantiamq;
caloris bilioſi, aut ſanguinei humo
ris reprimẽdo, ſuoq; temperato ca-
lore hebetando, notum eſt. Illud er-
go medicorũ decretum tantùm ve-

rum eſt, cùm alimenta in initio acceſsionis, aut in ſtatu ſymptomatũ exhibentur, aut his, qui crudis ſuccis, vel multis ſanguineis redundãt. Non enim febrienti ob putridã, aut immodicam exquiſitam bilem, proficuum eſt, ventriculum ſine alimẽto diu continere, hoc cõmento, ne natura diſtrahatur á pugna, quã aduerſus bilem exercet, cùm ipſa diſtractio proficua valde, ac maximê vtilis febrientibus relatis ſit. Natura enim ſpiritibus immodicè calidis, ob febrem accitam à motrice facultate cordis, vacans coctioni tenuis humoris, multò perfectius, atq; exactius bilem ad mediocrem cõſiſtentiam reducet, ſi ipſam ſanguine ex nouis alimẽtis genito, minus quàm ipſa calido ſuperirrorat. & tẽperat, quàm ventrem ieiunum diu ſeruando. febrisq; commoditas, putà vias patentes humori excernẽdo fieri, calorisq; immodici bilis remiſſio ſimul tunc ſequentur, res profectò à docto medico non parũ optãda. de qua nõ pauca in. 6. methodo ſcripſimus.

9.Methodꝰ. ¶ Nona methodus. Cùm morbum longum futurũ ſuſpicamur, ab initio multò pleniore alimẽto febriẽtem nutrire, tenemur, quàm cùm acuto morbo ipſe laborat: non quòd ſperemus in morbis longis ſtatum ſæuorum ſymptomatum, vt in acutis. nobis ſcientibus, raró hos criſi finiri, & eorũdem materiam in pluribus diebus paulatim abſumi, ſed vt vires ſufficiant pro tota morbi duratione, quæ ſtatus nominari valet. Vt hominis ſtatum quãdoq; vocamus, quicquid viuere ab infantia vſque ad ſenectutem conceſſum eidẽ eſt, ab ſtãdo, id eſt, durãdo deriuatione ſumpta. In quo ſenſu exponẽda eſt ſententia lib. primi aphoriſmi. 9. Hippo. præcipientis. ⁜ Coniectari oportere, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſsit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat, atque hebeteſcat. ⁜ Nã cum inquit quòd oporteat perpendere an morbus deficiat, vel non, de ſtatu exquiſito ſæuorum ſymptomatum nõ loquutũ fuiſſe, notum eſt, ſed de eo, quem nos diximus. Probat hãc noſtram expoſitionem ſequentis aphoriſmi ſententia: quæ in hunc modum habet. ⁜ Quibus igitur ſtatim morbus cõſiſtit, iis ſtatim tenuis victus adhibẽdus eſt: quibus verò poſterius debet conſiſtere, iis & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus, prius verò vberius agendum, vt æger ſufficiat. ⁜ Vbi in priore aphoriſmi parte loquitur de ſtatu propriè ſumpto, in quo ſæuitas ſymptomatum conſpicitur. Et in vltima parte, in qua dixit, ⁜ Vt æger ſufficiat. ⁜ Supple ad ſtatum vſq;, ſtatum nominauit totã morbi durationem. Nẽpe ſi de hoc non loqueretur, ſed de exacto ſtatu, putà cùm vehementi, & veloci motu natura contra morbi cauſam mouetur, cùm innumera ſint morborũ genera, quæ ſine ſtatu, id eſt, criſi finiũtur, culpari meritò poterat Hippocrates, qui tantum victum laborantibus morbis acutis præſcripſiſſet, & alios ægros neglexiſſet. Vt ergo vtrosq; comprehenderet, verba vltima aphoriſmi à nobis annotata addidit.

¶ Decima methodus. Sententia 10.Metho
illa Hippocratis aphoriſmi noni ſecundi libri, quæ refert. ⁜ Non pura corpora quantò plus nutriũtur, tantò magis læduntur. ⁜ Minimè interpretanda eſt de impuris ob exa

ctam

ctam bilem corporibus, maximè in æſtate conſtitutis, & febre laborantibus. Nam ſi ab his victum ſubtraxerimus, & inediam pati compulerimus, bilem augebimus, & præexiſtentem aduremus, ac in ſæua ſymptomata febrientem impellemus. Tantùm ergo intelligẽdus eſt aphoriſmus de his, qui pituitoſis ſuccis in venis redundant, aut de illis, qui vitiata alimenta, aut ſuccos corruptos in ſtomacho habẽt. Hoc enim vltimum ſatis ſufficienter Galenus in commento relati aphorſmi notauit, ſcribẽs. ⁂ Hoc præcipuè fit, quando ventriculus quibuſdam humoribus vitioſis plenus exiſtit. ⁂

11. Methodus. ¶ Vndecima methodus. Iam quòd doctum ſupereſt, cõuenire alere nõ adeò parcè febrientes à bili, vel ſanguine vitiato, vt ſentẽtiæ Galeni, & plurimorum Græcorum, ac omniũ Arabum præcepere. ſolidiorem victum, quem nos iis cõcedimus, prodeſſe quàm maximè in plures vices, & pauca quantitate exhibitum, q̃ ſemel, aut bis in die pranſum indubie aſſeueramus. Facilius eſt enim omni in tẽpore ventriculum coquere alimentum paucum, quàm multum. etiam febrientes non adeò validam coquendi facultatem, vt ſani obtinere, omnibus notum eſt. Expediet ergo patientibus continuas ex bili exquiſita, aut vitiato ſanguine febres, poſt ſecundã diem pulli parui iuſculum ſorbere, & carnis ipſius ferè dimidium per tres horas ante meridiem comedere, & in veſpertina hora coctas, aut crudas lactucas, aut aſſa poma cenare: ac inter vtrũque tempus ſi bibere velit æger, conditam cucurbitam, aut mali punici grana, ſiue damaſcena pruna in aqua macerata, aut lactucarum cauliculos ex ſacharo confectos, vel alia huiuſmodi belaria non ex melle ſed ſacharo condita, ante potionẽ febrienti cõferre, eiſdemq; bellaria per interualla concedendo totam noctem tranſigere. Quòd ſi gratum febrienti amygdalatum ex amygdalis, & melonum, ac cucurbitarũ ſeminibus, & ſacharo confectum fuerit, id poſt tres horas à lactucarum, vel pomorum cœna ſumat. Verum ſi huiuſmodi febriẽs pro cæna plus pullaceam carnem, quàm lactucas, aut bellaria cupiat, inconuenire non puto, illi concedere pulli maiuſculi quartam ex anterioribus partem, ac ſimul eiuſdem iecur aſſum.

¶ Duadecima methodus. Quãuis in antecedẽtibus methodis ſemper explicuerim victum plus ſolidiorẽ concedendum bilioſis, & à ſanguine vitiato febrientibus, quàm antiqui præcepere, & de febribus à ſanguine multo ortum trahentibus, & pituitoſis, ac melancholicis nihil dixerim, non id feci, quòd has amethodicas manere decreuerim, ſed quòd noſcam, non adeò aberratum in ratione victus harũ ab antiquis medicis fuiſſe, vt in victu febrium relatarum ſuperius. Nã cùm pituitoſæ, & melancholicæ febres inter prolixos morbos recenſeantur, in quibus tenui victu vti, non præcepere, non erat, vt quid lectoribus de hocce negotio cauerem, etiam cùm qui à plurimo ſanguine febriunt, ſatis magnam alimenti copiam contineant, & minus ſine noxa quàm alii famem tolerare queant (niſi de illis ſint, de quibus Hippo. 3. aphoriſmo primi lib. mentionẽ egit, quos exercitatos ad ſummum vocauit.) non erat, vt quid hos pleniore cibo alendos quàm eſſet præceptum, curarem. Et quanuis res ita habeat, me 12. Methodus

 dicos

cos hortor, quòd ſi hi voraces ex natura vel conſuetudine fuerint, & famem impatienter tolerauerint, victu belioſorum eos alant.

13. Methodꝰ ¶Decimatertia methodus. Iã bis, vel ter de tẽporis conſtitutione pro nutriendis febriẽtibus in antecedẽtibus memini, quòd Hippocrates, & qui poſt eũ de re medica aliquid notatu dignum ſcripſere, nonnihil dixere. Verùm nunc expreſsius, & in compẽdio quodam quæ ſequuntur explico. Febrientibus conſtitutis in æſtate, vbi maior corporis & ſuccorum diſsolutio fit, pluries alimentum concedemus, autũno, diuerſo nõ tantùm in eisdem diei horis, verùm in differentibus diebus. parẽ fermè æſtati rationem victus præſcribemus, & quanuis contraria Hypp. decreto. 18. apho. primi libri dicenti. Aeſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, ſecundum locũ ver habet. Hæc noſtra methodus videatur. verè non eſt, nã non de numero ſumẽdorum ciborũ locutus eſt aphoriſmꝰ, quòd ſic falſus eſſet, cũ dies multo maiores in æſtate q̃ hyeme ſint, in quibus ſolet maior hominũ pars iantare, & prandere, nec non merendare, & cenare. qui hyeme bis comedendo contenti ſunt. ſed potiſsimè de alimẽtis difficilis coctionis fuit illiꝰ decretũ, vt ſit ſenſus, quòd æſtate & antũno cibos craſſæ conſiſtentiæ difficillimè ferãt homines, hyeme autẽ facillimè, & poſt ipſum vere, quod nos quotanis experimur. nã alti in hyeme carnibus porcinis, & vacinis ſalitis, & caſtaneis melius habeamꝰ, q̃ æſtate arietinis & pullaceis, Sed quantũuis verum hoc ſit, ego omnibꝰ medicis ſuadeo, nõ adeò attentè hanc tẽporũ variationẽ obſeruẽt. Quòd ſi febriẽs ab exquiſita bile in hyeme cõſtituatur, & cupiditate alimẽti pluries vexetur, alimẽto decẽti febrientẽ medicus priuet. Quin vt carnis, & aliarũ rerũ à me permiſſarũ, nõnihil in debitis tẽporibꝰ, & maiorẽ ad huc earundẽ molẽ ſemel concedat, præcipio. quòd tũc venter ad coquẽdũ validior eſt.

¶Decimaquarta methodus. Non aliter victꝰ moderãdus ob hominũ ætates, q̃ ob anni tẽpora eſt. Infantibus, & pueris nẽpe, qui diſcuti prõptiſsimi ſunt, cibus multò minꝰ ſubtrahẽdus, q̃ aliis. Poſt hos verò à decrepitis pauxillũ, & ferme tã exiguũ vt à præcedẽtibus auferendũ. à cõſiſtentibus verò, & iis, qui adoleſcunt, quid plus ambobus recẽſitis auferre licebit. Sed ab illis, qui in prima ſenectute cõſiſtunt, plurimum, quòd ſubtrahere licet, ſubtrahendũ erit. 14 Metho

¶Decimaquinta methodus. Quã quã non eſſe cogendos tolerare famẽ bilioſos, & ab exquiſita bili febrientes, niſi in certis tẽporibus ſuaſerim, per hãc tamẽ methodũ cõſulo, quòd ſi fames à bile acri os vẽtriculi mordente originaretur, & hæc vomi prõpta eſſet, ſalubriter potione ſyrupi accetoſi aquæ tepidæ cõmiſti, hãc per os ſine magna vi excernere, prudẽs medicꝰ ſatagat, qua excreta, ſi fames pauſaret, nõ adeò frequẽter alere ægrũ, prout ante, cogemur. Verẽdũ enim prius erat, ne fortè ſyncope, aut conuulſione ob ſtomachi vellicationẽ corriperetur febriens, à quibus incommodis vomitio vendicaret. 15. Metho

Caput. xxxiij. De potu febrientibus exhibendo.

¶Prima metho. Eſt adeò celebris in omniũ medicorũ de victu febriẽtiũ agẽtiũ libris, potus aquæ, in qua hordeum coctum fuit, vt peculiares libellos 1. Metho

bellos

bellos nonnulli, alii ſingularia capita de huiuſmodi potione laudibus referta cõderint: variaſq; huius diſcriptiones prout magis, vel minus hordeũ coquendũ erat, exarauerint Ptiſanã, hordeũ vlterius decoctum, quæ potius alimẽtum, quàm potus dicenda eſt, nominando: quam medicamentis nõnullis additis conficere, Galenus permiſit, ac docuit. Verùm quòd in febrientibus citra alicuius interioris membri inflammationẽ hanc aquæ hordei potionem, & ptiſanã ipſam nõ adeò proficuam experior, prout ab antiquis medicis celebratur, quòd in omnib9, qui ob pituitæ redundantiã, aut putredinẽ, vel melancholicũ ſuccũ febriunt, hunc potum plus obeſſe ſui frigiditate, q̃ prodeſſe, experiar, & tam iis, q̃ aliis febrientibus ingratus ſit, ſintq; nonnulli potus multò guſtui magis amæni, & curatiõi magis prompti quâm recenſitus: ideo & ſi in febrientibus ab exacta bile hunc laudem, in aliis parũ prodeſſe atteſtor. traxit quippe originem encomiũ, atque laus, qua adeò exaltata relata potio eſt, ab errore medicorum opinantium febrem ab humore per putredinem calido acciri, quam vt accidens genitum ab humore noxio extirpare, quoquo modo poſſent, conabantur, ideoq; frigidis, vt hordeũ eſt, rebus, etiam in febribus pituitoſis vtebantur, moderantes hæc ſecantibus, aut attenuantibus calidis medicamentis, ignari originis febris, quam augere ſæpiſſimè conaturus eſt medicus, vt in antecedentibus docuimus, & in ſequẽtibus peculiarium febrium methodis curatiuis etiã oſtendemus.

2. Methodus in qua quidã Galeni erroris notantur.

¶ Secunda methodus. Aqua cocta, quam febrientibus à ſanguine multo & craſſo cõferre exiſtimo, ea eſt, quæ ex hordeo cũ ſuo cortice cocto, ac ſemine fœniculi exhibetur. Hordeũ enim vim exiccãdi, & infrigidãdi habere, docuit Galenus primo libro de alimentorum facultatibus. cap. de hordeo. & in libello de Ptiſana. Cùm ergo ambabus qualitatibus aduerſetur immodico ſanguinis feruori, ac ſupercreſcenti humiditati eiuſdem, abſtergendi quoque facultate participet, hordei cortex, vt in prædicto loco oſtenſum à Galeno eſt, per hunc modum prodeſſe infrigidando ſanguinem, & eundẽ ſiccitate imminuendo, nemo ambigere poterit. Fœniculi quoque ſemen expurgandi aquoſitatem ſanguinis per vrinarios meatus vim habens, & ad alia febrientibus vtile (vt Dioſcorides. cap. 65. tertii libri. ſub his verbis ſcripſit. Comæ decoctum in renum doloribus ſubditũ proficit, quippe quòd vrinam excitet, contra ſerpentium ictus in vino conuenienter bibitur, menſes ciet; in febribus nauſeã, & ſtomachi feruorẽ, ex aqua frigida potũ ſedat.) prodeſſe relatis febrientibus indubitatum erit. Non enim eſt, vt reor, audiendus Galenus, quem Paulus & Aëtius ſunt ſequuti, qui de ſimplicium medicamentorum libro tertio cap. de marathro ipſum in tertio ordine calefacientium locauit: Impoſsibile enim exiſtimo, ſi guſtui fides adhibenda eſt, piper longum, & fœniculum æquè calida eſſe. modo Auicena Canone ſecundo. cap. 558. de pipere longo in tertio gradu caloris id eſſe teſtatus eſt: ſed huius calor multò ſuperior quàm marathri eſt, ergo in ſecundo gradu vt Auicena fecit, locandum erit, qui caloris grad9 ab hordei & aquæ frigiditate vincetur, & quæ prodeſt vis expurgandi, & conferendi ſtomacho

cho ſine caloris noxa manebit.

Alio Galeni error exprimitur.

¶ Neque miror, quòd ſit allucinatus Galenus in gradu caloris relatæ plantæ, cùm legam in eodem cap. de maratho. alium notiorem, & apertiorem errorem, quàm præcedens, ipſum commiſiſſe. inquit enim ipſe. ⁜ Fœniculum tam valenter excalfacit, vt ex tertio ordine excalfacientium eſſere promereatur, deſiccat verò non æquè, ſed ipſum quiſpiam in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: proinde lac procreat. Quod ſi admodum deſiccaret, non ſanè efficeret. ⁜ Quæ enim fragilior ratio, & vt verius loquar, magis inepta illatio, quàm inferre parum ſiccum fœniculum eſſe, ideo quòd lac procreet? quaſi nulla planta hanc procreandi lac vim habens, ſicca eſſe valeat, omnibus, qui de re medica aliquid nouere, ſcientibus. Auicenam ſecundo Canone. cap. 429. ſeptem ſpecies plantarum afferentium lac acre, & expurgandi vim habentes diſcripſiſſe, & quòd vniuerſas has plantas, & lac earundem calida & ſicca in quarto gradu ipſe conſtituerit. Cuius ſententiæ Serapio capite de mezereone fuit, quanquam Leonardus fuſchius cum Leoniceno conſentiens perperam crediderit hanc plātam non recenſeri à Serapione inter eas, quæ lac producunt. Iohannes Meſue capite. de mezereone, etiam inter ſpecies lacticiniorum (ita enim, vocat plantas, quæ lac acre producunt) illam recenſuit, & & ipſam, ac lac proprium calida & ſicca in quarto ordine fuiſſe, affirmat. Quorum omnium authorum ſententiæ conformes ſunt decreto Dioſcoridis. capite de Thymelea. Hæc enim eſt Arabum Mezereon, vt nonnulli iuniores ſuſpicati ſunt, vel chamælea, vt alii. Fuere enim adeo ignari Arabes deſcriptionis plantarum, vt frequenter alteras cum aliis confundāt, vt Auicena, & Serapio. & Meſue capitibus citatis fecere. Neque inde quòd Dioſcorides capite de Thymelea. non expreſsit, lac ipſam exhibere, ideo inferendum eſt, lac non ferre, cùm euentus ipſi probent, plēntam relatam in caule nō exiguam lactis copiam dare.

¶ Tertia methodus. Non immeritò in exordio antecedentis methodi dixi, aqua cocta, quam febriētibus à ſanguine multo & craſſo cōferre exiſtimo &c. Nam id ſcripſi, quòd ſciam, non omnibus, qui febriunt à ſanguine multo, aquam decoctam conuenire, iis enim, qui ſanguine plurimo, & tenuui febriunt, aquæ frigidæ potus conuenientiſsimus eſt, vt rectè Galenus ſexto capite, libri noni. de morbis curandis, dicebat. ⁜ Maxima verò continentium febrium remedia hæc duo ſunt, detractio ſanguinis, & potio frigida. ⁜ Hac enim frigidæ potione ſanguis craſsior fit, quo ipſe concoctus euadit. Tantùm ergo febrientibus à ſanguine plurimo, & craſſo cō uenire relatam aquam decoctam, pro vt dixi, cenſeo: maximè ſi in hyemis tempore ægrotauerint, & ab ea nō abhorreāt: qbus aqua frigida, prout mea ſentētia eſt, noceret. 3. Method

¶ Quarta methodus. Quanuis potus aquæ frigidæ iis, quos retuli, cōueniet febrientibus, animaduerſione dignum eſt, cur adeò indiſtinctè hunc frigidæ potum ſummè laudauerint Galenus libro nono methodi medēdi. capite quinto. 4. methodi

& Aëtius

& Aëtius cap. 72. tetrabibli ſecundæ. ſermone primo. vt vnicum ferme remedium illis, qui febriebant, & ſanguinem à ſeſe mitti poſcebãt, & vel medici incuria, aut timiditate ægri, vel aliis de cauſis nõ fuit ab eiſdem miſſus. Nã ſi ratione, & euẽtibus medicationem recenſitam roborare ipſi velint, vtrisq; potius improbandi, quàm æmulandi erunt? Quomodo enim prodeſſe febrienti à ſanguine multo, & craſſo poterit aquæ frigidæ potus, vim inſpiſſandi & incraſſandi ſanguinem habens, quo rebellior eductioni euadet? Aut quis id expertus eſt, quòd aquæ frigidæ potione, ſanguis ſudore, aut alui expurgatione excerni ſoleat. Cum ipſe Galenus experimentis cõpulſus, tantum ſit auſus ſcribere in citato loco ſequentem ſententiam. ※ Cùm ergo cõcoctionis humorũ in iis (à quibus ſanguis opportuné miſſus non eſt) notas videris, de quibus dictum abundè in libris de criſi eſt, audacter frigidam dabis, quippe ſolida animalis partium natura roborata præ tenuatos iam humores aggreditur, ita vt qui vtiles ſint, atq; ad nutriẽdum habiles, hos quidem ad ſe trahat, inutiles vel per vẽtrem, vel per cutim eiiciat. ※ Ex quo duntaxat elici valet, quòd cũ iam vincens natura morbi cauſam, eiuſdem conſiſtentiam ad mediocritatem perduxit, tunc frigidæ potione ſoleat per ventrem, aut ſudorem morbi materiã excernere. qui euentus, & ſi perpetuus eſſet, ambiguus potius, quàm certus iudicandus à Galeno erat. dubitare nempe liceret. an illa humorum expulſio, etiam ſine aquæ potione exequenda à natura eſſet, an ſola vi aquæ potæ acciderit. In libris enim de criſi, quos idem Galenus citat, ac in commentis prognoſticorum & aphoriſmorum ſæpiſsimè ſcripſit, tunc indubiè iudicationem venturam, cũ talia, vel talia ſigna concoctæ materiæ adfuerint: modo ſi poſt perfectam humoris coctionem morbus per alui excretionem, aut ſudorem, bibita aqua, iudicatur. vero ſimiliꝰ erit: potius à natura iam dominante iudicationem, prouenire, quàm ob aquæ frigidæ potum, quin ſine ipſius potione venturam credibile eſſet. Verùm ſi mihi, qui artem medicam parum minus, quam per quadraginta annos exercui, fidem adhibere lector velit, verè fatebor, nunquam vlli ex multis, quibus abundè permiſi frigidam aquam, & quantam poſſent biberunt, quòd memoria conſequar, acciderit, quòd Galenus teſtatur de ſudore, & alui excretione. Quod ego ſæpiſsimè ſum expertus, id tantùm eſt, in intermittẽtibus febribus, præſertim tertianis ſimplicibus, aut duplicibꝰ, aquæ frigidæ, aut decoctæ potum, conſiſtente iam febre, aut inclinare incipiente, ſolere ſudores ingentes concitare. Neque ego video, ſi vera ſunt decreta Galeni, atteſtãtia ſanguinem putrefactum in bilem, & melancholiam tranſire, qualiter medeantur febses, in quibus ſanguis extrahendus erat, & iam diu detentus, & putrefactus fuit, per frigidæ potum, & bilioſæ, ac melãcholicæ febres aliæ, quæ ſunt eiuſdem naturæ cũ prædictis, per eundẽ modũ nõ curentur. De quibus fusè in medella febrium à ſanguine ortum trahentium, Deo dante, agemus. Et quod ad præſens negotium attinet, tantum ſit, abrrogandam deinceps fidem increpato Galeni decreto, vt mẽdaci, ex cuius obſeruatione innumera incommoda ſequi ægrotantibus poterant.

¶Quinta

5. Methodus ¶Quinta methodus. Aquæ frigidæ gelidæ potum non omnibus à febre continente laborantibus conuenire, ſed duntaxat quibuſdam, ſatis expreſſe Galenus in relato capite quinto. noni de morbis curandis, & Aëtius loco recenſito ſcripſere, & quòd Aëtius à Galeno fuſius exarata, in compendium quoddam redegit. Eiuſdem verba tranſcribere viſum, quæ ſequuentia, ſunt.

⁂ Tunc autem danda eſt frigida, cùm in vrinis videris concoctionis ſigna. Neque autem in principio, neque in augmento danda eſt frigida, ſed in ipſo vigore totius morbi, ac particularis exacerbationis, opportuno enim tẽpore data frigida, corroborat ſolidarum partium naturam, corroborata verò natura, præ attenuatos humores aggreditur, vt bonos quidem detineat, inutiles verò eiiciat, aut per ventrem, aut per vomitus, aut ſudores. Si verò frigidæ potor fuerit æger tempore ſanitatis, valde confidẽter frigidam dato, ipſa experientia doctus, omnia viſcera frigidæ familiaritatem ſuſtinere. Si enim omnio aliqua pars adeò frigida eſſet, vt ab ipſa læderetur, ſanitatis tempore euidens teſtimonius oſtẽdiſſet. Cùm autem nulla pars in ſanitate læſa ſit, ne in febre quidem lædi poterit, quin maximum propugnaculũ habeat, in profundo ardentis caloris multitudinem. Quapropter his, qui modicũ ſanguinem, & minimum carnis habent, frigidæ potus periculoſior eſt. citò enim ad ſolidas animalis partes penetrat carnibus nudatas. ⁂

Et non multùm poſt hæc verba, retulit incommoda quæ potio relata aquæ frigidæ intẽpeſtiuè ſumptæ febrientibus infert in hũc modum.

⁂ At verò detrimenta ex intempeſtiuo frigidæ potu orientia hæc ſunt. Viſcoſos, ac craſſos humores attenuari ac tranſpirare frigida impedit. Quare ſiue inflammatio fuerit in aliquo viſcere, ſiue ignis ſacer ſiue indurata, ſiue mollis, ac laxa affectio, frigidæ potus ad huius ſanationem nihil confert: ſed eueſtigio quidem non modicam affert lenitatem, eo quòd febrem iam factam extinguit, manente autem intus cauſa, quum ex frigida denſatum fuefuerit corpus, aliam febrem accendit priore grauiorem. Atq; hæc qaidem detrimenti ſpecies contemni poterat. Verùm pleriſq; debilia habẽtes viſcera, citius, ac facilius à frigidæ exhibitione læduntur. Quibusdam enim ſtomachus ſingula aquæ frigidæ potione adeò fortiter affectus eſt, vt perdiderit actionem, vt vix potuerit deglutire. Aliis venter læſus eſt, vt vix concoquere potuerit, aliis hepar, vt ex hoc in aquam intercutim inciderint. Aliis colum aut pulmo, aut rhenes, & veſica, aut aliud quid à frigida læſum, debile ad propriam actionem factum eſt. Quidam ipſorum ſtatim erectæ ceruicis ſpiratione, aut alto ſopore, aut lethargo, aut aurium abſceſſu, aut cõuulſionibus, aut tremoribus, aut ſyderationibus corripiuntur: & vt in ſumma dicam, omne neruorum genus, & caput ipſis affligitur. ⁂

Quarum omnium ſententiarum quid verum ſit, parum ſuprà explicuimus. At pro præſenti loco tantùm ſufficiat, quædam verba notatione digna in medium proponere. ea ſunt quòd dixit ineptè Aëtius in priore cõtextu ex duobus adductis.

⁂ Corroborata verò natura præ attenuatos humores aggreditur. ⁂

Non conſiderans potius aquæ frigidæ potum conuenire illis, quorum humores

humores immodica tenuitate inco
cti forent,& concoctione in craſsio
rem ſubſtantiam vertendi erant, q̃
aliis,qui ex craſſa conſiſtentia in te-
nuem per coctionẽ erant redigẽdi.
6.Methodꝰ. ¶Sexta methodus. Syrupum, quẽ
acetoſum vocant iuniores,confectũ
ex aqua,& aceto, & ſacharo in cer-
tis ponderibus, prodeſſe in quouis
anni tempore iis, qui ſitim ingentẽ
patiuntur: & ab ardenti febre mole
ſtantur,euẽtus ipſi docuêre. Quem
non impermiſtum concedimus,ſed
vel aquæ ex hordeo coctæ, cum fe-
bris à bili,aut ſanguine occaſionem
trahit,vel aquæ fontanæ nõ gelidæ,
ſed mediocriter frigidæ cõmiſtũ.
In æſtate tamen illis, qui febrem cõ
tinuã acutã patiũtur,ſiue ex bili no
tha,aut alia quauis cauſa præter di-
ctas bibere relatum ſyrupũ,permit
timus.aquam ſemine fœniculi, aut
eiuſdem radice coctam ei permiſcẽ
do. Verùm in omnibus febriẽtibus
duo quammaximè poſt huius ſyru
pi potum cauemus. Primum, ne in
ventre aqua bibita aceſcat.Secundũ
ne inteſtinorum abraſionem aceti
acutas inferat. Priori incommodo
occurrimus,commiſcentes aneſum
aquæ,quæ cum ſyrupo bibitur.Aut
ſi pituitoſi ſucci redundant, etiam
piper addimus.Non enim nos time
mus id,quod,qui nos præceſſêre,ve-
rebantur. febris ſcilicet intenſionẽ:
hanc enim prodeſſe cum ſucci fri-
gidi redundant, in antecedentibus
docuimus.Secundum malum inter
dicendo ſtatim ſyrupi bibitionem
vitamus, & de cætero ſi tormina in
teſtinorum abraſorum durauerint,
medellam inſcriptam pro tormini
dus adhibendo.curamus.

Caput.xxxiiij. De
bilioſis febribus.

NOn eis,quibus no-
ſtri prædeceſſores
nominauêre voci
bus febrium diffe
rentias ſpeciales,
me inſcripturum
capita ſingularia de earundem me-
della arbitremini. Illi enim medel
lam tertianis, cõtinuis,ac intermit
tentibus,exarantes.omnes à bili ex-
quiſita, ſeu notha febres ſimplices
dixiſſe opinati ſunt.Et quotidianas
intermittentes, & nunquam deſinẽ
tes cum aliis ſignis, omnes à pituita
ortum trahere valentes,dixiſſe cre-
didêre. Vt quartanas tam ſimpli-
ces, quam duplices,ſeu triplices, &
continuas cum melancholiæ no-
this vniuerſas, que à melancholico
ſucco originantur, retuliſſe indu-
biè rati ſunt: perpetuũ eſſe arbitrã-
tes talẽ humorẽ talẽ inuadendi mo
dũ per certos dierũ reditus obſerua
turũ, quos cùm in nullius humoris
propriũ acceſsionis tẽpus reducere
valebant, febres illas vnius tantum
acceſsionis, aut cõpoſitas ex diuer-
ſis humoribus,nominabant. Eas e-
nim, quæ inceſſanter infeſtantes ſi-
mul per tertias quoque dies rigori-
bus corripiebant, à pituitoſa febre
cõtinua, & bilioſa febre intermittẽ
te cõponi Gale.2.de febriũ differen.
cap.8.arbitrabatur,quas hemitrite-
os,ſeu ſemitertianas vocabat. Non
ſic Agathinus,vt idem Gal. in libel
lo de typis dixit, innumeraſq; alias
inuadẽdi formas in diuerſas febriũ
compoſitarum ſpecies Galenus, &
ipſo recentiores partiti ſunt. Iam-
iam Galeni decretis à Paulo,& Aë-
tio, reliquisque Græcis authoribus
& Serapione,Raſi,& Auicena, cæte
riſq; Arabibus, & Latinis iuniori-
bus medicis,vt Apollinis Delphici
reſponſa,receptis, neq; quanuis per

totum ſuæ vitæ diſcurſum relati au
tores ſæpiſsimè obſeruauerint, mul
tas febres eiſdem occuriſſe, quas in-
ter ſimplices, aut compoſitas recen
ſere ex modis inuadēdi minimè poſ
ſent, neque cum illis à Galeno & a-
liis authoribus deſcriptis conueni-
re. mutare ſeatentiam, & reſipere,
indagantes cauſam effectuum illo-
rum conati ſunt. Quod certè vnde
prouenerit, niſi ex ſecordia, aut ru-
ditate prædeceſſorum, intelligere
nequeo. Ordiamur ergo, Chriſto Ie
ſu ſaluatore fauente, caliginem hāc
adeò hominum ſaluti noxiam eli-
minare, & radicitus euellere, ac iis,
qui tantûm veri amore capiuntur,
negotium hoc adamuſsim aperire.
Reliquis enim, qui malunt cum ve-
terib9 magiſtris aberrare, quàm me
cum iuniore vera addiſcere, Anti-
cyram nauigare ſuadeo. Tandē de-
inceps nullus credat, bilem ſolum
per tertias dies inuaſuram: ita quòd
ſi quauis in die febris iuuenem æſta
tis, aut veris tempore cū aliis ſignis
bilem nunciantibus infeſtet, quo bi
lem occaſionem illius morbi eſſe in
dubiè ſuſpicetur medicus, ideo etiā
neceſſariò euenturum arbitretur,
quòd prioris diei febris cum tertiæ
diei febrili circuitu normam certā
ſit ſeruatura, & ſecūdæ diei cū quar
ta die, vt per quos dixi tertianos cir
cuitus bilis febrem afferat, & quòd
duplex tertiana illa vocetur. Ac
quòd ſi etiam quotidie autūno fe-
bris affligat iuuenem, aut ſenem, cū
notis certis melācholici ſucci, ideo
primæ diei febris cum quartæ diei
circuitu, & ſecundæ cum quintæ di
ei, & tertiæ cum ſextæ diei reditu,
ſit obſeruatura, triplexq; quartana
ſit febris illa vocanda. Nam & ſi
quandoq; febres relatam normam
in redeundo ſeruent, etiam alias ac
ceſsiones bilioſos, & melancholicos
ſuccos obſeruare, non rarò experi-
mur. Contingit enim ſæpe in eadē
die febrientem bis rigore, & febre
corripi, & aliquando ter, bile redun
dante, aut putrente, aut etiam pitui
ta, & in ſequenti die, aut tertia non
niſi ſemel acceſsionē febrilē redire.
Etiā aliud febris gen9 quàm à bili o
rientiū per tertianos circuitus inua
dere. indubie quādoque noſcēte me
dico ex nonnullis notis, melancho-
licum humorem tunc cauſam fe-
bris eſſe, eiuſdem ſuſpitione, poſt
per quartos dies redeunte febre, con
firmata. Ego nempe dum hæc con-
do, obſeruaui, quendam quartana
in æſtatis fine correptum, parum
poſt hyemis ſolſtitium in tertianā
incidiſſe, ac iterum quartanam re-
diiſſe. Minimè enim licet ſemper
opinari ideo tertianas, aut inordi-
natè inuadentes febres in quarta-
nas finiri, quòd credamus bilem
tertianæ, & alios ſuccos, qui febri-
um ſine ordine occaſio erant, adu-
ſta, & in atram bilem conuerſa eſſe.
Quia & ſi quandoque illud ſic acci-
dat. Poteſt & melancholicus ſuc-
cus in principio per tertias dies, aut
inordinatè, ac poſtea per quartas
inuadere, vt febres ille quas me vi-
diſſe, dixi à melancholico humore
occaſionem trahentes, per quartos
dies prius accedentes redire, & poſt
per tertios. De quibus in præſenti
loco non plura, quòd cùm de febri-
bus melancholicis ſcripſerimus, fu
ſius hæc explicabimus. Tandem
tandem febres plurium dierum (ſic
enim nomino illas, quas noſtri præ
deceſſores putridas vocauêre) per
deuerſos ſuccos diſtinguendo, in bi
lioſas, ſanguineas, pituitoſas, & me
lancholicas, & in nonnullas ex ali-
quibus ex relatis humoribus miſtas
ſeiungo.

ſeiungo. Differtque noſtra diuiſio ab antiquorum diuiſione febrium, quòd illi capita de febribus inſcribendo, in quotidianas, & tertianas quartanas, ac continentes diſtinguebant: opinantes, vt ſupra dixi, neceſſum eſſe quemuis humorem propriam redeundi normam ſeruaturum, quòd crederent à bilis fuligine putrida cor ſupercaleſcere, & bilem natam eſſe per tertios dies putrere, & melancholiam per quartos, & alia impoſsibilia, quæ ſuperius improbata reſtant. Si enim poſt capita ſingularia de tertianis ab exquiſita bile, ac de aliis generibus febrium inſcripſero, non erit, niſi vt rationem victus, & medicamentorum exhibitionem, in diſtinctas horas partiar.

Caput. xxxv. De ſignis febrium occaſionem ab exacta bili trahentium.

EAS febres, quæ à bili exacta occaſionem trahunt, per modum, quẽ in antecedentibus oſtendi, horum plurima comitantur ſigna: febris ipſa ē multò aliis acrior, quòd fumoſæ exhalationes, quæ à bili difflantur, vi caloris febrilis à corde per magnas, veloces, & frequentes cōſtrictiones, & dilatatiões geniti, multò ſicciores ſint, quàm quæ à ſanguine, & pituita putrente vi febris aſſurgunt, æquuſque calor in ſicca materia exiſtens acrior iudicatur, quàm qui in materia humida ſedit. Pulſus quoque velociores & frequentiores in his contingunt, quàm in reliquis: cùm quòd bilioſus humor, aut eius fuligo cordis ſanguini & arteriarum commiſta, minimè conſtrictioni, & dilatationi relatorum vaſorum ſuæ conſiſtẽtiæ tenuitate reſiſtat: tum quod vaſa ipſa ſicciora exiſtentia, quàm in aliis febribus plurium dierum, agiliora, & magis ad motum prona, quàm aliorum febrientium ſint. Non tamen æquè magni pulſus harum, vt febrium à ſanguine occaſionem trahentium ſunt, quòd vaſa ſanguinis humiditate, ac calore plus dilatari, quàm in reliquis, valent. Vrinæ in his flauæ, & tenuis conſiſtentiæ conſpiciuntur. Cùm enim valde exquiſita bilis redundat, igneam flammam vrina refert: eſtque adeo tenuis, quòd manu ſumpto fundo vaſis vrinarii, in quo lotium continetur, non minus apertè manus medici ſuſtinentis vas conſpicitur, quàm ſi nihil corpulentum in vaſe incluſum eſſet. Etiam naturalis habitus bilioſus ſuſpicionem inducit, febrem bilioſam eſſe, vt quoque conſiſtendi ætas, & æſtiuum tempus, & locus, in quo febriens ægrotat, ſi calidus, ac ſiccus fuerit. vita non otio atque quieti dedita, ſed in laboribus, curis, vigiliis, ſolis incendiis, & ciborum parcitate aſſueta, præſertim ſi calida & ſicca quæ manduntur, fuerint. præterea medicaminum calfacientium, atque exiccantium immodicus vſus. Bilioſa ſponte tam per aluum, quàm per ſtomachum reiecta idem teſtantur. Promptiores ii ad ſudandum ſunt, quàm qui à pituita, & melancholia occaſionem febriũ trahũt. Ingens ſitis hos infeſtat, & vigiliæ, ac inſomnietates. Dolor temporis dextri vrget, ſine ta-

ne tamẽ capitis grauedine,quòd fel
lis foliculus,in quo bilis aſſeruatur,
à iecore appendet, à quo vapor le-
uis elat9,grauare caput minimè po
teſt. Has bilioſas febres in plurimũ
breues preſertim vere & æſtatis ini-
tio eſſe,tam in vniuerſali duratiõe,
quàm in particulariũ acceſsionum
mora,experimur. quòd humor bi-
lio ſus tenuis ſubſtãtiæ, vt diximus,
ſit,paratusquè per ventrem aut vo-
mitum, ſiue vrinam ſenſibiliter ci-
tò excerni,aut inſenſibiliter per ha
litum, aut medio inter hæc modo
per ſudorem. Cunquè natura horũ
alterũ aſſequi præimbecilitate, aut
nimia humoris multitudine, ſiue
malitia nequit,ſuccumbẽs æger ce-
leriter moritur. Neque perpetuum
eſt,quod Galenus ſecundo de febriũ
differẽtiis cap.3.dixit.⁂Nã quæ ex
flaua bile per ſẽſibiles corporis par
tes delata,oritur febris, cum rigore
inuadit, atq; ardentis febris ſimili-
tudinem gerit. ⁂ Sæpe enim cum
horrore tãtum febris ab hoc humo
re proueniẽs incipit. ac nõnunq̃ ſi-
ne vtroq; ſymptomatæ,horrore,ſci
licet, & rigore. neq; illud quod per
duas lineas infra ſcribitur.⁂ Hu-
i9 febris acceſsiò duodecim ad ſum
mum horarũ æquinoctialium ſpa-
tio finitur,eandemquè tertianã ex-
quiſitã appellamus. ⁂ ſemper ve-
rum eſt. Ego enim ſæpe obſeruaui,
& quisquis velit.idem obſeruare po
terit. quàmplures febres exactè bi-
lioſas æſtatis tẽpore,præſertim poſt
duos menſes poſt ſolis ingreſſum in
initiũ cãcri, atq; in vere quoq;. plus
quàm per quindecim horas æquino
ctialis, & vlterius durare. quòd in-
gens copia exactæ bilis redundaret,
ac tanta,quod intra duodecim ho-
ras per febrẽ abſumi,aut à vaſis cor
dis ſe iungi vi ſpirituũ, vt diximus,
calidorum dilatãtium vaſa, in quæ
propellenda ipſa bilis eſt,nõ potue-
rit. Innumeras quoq; indubie no-
thas in æſtatis fine,& in autũno cõ-
ſpici,quæ duodecim horas nõ trãſ-
grediuntur. de quibus nõ paucæ in
præſenti anno.1556.viſæ à me ſunt.
vltra viginti acceſsiones perduran-
tes. Neq; mihi obiici poteſt,priores
febres à bili exquiſita ortum nõ tra
xiſſe,cum ex ſignis exactæ bilis,quæ
retuli,Galeno non aduerſante,imò
ipſo idem,quod ego, teſtante.cap.1.
libri ſecundi. de febrium differen-
tiis, facilè intelligitur, exactã bilẽ
occaſionem febris illius eſſe. Etiam
quòd contingat non raró prædictã,
& conſimiles febres tres aut quinq,.
& in plurimum ſeptem acceſsiones
non pertranſire.quo bilem exquiſi-
tam, occaſionem illius febris eſſe,
cõiectare valemus, decreto Hippo.
in.59.apho. quartæ ſectionis ⁂ex-
quiſita tertiana ſeptẽ circuitibus,
quod lõgiſsimũ eſt iudicat. ⁂etiã
arguere aduerſi nõ poterunt, exqui
ſitas tertianas nõ ideo vocari,quòd
ab exquiſita bile oriantur,vt ego di
xi.ſed quòd nõ vltra duodecim ho-
ras perdurent. vt Gal. in commẽto
ſecundo libri ſexti de morbis vulga
rib9 dixiſſe ſuper cõtextu illo.Hyp.
⁂quæcunq; tertianæ naturam ha
bent his nox ante acceſsionem mo-
leſta⁂videtur.& expreſsius in Cõ
mento.59.aphoriſmi citati.nam ſe-
cundo libro de febrium differentiis
cap. 3. id dixiſſe verba parum ſupra
ducta probant. neq; in locis contra
nos ductis, Galenus negat à flaua bi
le, quæ bilis exqſitiſsima eſt, tertia
nas exquiſitas oriri. ſed ſimul alia
commitari flauam bilem refert.pu
ta æſtiuũ tempus iuuenilem ætatẽ
bilioſam temperiem.& alia quæ ibi
referũtur.quæ ſimul cum exquiſita
bile

bile iunta, ipſam copioſiorem eſſe
in febriente,potius efficient, quàm
eandem imminuant, indeq; diutur
nioris durationis q̃ horarum duo-
decim eſſe poterit, ob rationem ſu-
pra exaratam.

Signũ tertianæ vẽturæ.

¶ Neq; comptenendum ſignũ ter-
tianæ in die ſequẽti venturæ eſt. no
ctem antecedentem moleſtam eſſe,
quin adeo certum, vt rariſsime op-
poſitum contingat. quod non ſolũ
in intermittẽtibus tertianis euenit,
verum in continuis per tertias dies
grauius infeſtantes. hoc intellegiſſe
Hyppocratem, verba citata,ex lib.
de morbis vulgaribus. Quæcun
q; tertianæ naturam habet, his nox
ante acceſsionem moleſta eſt.
Docent. dixit enim,quæcũq, tertia
næ naturam habent, vt includeret
intermittentes & continuas cer-
te mihi dum hæc compono, ſæ-
piſsime contingit. cum complures
intermittentes febres tertianæ ac
continuæ vagentur. & prædicerem
ægris noctem in qua inquieti & vi-
giles futuri erant,ac quòd in ſequẽ-
ti ſoporẽ placidum & minime mo
leſtum erant dormituri. minus gra-
uem viſam ab ægris illis noctem, q̃
eſſet, quòd preuiſa iacula minus fe-
riant, & in reliquis à me iuſsis fieri
libentius obtemperaſſe eoſdem.

Aliud ſignũ in cuius cauſa taxatur Galenus.

¶ Neq; ſub ſilentio preterire licet
ſignum aliud de ſudore finiẽte has
febres cuius ſuperius meminimus.
eſſe in exitialibus febribus quando-
q; frigidum,vt Hippo.37.aphoris.4.
referebat. Frigidi ſudores cum
acuta quidem febre mortem: cũ mi
tiore autem longitudinem morbi
ſignificant. Quòd Galenus in e-
xordio cõmenti cauſam huius euẽ-
tus explorare ſuadens (nã plurimã
ſibi videtur habere dubitationem)
innumeras nugas ſcripſit,quoniam
cauſam febrilis caloris ignorauit,
quas ne lectorem tedio afficiam. nõ
tranſcribo,nec ſigilatim reprehen-
do. Sat enim eſt. quòd ſi febriles ca-
lores à putridis humoribus oriren-
tur,cum febris eſt acuta, potuiſſent
illi aut calefacere materiam,ex qua
ſudores illi frigidi fiunt, aut ſi tan
multi ſucci frigidi forent,quòd vin
ci à calore putridorum ſuccorum
non poſſent. vt Galenus dixiſſe vide
tur,impoſsibile eſſet,quòd illorum
frigiditas non vinceret calorem fe-
briũ, aqua enim & igne iuxta poſi-
tis, & vtrunq; intra ſpheram acti-
uitatis alterius exiſtẽs, impoſsibile
eſt. ſi debilius in potentius,agere nõ
poteſt, quòd potentius in illud non
agat, modo cum multo ante q̃ fe-
bris incepiſſet, ſucci frigidi in cor-
poris vaſis incluſi erant (poſt enim
gini non potuerũt, quòd febris hos
gini,potius prohibuiſſet, quàm pro
ritaſſet) febriens viuus non futurus
erat,ſed multo ante quàm febriret.
moriturus. aut frigiditatem tam in
gentem illorũ ſuccorum prohibi-
turam,caloris febrilis in corpus in-
ductionem. neceſſario futurũ erat.
alias non potẽtior frigiditas illa eſ-
ſet. cuius oppoſitum Gale. ipſe teſta
tur. contingit ergo illud quod Hip-
pocra. in aphoriſmo citato inquit.
Tunc cũ imbecilla facultas huma-
na eſt, exiguis ſpiritibus & immodi
ce calidis ob velociſsimũ & frequẽ-
tiſsimum cordis motum exiſtenti-
bus, immoderatus nẽpe ſpirituum
calor febrem ardentem efficit, quæ
belioſorum ſuccorum conſiſtentiã
inſenſibiliter diſcutit, & pituitoſo-
rum redundantiam inſenſibiles va
pores reſoluit. q in cuti ad propriã
frigidam naturam conuerſi denſa-
tique ſudoris conſiſtentiam ſumũt.

Alia prædictio.

¶ Prædicere quoq; ſæpiſsime pru-

dens medicus poteſt,poſt. 24. horas à prima inuaſione febris tranſactas an diaria illa, an tertiana, an quartana, an continua : futura ſit. nam diariam eſſe noſces, ideo quòd ferme horas.24.parum plus,aut minus perdurauerit, maximè ſi alia ſigna diariarũ adiunguntur. Cõtinuã, ſi relatis horis tranſatis,ad huc viget. Tertianam ſimplicem,aut duplicẽ ſi æger in quo vis anni tempore cõſtitutus dũmodo à quindecima die Iulii vſq; in Octobris mẽſis finem, non conſtituatur, quindecim non tranſgrediatur horas febricitando. nunquàm enim primam tertianam relatas tranſgreſsiſſe me vidiſſe,me moror. Sicut neque quartanam in vllo alio anni tempore incepiſſe,q̃ in prædicta intercapedine auguſti ſeptembris & octobris, & quindecim vltimis iulii diebus.maxime in illis qui nunq̃ ante, idẽ febris genus paſsi ſunt. Quartanæ æquoca ſunt ſigna,ea tamen precipua eiuſdẽ tũc primum incipiẽtis ſunt, in præſcriptis ſuperius menſibus inuadere, & vltra horas octo in plurimum priorem febrem nõ perdurare.Eſt enim tã grauis melancholicus ſuccus, vt eiusdem portio, quæ primũ inficere adeo cor valet, vt ipſum in magnas veloces & frequentes diaſtoles & ſiſtoles atolli & deprimi cogit, quòd inde febris euadat.nõ niſi exigua ſit, & adeo pauca vt diſcuti in relatis horis vi caloris ſpirituũ poſſit,aut à corde tã lõge ſeiungi,quòd cor in relátos inſurgere motus vlteri9 nõ cogatur. reliqua ſigna in capite proprio de quartana exarabũtur. aliud nõ min9 præteritis certum ſignũ generis febris eſt,noſſe graſſantiũ morborũ naturã, tales enim in plurimũ futuri ſunt, qui incipiũt, quales vulgares ea tempeſtate corripiẽtes, quapropter haberrãt quam maximè regum & magnatum medici, qui nolunt alios in viſere ægros, quàm proprios dominos,quòd ſi accidit, dominũ vulgari genere morbi ægrotare,inexperti nequeũt prædicere morbi exitum, neq; quo præſidio melius medeantur morbi illi decernere neque lector putet hæc a deo perpetua eſſe,vt aliter quàm dictum eſt inuadere febres non cõtingat, nam ego non raro variari hæc expertus ſum.

¶Hæc,quæ narraui,ſigna exquiſitæ bilis eſſe, ſuper ſatisq; explicitũ eſt. verùm cũ exquiſita bilis febriũ intermittentium occaſio quandoque ſit, alias continuarum, & harũ nonnullæ cauſus à noſtris prædeceſſoribus nominentur, conſentaneũ erit,medelam partiri in tria capita vnum intermittentium, aliud continuarum,tertium cauſorum.Nam & ſi præcipuus ſcopus in his omnibus obſeruandus vnus ſit,putà bilioſæ materiæ eductio, & ſi ſimul ſanguis redundauerit, eiuſdem per venæ ſectionem extractio, nonnulla remedia poti9 vni, quàm alteri proſunt. Ac victus ratio iam quòd in maximis par ſit, in hora exhibendi alimentum,& potiones,diuerſa neceſſario futura eſt.

Caput. xxxvj. De medella febris intermittentis ab exacta bile ortũ trahentis.

CAput hoc non eſt â nobis inſcriptũ de medella exquiſitarum tertianarum, vt in codicibus Græcorum, & Arabum reperitur,quòd,vt ſuperi9 docui,

docui, poſsit exquiſita bilis quoti-
die ob ſui multitudinem, aut pro-
pter virtutis fortitudinem properã
tis in materiæ extirpationem infe-
ſtare (quàm̃q frequentius ob imbe-
cillitatem eiusdẽ, aſsiduitas febris
contingat) verum cotidie ex bili ex
quiſita febrem prouenire, non adeò
frequẽs eſt, vt quòd febris intermit-
tens ab exquiſita bili oriens, per ter
tios dies infeſtet. Per quartos nem-
pe nunquam exquiſitam bilem re-
dire noui, & ſi bilem nothã per hos
accedere poſſe, non dubito. Metho-
dis ergo nnõullis medellam relatã
exponamus. nam ſic lector magis di
ſtinctê curationem comprehẽdet,
& memoriæ facilius eandem com-
mẽdabit. Sitq; prior quæ ſequitur.

1.Methodꝰ. ¶ Quanquam omnes ferme febres
quæ ab aliis humoribꝰ, excepta exa
cta bili, occaſionem trahunt, aliquã
do vi medicaminum augeri, & intẽ
ſiores fieri poſcant, vt calor ingen-
tior factus, valeat dilatare meatus,
per quos humor noxius excerni poſ
ſit, & idem in halitum diſcuti. quæ
tamen à relata bili febres originan
tur, id minimè deſiderant: tã quòd
ſinceri puri bilioſi ſucci præ nimia
tenuitate nocentes, egeant inſpiſſa-
ri, vt coquãtur, quod frigiditate po-
tius, quàm calore aſſequendum eſt:
quàm quòd ratione ſuperius dicta
ſatis ardens febris ab exacta bili ori
tur.

2.Methodꝰ. ¶ Secunda methodus. Neque ob
hoc infrigidantibus exterius admo
tis, procuranda refrigeratio eſt, niſi
tunc, cùm adeò immodicè diſſolui
corpus ob vim febris medicus ſuſpi
cetur, vt in ſyncopẽ caſurum ægrũ
coniectet. alias enim prohibi diffla
tionem malorum ſuccorum per re
latorum medicamentorum frigido
rum corpori approximationẽ, quis
non videt? Vnde patet id, quod quã
maximè ex iunioribus aliqui cõue-
nire febrientibus credunt, putà ad-
mouere epithemata ex aquis, & pul
ueribus frigidis vim confortandi
cor habẽtibus mediis thoracis par-
tibus, aut parum decliuibus ad ſini-
ſtras, etiam ante concoctam mate-
riam, pernitioſum eſſe. Nam ii cre-
debant hoc ſalubriter permitten-
dum in relatis corporis partibus, vt
in quibus nullius obſtructionis gi-
nendæ timor ſuſpicari valeret. non
animaduertentes, quòd quanquam
illud ita ſit, aliud inſigne incõmo-
dum ex illa admotione ſequeba-
tur, fuliginum ſcilicet, quæ per cu-
tim̃ pectoris diſcutiuntur, detentio
nem intra thoracem, & cor fieri, Et
quanuis relata vera ſint, licebit, &
quammaximè conducet his, ſuccũ
pomorum accidorum, & malorum
punicorum dulcium, & acetoſorũ
& pruna, quæ damaſcena vocant,
& ex malis medicis arãtia nomina-
ta mandere, & aquam hordeo coctã
bibere, & holera, ac fructus refrige-
rantes, vt lactucas, & intybum, quã
noſtri ſcariolã dicunt, & acetoſam,
& ceraſa acria in principio pran-
dii comedere. iis enim manſis, incõ
modum relatum minimè ſequi po-
terit, & refrigerationis vtilitas aſſe-
quetur. Neque expectãdus ſeptimæ
diei tranſitus erit, vt vti prædictis
fructibus æger permittatur, ceu nõ
paucæ authoritatis medici præce-
perunt, ſed à principio concedendi
erunt. Si enim hæc concoquunt bi-
lem exactam, quæ immodicè tenuis
eſt, & ad mediocrem conſiſtentiam
eam reducunt, cur tunc plus de his
alimentis dandum̃ nõ erit illis, qui
tenuiorem bilem habent, quã aliis?
Et cũ in vniuerſali febris initio bi-
lis minus cocta ſit, indeq; tenuior, li

quidò ſequitur tunc plus quàm vn-
quã prodeſſe relatos fructus, & ho-
lera. Secus illi, qui acidi non ſunt,
prout perſica, & melones, quos me-
lopepones Galenus dicit, & cocume
res, & cæteri fructus corrumpi para
ti, nam hos niſi concocta materia,
& potiore parte vacuata, comedere
non conſulo, ne fortè in aliorum
corruptorum ſuccorum naturam
tranſeant.

3. Methodus ¶ Tertia methodus. Alimenta cõ
ferentia his ſunt, quæ frigida, & hu-
mida qualitate dotantur, facilisq;
concoctionis fuerint. Omnes enim
qui febriunt, facilia concoctu poſ-
cunt, ne concoctrix facultas alimẽ-
ta difficilia coquendo, à pugna con
tra morbificã cauſam diſtrahatur,
& ipſa obſtrutiones ginant. Expedi
bit ergo piſciculos paruos fluuiati-
les prandere, & pullaceam carnem
cum lactucis decoctam. Cerebra e-
tiam hœdorum nõ indecẽtia ſunt.
quia pituitoſum, & craſſum ſuccũ
cõtrarium tenuitati, & calori bilis
reddant, vt Galenus. 3. de alimento-
rum facultatibus cap. de cerebro.
dicebat. Quod admirari cogit, cur
idem libro primo. de arte curatiua
ad Glauconem cap. 9. ſuum cerebrũ
patientibus tertianam exquiſitam
conceſſerit, immemor propriæ ſen
tentiæ in citato loco, de alimento-
rum facultatibus. vbi ſic de cerebro
ſcripſerat. ※ Cerebrum omne, ci-
bus eſt pituitoſior, craſsiq; ſucci &
tardè permeans, ac ad coquendum
difficilis. Non minimum etiam ce-
rebrum omne ſtomacho nocet. Qui
dam autem ipſius mollitie decepti,
ipſum ægrotis exhibent, cùm præ-
ter alia nauſeam etiã concitet. ※
Nẽpe ſi cõmune omni cerebro eſt,
tardè permeare, & ad coquendum
difficile eſſe, & ſtomacho nocere,
hæc incommoda quammaximè ce
rebra ſuũ inter pedeſtria fermè hu-
midiſsima obtinebunt, quo indecẽ
tia febriẽtibus à bili exquiſita erũt.
ii enim ſæpius faſtidium ingens ob
bilem ad ſtomachum delatam pa-
tiuntur. Conſultius ergo ſecum age
retur, ſi hœdorũ cerebra illis darẽ
tur, vt nos fecim9, quòd hæc anima
lium natura ſiccorũ cùm ſint, mul-
tò magis correpta vitia, quàm ſuũ
habebũt. Quapropter non indoctè
Auicena prima quarti. cap. de me-
dela exquiſitæ tertianæ dixit. ※ Ce
rebella hœdorum, à quibus nõ pro-
uenit nauſea, conuenire illis febriẽ
tibus. ※ Suum etiam pedes Gale-
nus in relato loco his dare iubet. At
ego à tam lento alimento fugere iu
beo, ne fortè ſi immodicis frigidæ
potionibus cum exquiſita bili pitui
ta adiungatur, & in notham bilem
tranſeat, lentore glutinoſitateq; pe
dum ſuis, febris diuturnior redda-
tur. Etiam ſi arcta iecoris, aut lienis
vaſa fuerint, obſtructio vlla diffici-
lis medellæ fiat. Pedes enim conſi-
ſtẽtiæ, quam diximus eſſe, docuerat
Galenus. 3. lib. de alimẽtorum facul
tatibus. cap. de animaliũ pedeſtriũ
partibus excarnibus. Quæ ergo ſine
timore vltra recenſita concedi que
unt, teſticuli pullorum gallinarum
ſunt. hi enim multò vtiliores quàm
Gallorum iuuenum aut veterum à
me cenſentur: & ſi Galenus, & Aui-
cena gallorum teſticulos his febriẽ
tibus conceſſerint: multò enim te-
neriores, & facilioris coctionis, & tẽ
peratioris alimenti pullorum galli
narum, quàm gallorum prouecto-
rum eſſe, omnibus notũ eſt. Si enim
teſtes arietum veterum, qui minus
ſicci quàm galli ſunt, alimentũ dif-
ficile concoctu reddunt, quantò ma
gis gallorum adeò frequenter coëũ
tium

tium dabunt. Eademq; ratione, qua relatorum pullorũ teſtes vtiles ſunt iuuenum arietum teſticuli conducent. Perdicum pullorum caro apti ſsima his quoq; erit, & iuuenum gal narum. Alæ volucrum, quæ carnẽ mollem non habẽt, minimè his cõuenient, prout mea ſentẽtia eſt: quã quàm oppoſitum dixerit Galenus. Nam accipitrũ omnium alæ ex his auibus ſunt, quæ carnem mollem minimè habent, horum tamen alas immodicè ſiccas eſſe: pluſq; q̃ aliarum auium quis dubitare poterit? Modò ſicca alimenta febri, cui medemur, inutilia fore, oſmnes ſcimus, inde ergo reſtabit, merito à nobis Galenum taxatum. Ouorum quoq; recentium lutea ſorberi, præſertim ab illis, qui aſſueti veſci eis ſunt, Galenus præcepit. Alba eorundem merito vetuit, quia nõ adeò facilia ad coquendum ſint in his, qui imbecil lem ventriculum habent, ſecus vbi concoctrix facultas valida eſt. ibi enim frigiditate, & lẽtore conferũt. & minimè nocent. Sed & lactucas ipſas crudas cum aqua, & aceto, & ſacharo in principio cænæ ſumere laudatiſsimum eſt. vt acetarium ex lactucis, borragine, acetoſa, portulaca cum pauco oleo, & aceto copioſiore, & aqua, ac ſacharo. Cucurbitam viridem prius aqua elixatam, ac poſt ſacharo, & oleo, & omphacio, ac aqua iterum in fictili vaſe in coctam etiam prodeſſe, certum eſt. Et ex relatis alimentis cum aceto, vel omphacio abſonia grata febriẽti parare valde proficuum eſſe iudico. Melones lutei coloris, quos hiemales Hiſpani vocant, etiã in principio conducunt.

4.Methodꝰ ¶Quarta methodus. Exprimere omnia alimenta, quæ vitanda his febrientibus ſunt, incaſſum foret, tã quòd ex notitia eorũ, quæ proſunt, intelligi valent, quàm quòd prolixum foret, ſingulatim omnia percurrere, ideo tantùm, quæ mãdi ab omnibus ferme ſolent, & relatis febrientibus inſigniter nocent, hîc explicabuntur. Sinapi ergo, & mel, acria, & ſalita omnia, vinum quoque præſertim ante concoctum vacuatum humorem, fugienda erunt.

¶Quinta methodus. Frigidæ potus, conſiſtente febre, aut inclinante iis confert, noxius verò, cùm rigore febriens corripitur, & per tres horas ante, vel poſt rigoris inuaſionẽ eſt. Cùm tamen febris abeſt, & ipſa præſente, aqua damaſcenis prunis, & hordeo, vel horum altero cocta, prodeſt. Vtrum autem liceat patiẽti febrem tertianam intermittentẽ ab exqſita bili, aquã niue infrigidatã copioſè cùm viget bibere, paucis hic perſtringã. Nẽpe animaduerſione facta ad humorem, qui febris occaſio eſt, nulla in febre ſic aquam relatam bibere conuenit, prout hic, quòd tenuior, & calidior humor ex acta bilis cæteris ſit. Secus ſi ad vires ægrotantis, & vaſorum amplitudinem conſideratio fiat. nã tunc plus in continentibus febribus à ſanguine plurimo, ortum trahentibus cõcedi gelidæ potio valebit, quàm in aliis febribus. Solent enim impluri mum carnoſi robuſtiſsimi hoc febris genere ægrotare. 5.Method

¶Sexta methodus. Vtrum vena ſecanda ſit in his: qui intermittentem tertianam ab exquiſita bili patiuntur, an non, aliqui dubitauere. Cùm enim Galenus medens tertianæ huic. 9. cap. citato libri primi. de arte curatiua ad Glauconẽ de alui expurgatione, & aliis præſidiis meminerit, de venæ autẽ ſectione mẽtionem nullam fecerit, & in ſequen ti cap. 6.Metho

ti cap. de cura Tertianæ non puræ
huius non fuerit oblitus, quin mit-
ti ab illis febrientibus ſanguinem
iuſſerit, videbatur nonnullis voluiſ
ſe ſanguinis miſsionem huic febri
minimè competere. Atq; adeo pro-
ceſsit aliquorum opinio vetantium
ob hanc, vel aliam cauſam ſecari
venam in tertianis, quòd non defue
rit ex iunioribus, qui dixerit, venæ
ſectionem tertianam ſimplicem ef
ficere duplicem, & duplicem con-
tinuam. At euentus docent, non ſo-
lùm timorem relatum vanum eſſe,
verum mendacem, & omni rationi
contrarium. Quippe cùm bilis in
venis cōtenta, & ſi cùm valde tenuis
vel immodicè craſſa eſt, vena ſecta,
educi non poſsit, ad mediocrem cō
ſiſtentiam redacta, vitare quis pote
rit, quòd ſanguini miſta non educa
tur? Etiam poſſe infici ſanguinem
ex eius commercio, præſertim ſi nō
multitudine, ſed putredine bilis
peccet, nemo mentis compos infi-
ciari valebit. Sanguinem quoque
multum, & plusquam corpori pa-
tienti tertianam conuenit, ſimul
cum redundante, vel putrente bili
poſſe coniungi, nemo negabit. Me-
ritò ergo cùm hæc acciderint, ſan-
guinem mitti decebit. Quod ſatis
doctè, & ſi parum eleganter Auice-
na cap. proprio de medella exquiſi-
tæ tertianæ dicebat. ⁜ Et quando
poſsibile eſt, vt phlebotomes, vſque
ad tres periodos fac. ⁜ Quod de-
cretum explicare, vt referam, expe-
rimenta quam plurima docuerunt.
& me ſenioris medici cuiuſdā plus
experti quàm docti ſententia, & in-
numeri proſperi euentus compule-
runt. Dicebat enim ille, Auicenam
voluiſſe ſanguinem extrahendum
nō eſſe à tertianā patiētibus, donec
tres febriles acceſsiones tranſierint.
neq; etiam diutius immorandum,
ſed dumtaxat venam ſecandam tūc
cùm prædictæ tres acceſsiones eſ-
ſent tranſactæ, & prius quàm quar-
ta occurreret: has tres periodos Aui
cenæ interpres nominauit. Itaque
in die quietis intermedia inter ter-
tiam, & quartam febrilem inuaſio-
nem, ſi tertiana foret ſimplex, aut
in die minoris afflictionis ſi fuiſſet
duplex, quod raro ab exquiſita bili
orientibus accidit, dum inſigne ali-
quod inconueniens, id nō vetuiſſet,
venæ ſectionem fieri iubebat. Qua-
propter Auicena cautè dixerat, ſi
poſsibile eſt, ſanguinem mitti, &c.
Differre certè ſanguinis miſsionem
vſque ad relatum trium acceſsionū
tranſitum, qui quinquè diebus per-
ficitur, prima ſcilicet die morbi, &
tertia, ac quinta neceſſarium iudi-
cabat illæ, vt bilis cōcoqueretur, ſeu
præ nimia tenuitate, ſiue immodi-
ca craſsitie, ipſa vitiata foret, vt ſan
guini miſta, & vena ſecta educi cū
ſanguine valeret. Si enim prius ve-
na ſecaretur, vereri poſſet medicus,
ſanguinem minimè vitiatum edu-
cendum, & bilem corruptam intra
corpus manſuram. A cuius ſenten-
tia, vt dixi, minimè diſcedēdo, pro-
ſperè ceſsit.

¶Septima methodus. Quanuis o- 7 Methodu
mnia nuper ſcripta vera ſint, mini-
mè proteruiendum eſt, omnibus pa
tientibus tertianam, venæ ſectionē
conuenire, neque ſemper in ſignata
à nobis die ſanguinem mittendum.
Nempe excipiuntur ab anteceden-
te ſexta methodo tam decrepiti q̄
infantes decimumquartum men-
ſem non aſſecuti. pregnantes quoq;
in vltimis menſibus cōſtitutæ. Etiā
illi, qui ſimul cum febre, corripiun-
tur aliquo alio morbo, in quo ſan-
guinis miſsio nocere ſoleat. Et val-
de de-

de debiles homines. Excipiũtur quo
que à præcepto alio, quo iubetur in
die ſexta ſanguinem mitti, illi, qui
nimia ſanguinis multitudine ſimul
cum bili redundante, aut putrente,
tertiana febre ægrotant, à quibus
ſanguis mittendus in ſecunda die,
Cum febris abeſt, ſi ſimplex tertia-
na fuerit, erit. Noſcitur autem rela-
ta ſanguinis immodica redundan-
tia ex lotii rubeo colore ſimul cum
eiuſdem lotii craſsitie, etiam ex ma
gnis pulſibus. Neque huius ſeptimæ
& præcedẽtis ſextæ methodi decre
tum alienum eſt à correptione Be-
lunenſis. Dicebat enim ille legendã
eſſe Auicenæ literam ſic. Et quã
do poſsibile eſt, vt nõ phlebotomes
vſque ad tres periodos, fac.

8 Methodus ¶ Octaua methodus. Non ſunt o-
bliuioni tradenda cætera præcepta
in capite generico de medella febri
um adducta, in quibus cautum eſt,
ne in die acceſsionis febrilis vacua-
remus, neq; alimentum febrienti in
principio acceſsionis, aut per tres
horas ante concederemus. Etiam
nõdum cocta materia propria mor
bi, licere pharmaca lenientia, qua-
lia ſunt pruni damaſceni, & tama-
rindi, & caſia fiſtularis, bibenda fe-
brientibus dare, & vomitionẽ à na-
tura tentatam leuibus præſidiis ad-
iuuare, atque non eſſe adeò intrepi-
dẽ audendum ſudorem, & vrinam
proritare, cùm bilis, quæ eſt occaſio
morbi, incocta ſit, vt vomitio leuis,
& ventris lenitio relatæ. nam hæ vl
timæ vacuationes fieri queunt, nul-
lis humoribus, præterquàm educẽ-
dis, commotis. ſudoris autem, & vri
næ proritatio nõ niſi etiam iis, qui
morbi cauſa propria fuerint, con-
cuſsis, fieri nequit.

9. Methodus ¶ Nona methodus. Concoctio ex-
quiſitæ bilis, quæ pharmacis facien
da eſt, vt ipſa eductioni vi medica-
menti ſit prompta, rectè ſirupo vio
laceo, & oxyzacra, ac ſirupo aceto-
ſo, vel horum altero cũ intibi, aut
acetoſæ, vel plataginis aqua ſubli-
mata exequitur, dum ſyruporum re
latorum vncias duas, & ex quauis a-
liarum aquarum vncias quoq; duas
febrienti ſummo manè des, & dor-
mire iubeas, niſi euentus acceſsio-
nis prohibeat. Plurimis quoque a-
liis ſyrupis, putà illo, qui ex acido
mali medici fit, & eo, qui ex ompha
cio conficitur, ac reliquis infrigidã
di vim habentibus, concoctio rela-
ta fieri valet, quorum qui potior ſit,
medici arbitrio committitur. Nẽ-
pe dum venter eſt plus iuſto laxior,
ſyrupus, qui omphacium recipit,
confert, ac etiam tũc cûm vomitio-
ni promptiſsimus fuerit æger. At
verò ſi immodicè adſtricta aluus
fiet, ex violis factus ſyrupus prodeſt.
Si animi deliquium præſertim per
oris ventriculi conſortium æger pa
tiatur, qui ex acido mali medici fit
ſyrupus, eligendus eſt. Et per relatã
normam cætera ſunt moderanda.

¶ Decima methodus. Coctio his, 10. methodus
quos diximus ſyrupis, tribus diebus
in plurimum perficitur, quibus trã
ſactis, medicamento vim euacuan-
di bilem habente, febrientem pur-
gare conuenit. dum hoc, quod pro-
uidè caueo, obſeruetur, ne ſcilicet
priusquàm acceſsio quinta trãſeat,
purgatio fiat. Itaq; in decima die à
morbi initio erit exequenda. Neq;
id temere præcipimus, ſed quia exi-
ſtimemus omnibus, aut plurimis eo
rum, qui relatam febrem patiuntur
conuenire ſanguinis miſsionẽ, quæ
ante vacuationem humoris proprii
morbi (Secus eius, qui in ventri-
culo, & ventre inferiore contine-
tur) facienda eſt, & non niſi in ſexta
die,

die, vt in ſexta methodo diximus. Supereſt ergo ante quartam acceſſionẽ, quæ in ſeptima die fit, vacuationem proprii febrilis humoris effici non poſſe. At ſi in octaua ſequẽti purgatio fieret, cùm in nona die quinta acceſsio corripiat, & hæc, ac quarta antecedens ſint in plurimũ validiores cæteris acceſsionibus, vt quæ morbi ſtatum conſtituant. prudenter, ſecundum meam ſententiã in relata octaua die ægrum vacuare cohibemus, ne à pugna contra morbi cauſam diſtrahatur natura. Et quanquam in his intermittentibus tertianis pugna, quæ in continuis contingit, vbi propriè criſes accidunt, nõ eueniat, neq; ſæuitas ſymptomatum, qualis in illis viſatur, neq; etiam in octaua, quã dixi, die, vlla corripiat febris, cum hoc tamen octaua inter dies ſtatus improprii neceſſariò computanda erit, quòd ſeptima, & nona conſtituant ſtatũ tertianæ exquiſitæ, vt prædiximus, & ipſa octaua inter vtraſq; comprehendatur. Vltra relatam quoque rationem euentibus, & veritati in totum conformem. etiam medicis curantibus nonnihil conducit, in die, quam dixi, pharmaco febrientem purgare. Nam cùm tantùm duæ acceſsiones in plurimũ ſuperſint poſt decimum diem, in qua alui ſubductio facienda erit, ſi noſtris præceptis fides adhibetur. honor quidam medico aſciſcitur, vt pote cui tribuitur ſalus, & morbi inclinatio ob pharmacum purgans collatum ægrotanti, quòd exquiſita tertiana ſeptem acceſsionibus tantum in plurimum finiatur, vt Hyppo. 4. aphoriſmorum diceebat: & ambæ multo debiliores præcedentibus ſint,

11. Methodꝰ ¶ Vndecima methodus. Quanuis multa ſint ſimplicia medicamenta habentia vim expurgandi bilem exquiſitam, non tamen his ſolis vti cõſulo, tam quòd potio ex his compoſita non adeò guſtui ſuauis conficitur, vt ex medicamẽtis compoſitis, quæ ſimplicia bilem purgantia, ac ſimul alia corrigentia eadem, recipiunt, quàm quòd ſimplicia ex mitibus, & debilem vim habẽtibus, nõ niſi in magnis ponderibus ſumpta, quod faſtidium ægrotãtibus infert, inſigne aliquod operantur. Etiam qa in plurimũ talia vomũtur. Et ſi fortia ſimplicia fuerint, vltra hoc, quòd venenoſam vim habent, immodicè calida eſſe cõſueuerint, quibus quammaximè hi febrientes nocumentum inſigne recipient.

¶ Duodecima methodus. Conue- 12. Meth
niet ergo his potio, quæ ex vnciis. ii caſiæ fiſtularis, & vntiæ ſemiſſé lectuarii roſati Meſue conficitur, diſſolutis iis, in decocto prunorum, & violarum, & infuſione tamarindorum. & alia quoque, quæ recipit mãnæ Calabre vncias. ii. electuarii roſati Meſue, & confectionis medicaminis amech. ana. drachmas. iii. in ſuperiꝰ dicta coctiõe diſſoluta. Prodeſſe reor cõfectionẽ medicaminis iſtis febrientibus, quòd ſuſpicer, bilis exactæ nõnullam portionem iã tunc, cùm venter medicamento ſoluitur, in melancholiam præ nimia caliditate tranſiſſe, cuius euacuationi quámmaximè opitulatur relata confectio. Alia etiam quàmmultũ prodeſt illis, qui debile iecur habere creduntur, quæ conficitur ex maceratione duarum drachmarũ Rhabarbari in aqua intibi, & ex pulpæ Caſiæ fiſtularis drachmis qnque, & electuarii roſati Meſue. drachmis. tribus, diſſolutis his, in maceratiõe ſeminũ co. frigidorũ, & docòcto floris borraginis, & violarum. Electuarium

ctuariũ de ſucco roſarum Nicolai
exiſtimo multum minus valere fe-
brientibus à bili exquiſita, quàm e-
lectuarium roſatum Meſue, quo v-
tor in antecedentibus compoſitio-
nibus, ob id, quòd multa, quæ vim
exiccandi habent, ſandalos ſcilicet,
& Arabum ſpodium, illud Nicolai
electuarium recipiat, quo minimè
indigent febrientes, quibus mede-
mur, quin, quæ humectant, poſcũt.
Indeque vltra relatas potiones illa,
quæ conficitur ex diapruno laxan-
te, quòd diamaſcenum etiam alio
nomine à Nicolao nuncupatur, vti
liſsima à me cenſetur: Quia caſiam
fiſtularem, violas purpureas, & pru-
na humectantia recipiat, quibus ſca
monii, & aliorũ ſiccorũ medicamẽ
torum vires ſiccandi hebetantur.
Porrò ſi obiiciat quis nobis, pruna
Damaſci ſicca eſſe, fultus authori-
tate Dioſcoridis libro primo. cap.
137. in quo vi adſtringendi aluũ, hæc
dotari, fatetur. illi reſpondebimus.
confitendo, nobis, qui Damaſcum
Syriæ minimè nouimus, ignotũ eſ-
ſe. an illud Dioſcoridis verum, an
falſum ſit: hoc tamen nos certo ſci-
re, his, quibus vtimur, prunis, loco
damaſcenorum, facultatẽ ſolutiuã
ventris collatã à natura eſſe, vt Ara
bes omnes ſcripſère. quin & Martia
lis romæ degens. lib. 13. idem aſſeue-
rauit inquiens. ⁂ Pruna peregrinæ
carie rugoſa ſenectæ ſume, ſolẽt du
ri ſoluere vẽtris onus. ⁂ In his ver
ſibus non de aliis, q̃ damacenis, vt
videtur locutus. Peregrina enim ro
manis damaſcena erant, ob ſenectã
nempe potius adſtringentia quàm
ventrẽ ſoluẽtia vertẽda erant, quod
ſuſpitionem infert, Dioſcoridis ci-
tatũ locum vitiatum eſſe. Galeno. 7.
ſimplicium medicamentorum idẽ
quod nobis viſum.

¶ Decimatertia methodus. A ca- 13. Method.
tapotiis, quas pillulas vocare ſole-
mus, in his morbis, qui ab exquiſita
bili occaſionem trahunt, quam ma
ximè abhorreo, multis de cauſis. Pri
mò, quòd vulgares pillularum com
poſitiones medicamenta immodi-
cè calida recipiant: quia in pauco
pondere, quale eſt pillularum quin
que, aut ſeptem, quæ cõmuniter de-
uorantur, poſsibile non eſt, vim pur
gatricem validam ineſſe, niſi ex me
dicamentis ſufficienter ſoluentibus
catapotia cõponerentur. iisq; phar
macis acrẽ facultatẽ inditam eſſe,
omnes nouêre. Secundo, quòd pillu
læ diutius in ventre continentur, q̃
potiones, quæ citò dilabũtur, & per
aluum expurgantur: cunq;, vt dixi,
calidæ facultatis pillulæ ſint: noce-
re plus valent, quàm potiones, pau-
co tẽpore in ventre detentæ, exiguũ
calorem inferre valentes. Tertiò,
quia pillulæ plus exiccando, quàm
potiones, quæ ex aqua cõficiuntur,
febrientibus nocent: quòd his, quæ
humectant, expediãt. Sed ſi coactus
medicus catapotia dare febriẽti co
gatur, vel ob id, quòd potiones bibe
re æger nõ valet, aut potatas ſtoma-
chus continere non poteſt, deuoret
febriens pillulas Iohannis Meſue,
quæ inſcribuntur, conferentes ad
febres cholericas, & ad ægritudines
choleræ citrinæ, & ſanguinis. Inter
enim vniuerſas, quas relatus author
compoſuit, nullas alias magis ap-
tas huic febri, cui medeor, eſſe pu-
to, quàm prædictæ parum ante fi-
nem diſtinctionũ pillularum ſcri-
ptæ. A Nicolao enim nullas
conferentes huic morbo compo-
ſitas reperire valebit vllus, quan-
tumuis eiuſdem antidota ad vn-
guem examinet. Verùm & ſi res
ita habeat: ad manum ſunt pillulæ

pillulæ, quæ ex ſcamonio in malo Cydonio aſſo, quod diagridium vocare ſolent, conficiuntur, ex quo cũ ſucco roſarum, & maſtichis parum confici poſſunt innumeræ, variatis ponderibus relatorum trium ſimplicium. Ex rhabarbaro quoque ad miſto ſcamonio, vt minori ponderi maior vis inſit, confici pullulæ huic febri vtiles valent. Scamoniũ nempe vltra aſſationem, ſatis adſtrictione corporis rhabarbari corrigitur. Ex pulpa caſiæ fiſtularis etiam fieri pillulæ valent; admiſto ſcamonii correpti põdere ſufficienti, ipſi pulpæ, aliis quoq;, quæ cõferre roborando ventriculum & cor valent, admiſtis. Ex aloë pillulas factas nõ adeò vtiles huic febri eſſe cenſeo, vt quas dixi: quia adſtrictoriam vim aloë habet, quam poſt aluum ſolutam in inteſtinis relinquit. Ex manna, & ſcamonio confici etiam pillulæ queunt, atque ex aliis innumeris medicamentis, quæ breuitatis cauſa omitto.

13. Method. ¶ Decimatertia methodus. Inter potiones ex aqua, & medicinis ſoluentibus compoſitas, quas ſuprà retuli, & catapotia nuper ſcripta, qua ſi mediam conſiſtentiam mel roſaceum ex perſicis roſis ſepties, vel nouies infuſis obtinet: quod vtile huic febri eſſe opinor, maximè ſi ex ſacharo, & non ex melle conficiatur ſyrupus, & roſarum rubearum vulgarium ſuccus eidem in potione ad datur, quo aliarum roſarum calor ingentior, mitior fiat. Opinari nempe ſuccum roſarum noſtrarum calidum in primo gradu eſſe, vt Meſue capite de roſis dixit, neque verum, neque falſum eſſe nunc atteſtor: rationem tamen, qua fultus Meſue, id aſſeruit, nullius eſſe valoris fateor. refert enim ſequentia verba. ⁂ Eſt autem ſuccus eius calidus ferè vſque ad primum gradũ propter excluſionem eius à re terreſtri, & frigida. ⁂ Qua ratione, & ſuccus papaueris, & lactucæ minus frigida ipſo paupere, & lactuca eſſent, cuius oppoſitum experimenta docent. Succus nempe, vel lachryma, ſeu lac papauerinum, opium dicitur, vel alterum meconium aliu opium, putà ſuccus ex papaueris foliis, & capitibus expreſſus, meconium nominatur. opium autem, quod defluit ex ſcarificatis capitibus.

¶ Decimaquarta methodus. Poſt diem, in qua aluus ſoluta eſt, ſequẽti ſummo mane æger ex foliis roſarum & ſacharo conditum ſumat, & aquæ intibi ſublimati vntias. ii. bibat, eiſdemq; in ſequentibus diebus vtatur, dũ febrem in declinationẽ vniuerſi morbi tendere medicus nouerit. At ſi ipſam perſiſtere, & diu duraturam coniectauerit, ſtatim à relatis âbſtinere iubebit. verendum quippe eſt, bili exactæ nonnihil pituitæ, aut melancholici ſucci admiſtum eſſe, obſtructionisq; ſuſpicionẽ nonnullã imminere, cui potius, quæ aperiunt, vt ex radicibus ſyrupi, & ex ſeminibus fœniculi, aneſi, apii, hyſſopi decoctum conducent, quàm rhodoſacarum vim adſtrictoriam habens. 14. Me

¶ Decimaquinta methodus. Vti in vniuerſi morbi inclinatione vnguentis, cerotis, & emplaſtris infrigidantibus minimè probo, tã quòd ſi morbi occaſio ſufficienter vacuata eſt, natura quod ſupereſt caloris febrilis citiſſimè ſine extrinſeco ad iutorio vincet, nõ aliter quàm ablato igne, aqua caliditatem ſibi præternaturalem corrũpit, quàm quòd indubitatum eſt, vbi adhuc febris durat, 15. Me

durat, aliq̃d noxii ſucci in corpore manere, cuius difflationi relata frigida obſunt. Neq; audiendus eſt in hoc propoſito Galen. tertio techni præcipiens. ※ Vnãquanq; cauſam abſcindi prius, deinde venire ad eã, quæ facta eſt, diſtemperiẽ. ※ Seductus quippe eſt hic multiuagus author, opinatus intemperiem calidã ſine cauſa extrinſeca ægrotãti ineſſe poſſe, cuius oppoſitum verũ eſſe ſatis clarè retro in commento libri de inæquali intẽperie probauimus.

16. Method. ¶ Decimaſexta methodus. Balneis vſus eſt Galenus in medella huius febris, quem Græci, & Arabes ſequuti ſunt. At apud Hiſpanos vſus horũ diu eſt, quòd exoleuit, indeq; rariſsimè eiſdem pro medendis his febribus vtimur. Si enim Lentiæ ſulphureis thermis vti iubemus, non febrientibus id præcipimꝰ, ſed reſolutis podagricis, & ex frigida materia morbos patiẽtibus. Verùm cùm nõ immodico, ſed ſatis leui labore balnea aquæ dulcis fabricari valeant, ſi illa valde vtilia forent, faciẽda pro quouis febriente fuiſſent, quod contemnimus, vt qui ratione, & experimentis docti, haud multum cõferre, noſcimus. Nam aut humoris, qui febris occaſio eſt, maiorem portionem à natura, vel medicamentis eductã à corpore eſſe exiſtimamus, vel non. Si excretam eſſe putamus, reſiduum ipſa acceſsione febrili, & ſudore quo in plurimũ finitur huiuſmodi febris, ſine balnei vſu finietur. Si maior pars adhuc in corpore contenta eſt, balnea inſigne damnum febrienti inferent, miſcendo ſcilicet ſui calore ſi ex calidis aquis fiat, inculpatos ſuccos cum noxiis: ſi ex frigidis, eorundem diſſolutionem prohibendo. Et quanq̃ in his, quæ ab exquiſita bili febribus proueniunt, parum prodeſſe balnea dixerim, in aliis à craſsis ortum trahẽtibus conferre exiſtimo, vt poſt cũ de pituitoſis, & melancholicis febribꝰ egerimus, Deo cõcedẽte, dicemꝰ.

¶ His omnibus peractis, vinum album prodeſſe his febrientibus dico, 17. Method. non tantum quod tenue, parumque calidum eſt, verum in ſenibus antiquum odoratum, ac calidum: quòd vinum vim educendi per vrinã bilem, & pituitam attenuatam habeat. etiam quòd ad diſcutiẽdum per halitum humorem bilioſum, naturam adiuuet. id tamen non meracũ ſed limphatum bibendum eſt, huiusq; cum aqua commiſtio medico committenda eſt. Vtrum autem aqua vino commiſta plus infrigidet, & humectet, quàm ipſa ſola, aut nõ. Si Auicena verba ca. 38. primæ quarti. de medella tertianæ puræ perpẽdantur, quòd plus humectet, & infrigidet dicere videntur, & oppoſitum quoq;. Series enim eorum hæc eſt. ※ Et non timeas poſt declinationem potare eos vinum plurimũ cõmiſtum. Vinum enim fractũ per cõmiſtionẽ confert quantitati reſidui eius in reſoluendo illud cuius neceſſaria eſt reſolutio, & ſuccurrit aquæ penetrãti cũ fortitudine ſua, & permiſtiõe eius quod eſt in eo de calefactiõe pauca, quare infrigidat vehemẽter, & humectat. ※ Quippe cùm dicit, & ſuccurrit aquæ penetranti cũ fortitudine ſua, & permiſtione eius quod eſt in eo de calefactione pauca. non aliud exprimere videtur, quâm quòd ex permiſtione vini cum aqua, vis infrigidandi aquæ penetrantis in intima corporis, quam fortitudinem nominat, refrangatur permiſtione vini reddentis aquam parum calidam. Verùm cũ inferiꝰ refert. quare infrigidat

gidat vehementer,& humectat,con
trarium ſenſiſſe iudicādum eſt. Sed
huius contextus cōtrarietate in ver
bis dimiſſa,facillimè quæſitum de-
center abſoluitur, dicendo aquam
vino permiſtā in plures partes cor-
poris deferri poſſe,quam ſola: ideo,
quòd in plurimū hominū vis attra
ctiua alimentorū,plus concupiſcat,
quæ plus alunt,quàm quæ minus:&
cùm aqua ſola alere minimè valeat,
& vinū nutrimentū celere dare na-
tū ſit,inde cōtingit, quòd à pluribꝰ
corporis partibus hæc duo commi
ſta,& attracta,plures infrigidare, &
humectare,quàm aqua poſsint.non
tamen intenſius infrigidare ſola a-
qua quàm ipſa vino cōmiſta per re-
latam rationē colligitur, quin op-
poſitum. ſcilicet eas partes, in quas
ſola aqua dilabitur, frigidiores, &
humidiores reddi, quàm commiſta
vino.Neque perpetuum eſt, aquā vi
no commiſtam in diſtantiores cor-
poris partes permeare, cùm vbi ali-
menti indigētia nulla eſſet,& refri-
gerationem membra poſceret.pro-
pter vini conſortium, ab eiſdem a-
qua reſpueretur. Porrò indocti cō-
plures duo,quæ mutuo cōtradicūt.
niſi vt nos expoſuimus,diſtingātur,
confitentur. Alterum,quòd vinum
aqua comiſtum plus inebriare va-
leat,quàm ſolum, quod aqua ſui te-
nui conſiſtētia ipſum plus penetra-
re faciat, q̄ ſe ſolo poſſet. Et aliud
in totum aduerſum, quòd aqua vi-
no commiſta plus infrigidet, quàm
ſola:quia aqua per vini commiſtio-
nem ingredi in eas partes poſſet, in
quas ſola non valeret. De medella
intermittentis tertianæ ſat dixiſſe
exiſtimo, transeamus ergo ad medē
dum continuis febribus ab exquiſi-
ta bili orientibus.Ac priusquàm de
continuis febribus loquar,progno-
ſticum quoddam rarū, minimè ve-
rò fallax exarare placet, hoc eſt.
Cùm in hora,in qua ſperatur febris
ſeu rigor, aut frigus, ſudor copio-
ſus ſuperuenit, febrem finiri, & nō
amplius redituram ſperabis. Aliud
quoque ſatis frequēs & parum mi-
nus quàm præteritum certum eſt. ſi
febrienti tertiana intermittente,ſi-
ue continua in labis ac ſimul in na-
riū pinnis eriſipela oriatur, febris,
cito finietur.cuius prædictionis A-
uicena ſecunda parte, ſecundæ par-
tis canticorū cātico. 477.meminit,
dicens. Et puſtulæ nariū, aut la-
biorum in tertiana eſt ſignum ſalu
tis prognoſticum.

Caput. xxxvij. De febribus continuis ab exquiſita bili ortum trahentibus.

NOmen febris, cui
in præſētiarū me-
deor,ſignū propri
um, quo ab inter-
mittēte diſtingui
tur, præſefert. Nā
harum vtraq; ſignis exquiſitæ bilis
ſuperius relatis dignoſcitur. Verū
præcedens intermittens nuncupata
nō ſemper infeſtare ægrum nata eſt,
vt continua,de qua agimus. hanc e-
nim nullo in tempore morbi abeſ-
ſe,nomen ipſius proclamat.Et quā-
uis tā hæc, q̄ multæ aliæ febriū ſpe-
cies etiam febrientes inceſſanter in
feſtent,ſortita eſt præſens febris no-
men tertianæ continuæ, quòd hæc
ægrum nunquam deſerendo, tertiis
diebus ingentior in plurimum fieri
ſoleat.Sed quòd cōplures ignari me
dici putant, hanc nunq̄ rigore, aut
horrore, vel frigore infeſtare poſſe,
qn inceſſanter ab initio vſq; in finē
ipſam

ipſam durare, & quando alterum relatorum ſymptomatum in febribus his continuis conſpicitur, ſtatim credunt, febrem compoſitã ex hemitriteorũ genere eſſe, ideo hos increpare:& veritatem in hoc negotio oſtendere cõpellor, vt quòd quãdoq; hoc genus febris quotidie certis diei, aut noctis horis, & non tantùm per tertias dies afligat, docere conabor.

Vnde error quidã medicorũ ortũ duxit.

¶ Porrò inde relatorum medicorum error ortum duxit, quia opinabãtur febriles rigores principiũ trahere ab expanſione humoris bilioſi ſupra carnẽ muſculoſam ſentiẽtẽ, quod dicunt illi contingere ſolùm his febribus, quorũ humor extra venas expãſus, intermittẽtes febres facit. At cùm rigoris cauſa, & origo hinc nõ oriatur, vt ſufficiẽter in ſuperioribus oſtenſum eſt:ſed quia humoris noxii, qui febris occaſio eſt, aliqua portio per cauã venã, aut arteriã in dorſo ſitã aſcendens inficiat cordis ſanguinẽ, ex quo ſpiritus vitales faciendi erãt:cui malo ſuccurrere natura volens, in magnas, veloces & frequẽtes diaſtoles, & ſyſtoles cor attollit, & deprimit, vt ipſum calidi9 his immodicis motib9 verſum, ſpirit9 calidiores ſolito reddat, quibus totũ corpus febrientis calidius, ac pl9 tranſmeabile, q̃ erat, quoque vertatur, habilioresq; corporis meatus fiant, vt per eos excerni, & difflari noxius humor facilius poſsit, q̃ ſi febris non adeſſet, & ab eiſdem ſpiritibus cum magna vi à corde febrientis in arteriam magnam protrúſis, illa humoris noxii portio, quæ in relatam arteriam ſerpebat, â loco illo diuellatur, vnde cõcuſio inſignis in arteria ipſa, & in ſubditis neruis à dorſi medulla orientib9 fit, & inde rigor omnium membrorum ortum trahentiũ à relatis neruis contingit, vt fuſius vbi de rigore egimus, explicuimus. Præcedentibus ſic ſe habentibus, vt nunc relatum â me eſt, non video ego, quomodo poſsibile non ſit, quòd febre inceſſanter affligente, rigor in tertiis diebus non contingat. cùm poſsit tanta noxii humoris quantitas per cauam venam celeriter aſcendere, ac tanta ſpirituum congeries à corde velociter in occurſum relati humoris vitiati protrudi, vt ille motus concuſsiuus, qui rigoris cauſa eſt, in neruis dorſi contingat. Cui rei non tantum præfata ratio fidem exhibet, verum euentus innumeri idem roborant. Mihi enim perſæpe contigit, vidiſſe febrientes inceſſanter, ab exquiſita bili occaſionem trahentes, vt humoris ſigna teſtabantur, & eoſdem rigoribus in tertiis diebus vexatos, aliosque frigoribus, nonnullos horroribus, quorum omnium febres intra decimũ quartum diem finiebantur, quo cõpoſitas febres relatas non fuiſſe, manifeſtè deprehendebatur. Porrò quidam medicus ſatis nobis familiaris cauſum bis, vel ter in diuerſis ſuæ ætatis temporibus paſſus eſt, vt ex plurimis propriis cauſi ſignis noſcebatur: ſemperq; cũ febrẽ hãc patiebatur, in tertiis dieb9 frigorib9, aut horroribus infeſtabatur. Hinc ergo reſtat, quòd deinceps null9 in errore veteri perſiſtere debet, ſed noſtris veris decretis aſſentiens, à falſa doctrina diſcedere tenetur. Sed de hoc ſatis dixiſſe exiſtimo.

¶ Ad aliud ergo, quod me docturũ promiſi deueniendo, dico, rarenter & ſi quandoq; contingere, febres cõtinuas à bili exquiſita oriẽtes quotidie in certis diei, aut noctis horis inſigniter augeri: at cũ id acidit in plu

rimum in pomeridiana hora exacerbationem fieri, experimenta docent. A bili autem notha has ſæpiſſimè à me viſas atteſtor, quibus nomen deeſſe Galenus.2.de febriũ differentiis cap.ſecundo dixit, has diuidés in eas, quæ cùm in omnibus diebus inualeſcũt, primæ diei acceſsio ſimillima eſt tertiæ diei acceſioni, & ſecundæ diei quartæ, in aliis diebus eadem inuadendi norma ſeruata. ac in reliquas vbi pariter & æque in prima & ſecunda die inualeſcit febris & in aliis conſequenter. quòd contingere quandoq;, vt Galenus refert, inficiari non valeo, & ſi non rarò accidat, acceſsiones has minimè hunc neque alium ſeruare ordinẽ. Quia, vt ſuperius oſtenſum à me eſt febres non à natura tantùm humoris putrefacti acceſsiones variẽt, ſed ab hac, & ſimul à facultate ipſi9 cordis ægrotantis. Nam quãuis magna portio humoris noxii in cor repat, ſi vires imbecillæ valde ſint, cor minimè attolli in magnas, velloces, & frequentes diaſtoles, & ſyſtoles poterit, vt ſuperius authoritate Hippo. dixi, indeque febris acceſsio ceſſabit. Etiam & ſi paucus humor vitiatus corrumpere cordis ſanguinem nitatur, quẽ ſine ſebrili calore cordis facultas diſcutere non poteſt, ipſum velociter, & frequenter expandendo, & conſtringendo febris cauſa eſſe valebit. Tandem tandem varietates in relatis acceſsionibus nõ compoſitioni febrium à diuerſis humoribus, vel mineris, vt barbari dicebant, tribuendæ ſunt; quin cauſis in præſentiarum & ſuperius dictis, ac inferius dicendus, cùm fuse negotium febrium compoſitarum tractabimus. Ambobus ergo iis dubiis ſolutis, ad harum febrium medellã accedere viſum.

Caput. xxxviij, De medella febrium continuarum ab exquiſita bili ortum trahentium.

PRima Methodus. Auicena fen. pri. quarti. capit.39. de medella tertianæ puræ intermittentis dixit. Et ſcias, quòd cura tertianæ continuæ eſt cura tertianæ interpolatæ, ſed eſt decliuior ad obſeruationẽ diſpoſitionum digeſtionis, & ad infrigidãdum cum ſyrupo acetoſo, facto cũ ſeminibus, vt ſemine citruli, & ſemine endiuiæ propriæ cõtritis, & poſt ipſum poſt duas horas datur in potu aqua hordei & ad ſubtiliationẽ cibi, & ad adminiſtrãdum cliſteria lenia in principio, & ad prouocationem. Et oportet cum facilitate procedant, aut ſubtilient, & non ſumãt in potu de ſolutiuis in principio, neque approximent alicui eorum, niſi ex his, quæ ſunt ſicut ſyrupus violatus, & aqua fructuum, & non vtantur niſi cliſteribus lenibus. 1.Meth

In quibus verbis ſatis barbaris ob vitiũ interpretis dicere videtur Auicena; quòd huius febris humor pronior eſt, vt concoqui poſsit cum ſyrupo acetoſo recipiente ſemina citrulli, & intibi, quam endiuiam vocauit, & cum aqua ordei poſt ſyrupum bibenda, quàm tertianæ intermittentibus humor. Atque etiam, quòd in hac febre liceat vti tenuiore victu, quam in præcedente. Primum decretum laudo, vt ſecundũ vſurpatum à Galeno cap.13. lib. pri. de arte curatiua ad Glauconem vitupero. Nempe in febribus continuis oriẽtibus ab exquiſita bili poſt

vacuatas

vacuatas alui fæces, & ſi quid incoctum in ventriculo cõtinebatur excretum, non video ego, quomodo tenuiſsimus victus, quo bilis tenuior & calidior quàm erat, redenda eſt, conducere huic febrienti valeat.

Taxatur ratio victus à Græcis et Arabibus inſtitutis.

¶ Certè ſi præcipuus ſcopus in febribus, quæ ortum à relato bilioſo humore trahunt, eſt infrigidatio, & humectatio, vt Galenus. 9. cap. libri pri. citati de arte curatiua ad Glauconem dicebat, proficiet magis relatis febrientibus alimentum, quod refrigerat, & humectat, prout lactuca, & cucurbita, & caro etiam ex gallinis vel perdicibus pullacea his, vel aliis holeribus eiusdem facultatis cum prædictis cocta, quàm inedia. Et ſi enim non omnia alimenta refrigerantia, & humectantia conducant, quòd aliqua difficilis coctionis ſint, alia corruptiõi parata, quæ tamen recenſui, & piſciculi parui fluuiatiles, his vtiliſsima habentur. vitatur enim per relatam victus rationẽ vigilia pernicioſum ſymptoma, & ad phrenitin perducens, in quam incidere hi febrientes paratiſſimi ob humoris huius calorem, & ſiccitatem ſunt. Holeribus enim & carnibus prædictis mãſis, caput humeſit, & à phreniti liberatur, quia ſomnus allicitur, vt inedia eliminatur. Cùm enim ſtatus adeſt, ſi per verã criſin finiendus morbus eſt, quòd æger nihil, aut tantum cucurbitam cõditam, & mala punica, ac alia cõſimilia intra viginti & quatuor horas, in quibus tota eius vis tranſire conſueuit, febrientes mandant, proficuũ cenſeo. At ante, aut poſt quòd adeò tenui victu vtantur, qualis à Galeno, & cæteris Græcis, ac Arabibus præſcribitur, à vera methodo curatiua alieniſsimum diiudico.

2. Method. ¶ Secunda Methodus. Magis verẽda eſt alui ſubductio cũ ſcamonio, aut aliis immodicè calidis, & ſiccis medicamentis in hac febre, quàm in præcedente. Nam & ſi vtraq; ab eadem humoris ſpecie ortum trahat, continuam, cui medemur, plus bilis habere, quàm intermittẽtem certi ſumus. Etiam bilem continuæ tenuiorem perſæpe quàm intermittẽtis fore ratio ipſa ſuadet. Vbi enim inceſſanter calor febrilis infeſtat, tenuiorem reddendam bilem, quàm vbi intermiſsio contingit, nulli indubium venire poterit. Ambabus ergo de cauſis ſalubre conſilium eſt quòd noſtra methodus docet, in his ſcilicet plus per Caſiam fiſtularem violas, pruna, tamarindos, ac alia conſimilia ventrem expurgare, q̃ per ſcamonium, aut alia medicamẽta acria vim purgandi bilem habẽtia. Neque contemnenda eadem methodus in cliſteribus erit, quin illa ex maluæ foliis, hordeo, violis, ac cõſimilibus medicamẽtis decoctis, & diapruno ſimplici, ac oleo roſaceo, & violaceo, & ſacharo rubeo conficienda erunt.

¶ Tertia methodus. Neq; hinc inferat vllus, nos interdicere in hac febre vſum medicamentorum recipientium ſcamonium, & alia calida pharmaca, ſed tantùm, quòd hæc vitanda ſint, ſi mitioribus bilis excerni ſufficienter poſsit. Ego enim non prohibeo vti pharmacis purgantibus, quorum in capite generico de medella febriũ, & in antecedẽte peculiari de curatione febris tertianæ intermittentis memoriam egi, ſed quòd poſt vſum mitiorum medicamentorum: relatis medicus vtatur. Aut iis non præcedentibus: ſi rationabili coniectura quis exiſtimet mitia non profectura. Caueatq; iuniores medici: ne his noſtris verbis fiſi: 3. Method

audacter cõcedant in primis potionibus medicamina ſcamonium recipientia, aſſerentes (ſeducti iuuenili fiducia) ſibi conſtare, mitioribus bilem educibilem non eſſe. ſed vel periculum agant, lenia prius conferendo, quod ſecurius eſſe reor, vel alios ſe ſeniores, & prudentiores medicos accerſiri ad inuiſendum febrientem procurent, quos indubia reconſulant.

4. Method. ¶ Quarta methodus. Sãguinis miſſio largior in hac, quàm in intermittente febre exercenda erit, quòd aſſiduitate febris sãguis magis in hac quàm in intermittente inficitur. Prius etiam quàm in alia erit extrahendus, quòd citius huiusmodi humor frequentius ægrum infeſtando ad mediocrem conſiſtentiam reducitur, quo promptior redditur, vt ſanguinis miſsione extrahi valeat. Concoctrix nempe vis plus laceſsita, maiore conatu aduerſus noxium humorem inſurgendo, citius huius febris humorem coquere procurat, quàm eum, qui tertianæ intermittẽtis occaſio eſt. Vnde elicitur ſextam diem ad mittendum ſanguinem nõ eſſe in hac febre expectandam, vt in intermittente tertiana, ſed in ſecunda die poſſe ſanguinem mitti. Neq; ob id putet aliquis à me probari has immodicas ſanguinis extractiones, quas ſepties, & octies ſecando venã huius mei temporis medici exercere audent. tam quòd hi febrientes paratiſsimi ſint virium diſſolutionem pati propter bilis tenuitatem, & immoderantiam, ac aſsiduitatẽ febrilis caloris, quàm quòd, vt dixi, citò in vigilias, & phrenitides incidãt. quibus malis plurimus ſanguis miſſus, haud exiguam occaſionem exhibet. Ego bis aut ter ſanguinem mittendo, contentus eſſe ſoleo in relatis febribus citra inflammationẽ contingentibus: neque vltra vncias decem ſemel extrahi permitto, niſi in iuuenibus carnis plurimum habentibus, & natura ſanguineis, & nõ bilioſis. in illis nempe iam quantitatem ſedecim vnciarum ſemel eduxiſſe contigit. Quanquàm, quòd memoria conſequar, à nullo ex his plu ries quàm ter ſanguis meo iuſſu vnquam miſſus fuit.

¶ Quinta methodus. Dixit Galenus cap. 13. libri primi, de arte curatiua ad Glauconẽ. in cura febriũ cõtinuarum huiuſmodi verba. ⁂ Sed neq; ſi fuerit febris, cum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione, verum hæc ſola ſufficit, quãuis nõ ſit pro multitudinis ratione. Quicunque enim his plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula duxerũt. ⁂ Quam ſeruando ſententiã quidam medicus mihi ſatis notus, iuuenem quẽdam perire fecit. Cùm enim accerſitus eſſet, vt illum inuiſeret, & ſimul febre continua, & ventris fluxu infeſtari ægrum nouiſſet. minimẽ auſus eſt, vllum medicamẽtum ægro exhibere, neque venam ſecari iubere. At cùm perſeuerante febre vxor ægrotantis per famulum rogaret, vt coniugem ſuum viderẽ: & carpo febrientis ſumpto, magnũ pulſum eum habere intellegiſſem, ac iuuenem triginta annorum eſſe, vinum plurimum bibere aſſuetum, exiſtimaui plurimum in eo ſanguinem redundare, indeq; quòd venarum narium oſcula à natura occluſa plusquàm in aliis eſſent, ſanguis à naribus non proflueret, ſed exonerare ſe aliis humoribus per aluum miſsis tentaret. vocari ergo feci medicum illum, cuius curæ erat ſalus 5 Method.

ægro-

ægrotantis commiſſa: meamq; mẽtem de ſanguine mittendo illi aperui, qui proteruè obſtitit, & renixus eſt, ne ſanguis mitteretur, fultus, vt dixi, Galeni hoc decreto. Cui ego hortabar, ne adeò mordicus eã ſententiam teneret, & tueretur, ſed illã moderaretur, aſſerendo in plurimũ veram eſſe, putá cùm vires ob alui immodicam vacuationem inſigniter labefactarentur, aut valde ſenes ægrotantes forent, aut frugali victu vſi, ſed quòd æger, cui medebamur, iuuenis eſſet, & aſſuetus ſplẽdidè comedere, & bibere, & vires validas haberet: quæ omnia licere ſanguinem ab eo mitti, non tantum permittebant, ſed hortabantur. Verùm neq; his omnibus mouere eum à propoſito potui. Decreuimus ergo vxori & ægro decreta vtriuſq; dicere, ac illorum arbitrio negotium cõmittere, eligeremq, ipſi quam, mallent ſequi ſententiam. Et poſtquàm noſtrum vterq; ſuam protulit, noſtri ſocii decretum noſtro prætulerunt quòd omnes fermè, præſertim fœminæ plus ament. venam non ſcindi, quàm ipſam ſecari. Diſceſsique ego ſtatim ab ægrotantis domo, neq; etſi poſt per famulos febriẽtis vocarer, redire volui. Sed en, quòd poſt decem, vel vndecim dies humillimis precibus rogatus ſum, vt opem, quo ad poſſem, ægro ferrem, qui per aluum quotidie libram vnã, & quãdoq; duas ſanguinis reiiciebat, rupta, vt ego credidi, vena aliqua inteſtinorum, aut meſenterii, ſeu alicuius alterius viſceris. à venis nempe pudendi non effluebat. viribus per tam immodicas ac tot dierum ſanguinis reiectiones iam adeò imbecillis redditis, vt venam ſecare minimè permitterent. omnibusq; præſidiis à ſocio medico, & à me tentatis, per aliquod dies mortem diſtulimus, ſed tandem interiit æger. Quã attuli hiſtoriam, vt cautos medicos deinceps reddam. Moderandum, vt dixi, placitum Galeni à me in hac methodo trãſcriptum, aliter enim innumeros febrientes, qui illud ad vnguem obſeruauerint, iugulabũt. Neque dumtaxat venam ſecari in conſimilibus huic, de quo memini, ægris præcipio, ſed & fluxu perſeuerante, & viribus validis exiſtẽtibus. rhabarbari corpus ponderis duarũ, aut trium drachmarum in aqua intibi dare conſulo. Cumq; vires deiectæ ſunt, & ſiſti aluũ cupio, rhabarbarum toſtũ, & mirobolanos aſſos in aqua plantaginis, ſi vlla inteſtinorum excoriatio adſit, exhibeo, aliisque præſidiis, de quibus in medella fluxus vẽtris in ſequenti opere, Deo concedente, agemus, vtor.

¶ Sexta methodus. Conſueuerunt exanthemata quædam in acceſsionis initio oriri, tam in cõtinuis tertianis, quàm intermittentibus à bili exacta, vel notha ortum trhahentibus, quæ velut papulæ quædã quãdoq; rubræ, nõnunquam albæ ſunt. ab Auicena lib.4.fen.3.cap.13. tractatus primi eſſere vocantur huiusmodi cutanei tumores, citò apparẽtes, & deliteſcentes. Cumq; hi infeſtant in febrium principiis, ſolet febrientes comitari oris ventriculi morſus adeò ægris noxius, vt ipſi credant, nullam de vita ſpem ſupereſſe ſibi, in quibus pulſus intantum occultari tunc ſolet, vt niſi maximè compreſsis digitis percipi valeat. Verũ cùm febris augeri incipit, & poſt cũ in totum creuit, relati cutis tumores deliteſcũt, fiuntq; pulſus magni, veloces, & frequentes. Ex his paucos à me curatos oppetiiſſe mortẽ memoror, á quibus cùm ſanguinem extrahe- 6. Method.

extrahere iubeo, exanthematum illorum ablationem, & febris remiſſionē prius fieri ſpero. indoctè quidem, & præpoſterè agere medicos huiusmodi morbi curationi deſtinatos exiſtimans, qui ſtatim cùm tumores prædicti apparent, ſanguinē mittere præcipiunt. non aduertentes, quòd non multò poſt febris in totum auferenda, aut remittenda erit, vbi vires ægrotantis promptiores ad tolerandam ſanguinis miſſionem, quàm cùm tumores adſunt, erunt. Neque minus obliuioni tradēda hæc quàm præcedens methodus erit. Vidi enim non paucos perterritos ob eſſere præſentiam, præcepiſſe ſanguinis miſſionē ſtatim fieri, non expectata morbi particulari inclinatione, quæ frequētiſſimè intra quindecim horas accidere conſueuit.

7. Method. ¶Septima methodus. Etiam per tertios dies acceſſionum ſimul cū exanthematis prædictis. & quandoque ſine illis, accidere relatis febriētibus ſolet ventris fluxus, & quandoque vomitus bilioſus, quæ ſi cum eſſere, ſiue exanthematis contingūt, minimè à ſanguinis miſſiōe in præſcripto à nobis tempore coërcere medicum debēt, dum ægri vires nō adeò deiectæ ſint, vt tolerare relatū præſidium non poſsint. Neque alui ſubductio erit interdicenda in die intermiſsionis febris præſertim potionibus, quæ ſimul vim laxantem & adſtrictoriam habeant, qualia fieri poſſunt ex electuario roſato Meſue, & ſimul rhabarbari infuſione, aut eiuſdem corpore. Ac ſi plus adſtringere deſideras, ex mirabolanis citrinis, innumeriſq; aliis compoſitis, & ſimplicibus pharmacis, inter quæ in relatum vſum confectio me dicaminis amech ſatis vtilis eſſe ſolet, quod ingens pondus mirobolanorum recipiat.

¶Octaua methodus. Plus hi, qui aſsidua tertiana ab exacta bili occaſionem trahente vexantur, aquæ frigidæ potum deſiderant, quàm illi, qui à ſanguine multo, aut putrefacto febriunt, quòd horum humor ſui humiditate ſitis vim reprimat, vt illorū ſui calore, & ſiccitate creſcere facit. Et quāuis ita res habeat, ſecurius aquæ niue infrigidatæ potus his, qui patiuntur febrem à ſanguine orientem cōceditur, quòd robuſtiores eſſe ſolent, quàm illis, qui febre, cui medemur, infeſtantur: de quibus plura in antecentibus ſcripſimus. nempe ſi abominationem, & nauſeam oleum roſaceum aquæ ſyncerae niue infrigidatæ ammiſtū non induceret febrienti, laudarem cyathum vnum illius olei, aut quid plus, aut min9, prout gratius, aut in gratius ægrotanti foret bibendum cum aquæ niue infrigidatæ ingenti copia, & ad febrientis libitum patientibus continuas febres quibus nunc medemur dare. hoc enim Philumenus præcipiebat, vel aquæ ſimul decoctæ cum fœniculi ſemine & hordeo, quo temperata euadat, partem quintam commiſtam cum quatuor partibus frigidiſsimæ bibere. Ego quippe aquam fontanam, cōſiſtente febre affatim bibere iis permitto, non tamen niue, neq; nitro infrigidari concedo, quòd ſciam, plus nocere maximam coarctationem meatuum partam ab immodica frigiditate aquæ, quàm prodeſſe febrilis caloris, & bilis ardentis remiſsionem. Nempe ſi natura humana febres commentata eſt efficere, vt corporis vaſa, & omnes eiuſdem meatus calore patentiſsima faciat, per quæ diſflari noxius humor, aut ſenſibi- 8. Me

ſẽſibiliter excerni valeat, quæ huic naturæ ſcopo in totum aduerſantur, nonne noxia non erunt? Concedere quippe, quæ infrigidando vias corporis parum arctiores iis quæ diximus, quàm cùm vehementer corpus febriebat, redant, non ſolum vtile eſſe, ſed neceſſarium in his febribus exiſtimo, cùm valde corpus diſſolui ob immodicum calorem febrilem coniecto, maximè ſi coarctationum meatuum tantam non ſpero, vt via ſuccis excernendis occludatur. Quæ autem eximiè refrigerant, ratione relata obeſſe cẽſeo, & ſi ſciam fortuito amethodis medicis quandoq; & ſi raro feliciter errata cedere.

9. Method. ¶Nona methodus. Medicamentis exterius admotis infrigidari horũ febrientium corpora omnes concedunt, non tantum in vniuerſali inclinatione morbi, verùm in ſtatu eiuſdem. At mihi non placet vnguẽtorum infrigidantiũ vſus, cùm morbus in occaſum tendit, quòd, vt in ſuperioribus dixi, morbus ipſe ſine his deliteſcet. Vigẽte febre, ſi timeatur inſignis, ac verenda diſſolutio corporis, & virium ob immodicum ardorem febrilem. præſidia infrigidantia ac ſimul roborantia naturalem, & vitalem facultatẽ ægri prodeſſe æſtatis tẽpore. & ſi rariſsime fateor. In quem vſum epithemata ex aqua roſacea, & bugloſſæ, ac pulueribus odoratis, quales ſunt diarhodonis, aut diamargaritonis vtilia erunt, tenui linteo tepido in his madefacto, & ventriculo admoto. Quæ cenſeo præferenda eſſe aquæ fontanæ, & oleo roſato ab Aëtio eximiè laudata cap. 78. ſermone primo tetrabibli ſecundæ, quòd deſit his vis roborandi, qua noſtrum præſidium abundat. Neque quæ admouentur ventri refrigerandi gratia madefacienda in ſerico nondum texto, ſed tãtũ purpureo colore infecto ſunt. vt huius temporis medici facere ſolent. quòd hoc ineptum valde ſit ad imbibendum, & aſſeruandum aquæ & puluerum vires, vt ſæpius expertus ſum. Nolim iuuenes decipi, & putare per à me hic ſcripta licere vti relatis infrigidantibus, in qua vis tertiana continua ab exquiſita bili oriente. Nam ego tantùm permitto his vti, vbi proxima eſt viriũ & corporis diſſolutio. in aliis enim vtilius eſſe reor, febrem vigere, vt patentiores corporis febrientis meatus fiant, vt in medella generica, vbi vſum horum interdixi ſcripſimus. Tandem vnguentum roſatum ex adipe portiono, & roſis confectum iecori admouere tantum permitto cùm indubiè præſcit medicus, niſi illo infrigidãte occurratur, periculum relatum de viribus diſſoluendis imminere, aliter enim timeo, ne iecur obſtruatur, & febris vigoroſior, & periculoſior, aut prolixior fiat. Cerotum ſandalinum vitupero, quòd promptiſsimum ſit conſtipare iecur. Verum ſi vigiliis hi febrientes vexarentur, ad alliciẽdum ſomnum ſecurius cerato ſandalino & roſaceo vnguento vterer. temporibus, & fronte, ac dorſi ſpondilibus relatis vnguentis perunctis, quàm populeo. vnguẽto Nicolai, quo vniuerſi medici vti ſolent. quòd hoc recipiat papauer, mandragoram, hyoſcyamum omnia venatam vim habentia, quæ nocent plus venefica facultate, quàm infrigidãdo proſint. Ceroto ſandalino, & roſaceo vnguẽto, nihil adeò noxium, qualia præcedentia, recipientibus. Neque hæc ratione relata tãtùm fultus ſcribo, ſed rerum euentibus cautior factus moneo.

moneo. Si cui enim aliquando acci
dit,vnguento populeo febrilem ar-
dorem repreſsiſſe, & ſomnum indu
xiſſe, vel parũ hæc auxilia duraſſe,
obſeruaui, vel alia maiora incom-
moda recepiſſe ægrũ expertus ſum.
in totùm enim feliciter ceſsiſſe ex
relati populei vnguenti admotio-
ne rarenter mihi contigiſſe fateor.
Ex aliis tamen ambobus commiſtis
in vſum conciliandi ſomnum per-
ſæpe proſperè eueniſſe atteſtor.

10. Method. ¶ Decima methodus. Calidus aër
triclinii,in quo æger cubat, ſi æſtas
fuerit,herbis infrigidantibus, & hu
mectantibus reprimatur. Vtile er-
go erit per pauimentũ ſpargere fo-
lia vitis viridia,etiam myrti, & ro-
ſarum,& ſalicũ, & eius herbæ, quã
Hiſpani romanam vocant, herba-
rii nonnulli inter mentæ ſpecies re
cenſent. Quanuis enim hæc calida
ſit,non adeò calida, quòd ammiſta
cæteris infrigidantibus nocere va-
leat,& ſui iocundo odore plus pro-
deſt,quàm qualitate noceat. Sanda-
li,violæ,cotyledon,quam vmbilicũ
veneris alio nomine appellant, hu-
mi ſtrata vt præcedẽtia proſunt. di
uerſaque domus loca mutare. Ficti
fonticuli ex ſtanno fabricati, & per
canthari aquam ſemper foti,mulce
brem ſonum ex delapſu aquæ in pe
luim æreum edẽtes, etiam ſunt pro
pe torum febrientis apponendi, dũ
febriẽti grati ſint,& ſonũ cõcilient,
aliâs vitãdi his qui moleſtè ſomnũ
illum ferũt,quibus delapſus aquæ à
proximo loco alto ſuper re mini-
mè ſonora fieri põt,quo aër infrigi
detur,& ſonus,qui nocebat,vitetur.
Balnea parum ſecura his eſſe in an-
tecedentibus docui, ideo de his hic
agere minimè curo.

11. Method. ¶ Vndecima methodus. Quia in
iis,quæ antecedunt methodis, de fe
brientibus illis egimus, quorum vi-
res inſigniter labefactari per febris
vigorem timemus, & cùm huic ma
lo vnicum præſidium mirabiliter
ſubuenire ſolet,putà lactis recenter
mulcti primùm mediocris ſorbi-
tio,poſt etiam copioſior, methodũ
ſingularem de hoc alimento exara
re placuit,quæ huiusmodi ſit. Dũ
febri ardentiſsima quis capitur,ma
ximamq; cibi abominationem ſi-
mul patitur, & immodicè attenua-
tus cõſpicitur,vigilq; per nõnullos
dies perſiſtit,aſinæ lactis,aut capræ,
aut ouium vncias octo bibendas da
re manè,aut noctu,ventriculo ab a-
limento vacuo præcipio. hoc enim
ſomnus cõciliatur, vires fouẽtur,
venter,bilis feruore & tenuitate re-
preſsis,lubricus redditur. Complu-
rima quoq; alia commoda ſequun-
tur. Verùm non in morbi initio, ne
que ante vacuationem humoris bi-
lioſi lac dandum erit, ſed poſt ſepti
mam diem offerendum, vbi febris
vehemens valde fuerit. At in aliis
poſt nonam, aut vndecimam. Nem
pe ſi,lacte bibito, æger deteriùs ha-
bere noſcatur, quòd vel in ſtoma-
cho aceſcat,aut fumoſum nidorem
reddat, aut febrienti ingratum ſit,
vitare eiuſdem potionem iubeo.
Tamen ſi nihil horũ adfuerit, aut
paruam quandam de relatis noxã
æger ſenſerit, auidusq; bibendi lac
ſit, augere lactis potionem vſq; ad
libram vnam permitto, quam vel
bibere, vel micis panis in eo mace-
ratis comedere concedo . Accidit
quippe mihi medenti quendam a-
micum medicum alienigenam in
noſtro Methymnenſi oppido tunc
degentem,qui aſsiduis vigiliis, & ar
dentiſsima febre corripiebatur, &
omnibus præſidiis factis deterius
habebat, adeò vt in ſyncopen ma-
gnam

gnam inciderit, & ſemimortuus, ac à patre medico, qui tunc aderat, deploratus reuixerit: cùm nihil prandere vellet, ſed tantùm aquam ſynceram bibere cuperet, & coram me dixiſſet, gratiſsimum fore ſibi lac, ſi per patrẽ, & me bibere liceret, quòd vtriuſq; iuſſu lac collatum illi ſtatim fuerit: ac cùm id noctu bibiſſet (illa enim hora, & non ante inueniri lac potuit) per totam noctem ſecurus dormierit. Quo à patre, & me cognito, liberalius lac conceſsimus. Accidebatq; illi in quouis die plus quàm libras quatuor lactis ſorbere, quo febris depulſa, & ſomnus allectus, ſitisq; ablata, & aluus lubrica verſa fuit, concupiſcereq; alimenta cœpit, adeò vt præter ſpem pauco in tempore conualuerit. Neque aliena eſt huius methodi ſentẽtia ab ea, quæ ex Hippo. apho. 64. quintæ particuluæ elicitur, vbi exprimens Hippo. quibus noceat lac, ac quibus proſit, in fine aphoriſmi dixit. Et præter rationem conſumptis prodeſſe. Quaſi per hoc dicere velit, quòd cõueniat febrientibus adeò conſumptis, quod rationabile non eſſet, in tam pauco tempore adeò conſumi corpus, niſi febris valde ardens foret, aut cibi appetẽtia intantùm deiecta, vt inde macies illa immodica ſit ſequuta. Scio aliter exponi hanc ſententiam poſſe, ſed verum, & euentibus conſonũ à nobis ſcriptum eſt, quicquid Hippo. & Galenus velint. Quippe ſi alia Hippo. ſententia. 4. de victus ratione in morbis acutis. non longè â principio ſcripta perpendatur, medens cauſo febri, in totum cum noſtro decreto conuenire palàm intelligetur. Dicebat enim ibi. ⁎ Verum ſi ad hæc non aperiatur, lacte aſinæ cocto purgabis. ⁎

Caput. xxxix. De eſſe & ſignis cauſi febris.

HAnc febrẽ Aetius cap. 78. ſuperius à me citato ardentẽ vocauit, vertẽs cauſum Græcũ, in ardentem latinum. Nam cauſi nullum aliud caput, præter citatũ reperire in ſuo opere poteris. Auicena peculiare caput eidẽ perſcripſit, cui nomẽ cauſi indidit. Galenus in de arte curatiua ad Glauconem, & de morbis curandis libris ſub hoc nomine de ipſa caput nullũ fecit. Verum commentario. 4. ſuper librum Hippo. de victus ratione in morbis acutis tam Hipp. in primis eiuſdem contextus verbis, quàm Galenus in commento hoc, & ſequenti contextu per ſex columnas, qui hũc tenorem ſeruat. ⁎ Cauſi genus aliud, aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa. ⁎ Duo genera cauſi ſcripſit, quendam legitimũ alium ſpurium, ſiue nothum, quanuis Valeſtius de Tarãta opinatus ſit. Galenum à ſola bili crediſſe, febrẽ hanc potuiſſe gigni, deceptus ſentẽtiis ipſius in de criſibus libris, &. 3. apho. co. 30. nam in locis citatis non negat à pituita ſalſa oriri potuiſſe, ſed quòd à bili flaua ortum trahat. Et quoniã antecedens ſentẽtia Hippocratis, ducta, vt dixi, ex principio libri quarti, de victus ratione. quid à veritate alienũ affert, eam examini ſubiicere priuſquàm de aliis rebus attinentibus ad medelam cauſi ſcribam, videtur. Sentẽtia huiuſmodi eſt. ⁎ Cauſus, id eſt, febris ardẽs, fit, cùm venulæ tempore æſtiuo exicatæ, acres, & bilioſas, quæ tenues ſint, trahũt ad ſe humiditates, quas

ichoras vocant. ⁂ Vbi manifeſtè putaſſe Hippocrates videtur, venulas proximas carni muſculoſæ, reſiccatas ob calorem ingentem æſtatis traxiſſe ad ſe acres, & bilioſas membrorum proximorum humiditates. Etiam quòd has excernere procurãs vitalis cordis vis, ne ſanguinem, ex quo ſpũs gignendi ſunt, inficiãt, per motum cordis magnum, frequentẽ, & velocem, febrẽ efficiat. In primis verbis (nam vltima noſtris placitis conformia ſunt) palàm aberrans: nõ animaduertens, quòd cauſus ſæpiſſimè tempore hyemis contingat, quãdo venulæ non reſiccãtur ob immodicum æſtiuum ardorẽ. Cuius aliã cauſam redditurus Hippocrates eſt, quia non in ardorem illum æſtatis recurrere poteſt. Quæ ergo coniuncta cauſa huius cauſi fuerit, & alterius æſtatis eſſe poterit. Item quòd naturalis ordo attrahendi venarum, & aliorum membrorum noſtrorũ non tendit in carnem, ſed ſi Galeno in primo de ſymtomatũ cauſis lib. cap. 7. credimus. membra fame, aut ſiti oppreſſa, ſugunt venarũ ſibi cõiunctarũ aut calidũ & ſiccum, ſi fameſcunt: aut frigidum & humidũ ſi ſitiũt, & venæ ſuctæ iecoris, & iecur Meſenterii venulas, & ipſæ ſtomachum, vnde illæ triſtes ſenſationes fames, & ſitis appellatæ oriuntur.

Iis ergo ſic ſe habentibus, reſiccatæ venulæ à venis maioribus, & inde à iecore humiditatem erant petituræ & attracturæ, & non à membris vicinis ichoras, vt Hippo. ſcripſit. Itaq; ſi Galenus memor fuiſſet propriæ ſentẽtiæ in loco citato, non dixiſſet in commento contextus adducti.

⁂ Cùm igitur ob aliquam rerum, quarum exẽpla dixit Hippocrates, circunſtantiam, venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus trahũt hæ humiditates. ⁂ Sed mecum erat Galenus aſſeueraturus, quòd prudẽtiſſimus Hippo. quandoq; in cauſis morborum inueſtigandis defecerit, vt cõplurima eiuſdem ſcripta, præſertim ea, quæ in quarto libro citato. de victus ratione in morbis acutis leguntur, oſtendunt. Suis enim tẽporibus phyſica ſcientia adhuc rudis, & ignaua erat, prout Ariſtotelis multò Hippocrate poſterioris ſcripta oſtendunt. refert enim paſſim Ariſtoteles antiquorum phyſicorũ adeò friuolas euentuum naturaliũ cauſas, vt legere tam inepta, nũc doctos pudeat. Cauſi ergo exquiſiti cauſa bilioſus ſuccus eſt ob inediam maximam, vel acrium alimentorũ, aut medicamentorum vſum genitus, aut propter frequentem, & velocem motum, aut æſtiui temporis ardorem, vel alias cauſas, â quibus gigni ſyncera bilis conſueuit: dum tamen adeò immodica quantitas huius humoris genita ſit, vt in totius corporis vaſa ſit diſtributa, aut in venis proximis cordi, aut ori ventriculi hic humor ſit coaceruatus. Notho autem cauſo, de quo Hippocrates mentionem in loco ſuperius relato ſub his verbis fecit. ⁂ Cauſi genus aliud, aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa ⁂ Aliam aſsignat Galenus occaſionẽ, putà ſalſuginoſum humorem. Non longè enim à fine commenti ſuper context. vltimè citato ducto, hæc uerba ſcripſit. ⁂ Nempe vt cùm lingua amarulẽta redditur, flauam reddundare bilem oſtendit. Ita cùm ſalſa, ſalum ſalſuginoſumq; appellatum humorem, qui ex pituitæ generibus, quæ tria ſunt, vnum exiſtit, vt tibi innotuit, acido ſcilicet, dulci, & ſalſo. ⁂ Tandem cauſi exquiſiti ſyn-

ſyncera bilis occaſio eſt, nothi ſalſuginoſa pituita, in toto corpore, aut relatis vaſis incluſa.

¶ Verùm quòd Galeni verba de pituitæ ſpeciebus ducta, imponere iunioribus medicis poſſent (putabũt enim nonnulli tres tantùm pituitæ ſpecies eſſe, acidam, dulcem, & ſalſam, cùm Galenum audiant de nulla alia mentionem egiſſe) ideò quartam, & præcipuam ſpeciem quam ſubticuit exprimere videor. Hæc eſt inſipida, quam inter omnes magis generoſam eſſe reor. Quippe cũ pituita aquæ inſipidæ conſimilis ſit illa, quæ plus exquiſita fuerit, minus ſaporis particeps erit. Hanc ergo in nobis ſæpe eſſe, negare nemo, qui ratione particeps ſit, poterit. Millies enim vomitionibus, & tuſsibus excerni quid aquoſum fluidum, aut lẽtum glutinoſum, inſipidum, ſani, ac ægri experimur.

Signa cauſi ¶ Signa quibus cauſus à febre continua de qua in precedẽti capite egimus, diſtinguitur. quæ ſecuntur ſunt. exquiſitæ bilis ſuperius ſcriptæ notæ cũ linguæ inſigniore quàm in vllis febribus ariditate, & procedente febre intra quintum diem nigredine. ſitis vehementiſsima, vigiliæ, & quãdoq; deliria, vigoris febrilis aſsidua & vniformis perſeuerantia. quòd bilis flauæ ingẽtem copiã non valeat cordis facultas à venis & arteriis ſibi proximis ſeiungere, vt in intermittentibus & continuis acceſsiones habentibus. cumq; febris hæc remiſsior in aliquibus horis fieri contingit. nõ cum rigore tepores illi tertiani aut quotidiani infeſtãt, ſed cum frigore ſenſato in corporis extremis partibus fiunt. non enim valet cordis expultrix facultas adeò diſtãter ac velociter propellere à ſe bilẽ, ſi quando id ante criſim in hac febre conatur, vt concuſio & agitatio tanta in venis & arteriis dorſi fiat, quanta pro gignendo rigore requeritur, ſat enim efficit, ſi calorem ad interna retrahit, cum maiore conatu diſcutere bilem procurat, vndeextremorum frigiditas prouenit. cibi appetẽtia plus in hac quam in aliis morbis deiicitur. quanuis non nullos noui bene ſe habentes, ad ea quæ illis offerebãtur. arteriarum tẽporum ſenſata & moleſta pulſatio ob febris ingentem ardorem adeſt. facies macilẽtior, & oculi magis caui pari tempore hac & alia febre infeſtãte, in ea viſuntur. Vrinæ in plurimũ tenues ac ruffæ ſunt. & ſi quandoque in iuuene carnoſo aut alio multo ſanguine abundante, nõ nunquàm rubræ & ſpiſæ cernãtur. venter his ſæpe adſtringitur, propter immodicum internum calorem feces exicãtem, niſi cum bilis ad imũ vẽtrem à natura propellitur. quòd rariſsimè in principio accidit, ſed in aliqua die decretoria. neq; alienũ à veritate eſt Hippocratis decretũ. 6. aphõrum vigeſsimo ſexto aphoriſmo. Quib9 in febrib9 ardẽtib9 tremores fiunt delirio ſoluũtur. Expoſitũ vt Auicena capite de cauſo explicuit. fingendo ſcilicet poſsibile eſſe tremorẽ ab humore flatuoſo, aut pituita vel alia cauſa, orientẽ ab ingenti febrili calore concitãte delirium diſcuti. ambobus malis, diſcuſo noxio humore, ſimul finitis.

Caput. xl. de medela cauſi febris.

PRIMA methodus. Poſſem in duo diuidere capita medelã cauſi, in ſpurii ſcilicet, & exquiſiti curationem. At cùm nihilo in pluri-

plurimum differant, quàm in pharmacis, quibus humor expurgandus eſt: exquiſitus enim, quæ bilem exactam purgant, poſcit: Spurius quæ pituitam ſalſuginoſam ſubducunt: in præſenti loco compendio quodam vtriuſq; medelã exarabo, ne in duo capita diuidendo, prolixior quàm eſſe cupio euadam. Si ergo indicationẽ ſumeremus à ſymptomate, quod magis in hoc morbo vrget, putà ab immoderato febrili calore, quem reprimere nulla alia febris adeò vt hæc poſcit. tam quod humor hic bilioſus calidior reliqs ſit, q̃ quod minus vereamur propter infrigidationẽ obſtructiones in his gigni. in nulla alia tãtũ febre epithematibus vẽtrẽ & thoracem refrigerare, oporteret quãtũ in hac, cũ à flaua bili pẽderet, ſecus à ſalſuginoſa pituita. at cũ ego adeo verear obſtructionẽ pororum cutis ex horum infrigidantiũ admotione. nunquam iis vti conſulo, niſi tunc cum in ſyncopin incidere ægrum ob maximam ſpirituũ reſolutionem timeo, quod rariſsimum eſt. ac tunc thoracis & ſtomachi regionem exalto fouere frigidis roborantibus liquoribus, de quibus ſupra meminimus, aceto roſato cõmiſtis iubeo. neq; & ſi frigida hæc, quibus fouere thoracem & ſtomachum præcipio, thoraci tepida admouerentur, nocere eidem exiſtimo. vt Aëtius loco citato de cura febris ardentis Philumeni putauit. quin plus prodeſſe, quàm actu frigida admota reor. tepore enim & aceti vi melius in alto corporis facultas medicamentorum migrabit, q̃ ſi frigida medicamenta admouerentur. neq; vereri valebit medic9, ne tepore laxa fiant oſſa, & muſculoſa caro, ac reliqua mẽbra quibus thorax conſtat. vt neruoſæ ſtomachi membranæ tepore reddũtur. illud enim Aetii. Oportet autem abũdè calidam eſſe aquam & oleũ, aut aquã & roſaceum, quibus irigari pectus & ſtomachũ iubeo. tepida enim partium firmitatem exſoluunt. Verum tantum eſt in ſtomachi regione & non in pectore, propter rationem relatam.

¶ Potionem aquæ frigidæ niue in 2. Metho.
frigidatæ non tantum conuenire his febrientibus, vt illis qui à ſanguine ægrotant, ſuadet diuerſa temperaturarũ natura. ſi enim biliosa patiẽtium cauſum à bili fuerit, & hæc perpendatur, & ſanguinea tẽperies eorum qui febre ſanguinis infeſtantur, certum erit quod ſanguineis & febrem à ſanguine patientibus, qui robuſtiores ſunt, ſecurius potio frigida vſq; ad ſaturitatem danda erit, quàm bilioſis & à cauſo ægrotantibus. vt in medela generica febrium diximus. Verum cum qui cauſo laborant, ingentiſsimam febrem patiantur. quia id quod à bili diflatur vi caloris febrilis, multo ardentius ſit, quam quod à ſanguine aut pituita ſiue melancholia diſcutitur. ideo liberalius dum virtus valida fuerit, & nulla obſtructio in viſceribus adſit, in cauſis quàm in omnibus aliis febribus, copioſa potio frigida cõcedetur, etenim etſi adeò carnoſa horum febrientium corpora nõ ſint. vt aliquorum qui febrem à ſanguine patiuntur, & inde refrigerationem tantam vt carnoſi minime poſcant. non ideo prohibẽda eſt in huiuſmodi bilioſis potio frigida. quin, vt dixi, liberali9 quam in aliis concedẽda. quòd maius ſit commodum ex remiſsione febris & in frigidatione ac denſatiõe bilis, quàm incommodum inde, quòd parũ plus in his quã in aliis vires deficiantur.

3.Metho. ¶ Cum hoc genus febris in pluri-
mum in æſtatis tempore infeſtet, in
de poſſet quis opinari,in eo ſangui-
nem non eſſe mittendum,quòd Ga-
lenus vndecimo methodi medendi.
ca.14.dixerat. ⁂ Et omnino quidē
non mittes ſanguinem in tempore
æſtatis, & regione æſtuoſa, & cœli
ſtatu calido ac ſicco. ⁂ Verum qui
ob id ſanguinem mittere,ab his aut
aliis febribus vexatis vetuit,perperā
agit, & enormiter aberrat,vt qui li-
teram Galeni nō intelligit. nam ibi
non prohibet, venam ſeccari in om
nibus febrientibus conſtitutis in re
lato tempore,regione,& cœli ſtatu.
Sed in quibuſdam tantum putà la-
xis,ſimul & mollibus,pinguibus,al-
bis,ac cum hoc etiam graciles venas
habentibus. vt verba eius quæ ante-
cedunt,& ſequuntur contextum re-
latum probant. inquit enim Gale-
nus parum ſupra citatum cōtextū.
⁂ Si enim cui ſanguis mittitur tri
ginta annos nat9 ſit,ſed lax9, & mol
lis,& pinguis, & albus ac gracilibus
venis. huic aut planè ſanguinem nō
mittes,aut parum detrahes. ⁂ Sta-
timque ſequitur contextus ductus.
⁂ Et omnino quidē nō mittes. ⁂
Poſt quem conſequitur, parum de-
trahes in reliquis tum anni tempo-
ribus, tum regione, tum cœli ſtatu.
Ergo cū febris hæc cauſus dicta æ-
ſtatis tempore inuaſerit,minus quā
in alio anni tēpore mittere ſangui-
nem audebis indicationem à tempo
re ſumendo. ſecùs ſi alia ſanguinem
mitti plus ſuadeāt, quàm temporis
ſtatus prohibeat. vtq; omnis timor
auferatur.& nullus craſſæ Mineruæ
medicus vereatur ſanguinē à febriē
te mittere in relato euētu. aliud Ga
leni decretum non diſsimile præte-
rito adduco,illud eſt ex primo de ar
te curatiua ad Glauconē capite de-
cimo tertio, quod in hunc modum
habet. ⁂ Ipſa præterea ambientis
aëris temperatura. loco accidentis
cuiuſdam habenda, quando exquiſi
tè calida ac ſicca fuerit, qualis eſt tē
pore medio inter canis ortum & ar
cturi.atq; ideo omnes quibus medi-
ci nihil omnino de temporum ſta-
tu cogitātes, ſanguinē abſtulerunt,
interierunt. ⁂ In quo minime pro
hibet in ſtatu aëris, quem recenſet,
ſanguinem auferri. vt in docti non
nulli opinantur. ſed non eſſe ſangui
nem tunc auferendum, nulla ani-
maduerſione de tēpore habita, qua
ſi dicat. medici qui adeo copioſè in
quouis homine cuiuſuis ætatis ſan-
guinem educebant. inter ortum ca-
niculæ,aut procyon, ſiue anticanis,
omnia nāq; hæc nomina ſyd9 illud
ſortitur, & arcturū, quæ ſtella quæ-
dam eſt in ſigno Bootæ oriens à ca-
nicula ferè poſt diem quinquageſsi
mum.canicula oriente ſeptimo ca-
lendas Auguſti.& occidēte poſt qua
draginta dies,interimunt ægros. do
cti nempe medici cum in horum ſy
derum ortu phlegbotomant. tantū
minus ſanguinis extrahunt, quantū
ſydus mitti vetat.
¶ An mittendus ſit ſanguis in cau- 4.Metho.
ſo.ſeu non, aliqui dubitare merito
poterūt. Eo ſcilicet quòd humor bi
lem exquiſitam(ſi exquiſitus eſt)pro
occaſione habeat, modo hanc po-
tius purgatione, quám venæ ſectio-
ne educendam eſſe,ratio ſuadet.etiā
quòd vigiliæ & mentis delirium cō
mitari febrem hāc ſoleant,quæ ſym
ptomata,abſente ſanguine, qui bilē
ipſo calidiorem,& à qua plurimum
oriri ſolent,temperat. augenda eſſe,
ſuſpicari merito poſſumus : quod
Auicena cap. de phlebotomia quar
ta fen primi veritus eſt, cum dixit.
⁂ Caue ne ægrū per ſanguinis miſ-

ſionem ad vnam duarũ rerum perducas, aut cholericorum ebulitionẽ aut frigidorum cruditatem. Etiam quia idem autor cap. de cura cauſi. prima quarti ca. 42. ſuperius citato dixit. Et non phlegbotometur, fortaſſe enim inflãmauit eos: Aetius etiam cap. 78. ſermonis primi tetrablibi ſecũdæ. vbi cauſo medet: de ſanguine mittendo mẽtionem nullam egit. Paulus quoq; libro. 2. cap. 30. ita de harum febrium curatione ſcripſit. Horum alterum fieri neceſſarium eſt, ſi perfectè morbus ſolui debet: aut bilioſos excerni humores: aut eoſdẽ extingui, excernuntur itaq; per ſudores, vomitiones, imum ventrem. Extingũtur autem frigidæ potu, quo nos vrẽtes febres, cauſos appellant, ex toto curauim9. In quibus, vt audiſtis, verbis ſanguinẽ mittere Paulus nõ præcipit. ventrem autem expurgari iubet. Porrò dubium hoc nulla rationali coniectura adeo abſolui vere poteſt. vt euentibus valet. Sæpe enim multa, quæ in morbis prodeſſe nonnulla ratione fulti opinamur, cum eis vtimur, noxam inferre experimur. ac cum millies expertus ſim in hoc morbo, ſanguinis miſsionem non valde copioſam in tertia aut quarta die à morbi initio exercitam prodeſſe, maxime cũ vrinæ rubræ & ſpiſæ, aut tantum rubræ fuerint, vel ex flauitie & magna tenuitate in ruborem vergunt. Hanc fieri præcipio, neq; alienũ à ratione eſt, conferre in hac febre ſanguinẽ miſſum, quia à bili per febrem efferuecẽte ſanguis ipſe immodicè calfiat, multosque vapores in cor & caput pellat. Quib9 & pur9 ſanguis cordis inficitur, & dolore caput infeſtatur, ac vigiliæ & deliriũ augentur, à ſanguine enim immodicè calido, præſertim vi caloris ſicciore verſo, delirium & vigilias concitari, nullus in medicina peritus dubitat. quæ omnia eo miſſo pauſant, ac ceſsãt. vt eo præſente augentur, & creſcunt, quo ſoluitur obiectio illa. qua prohiberi ſangunis miſsionem ſuadebamus. nam & ſi ſæpius à bili quam à ſanguine delirium & vigiliæ ortum trahãt, à ſanguine tali qualis dictus eſt. Poſſe hæc ſymptomata fieri, aſſeueramus. Ac tunc venæ inciſsionẽ conferre, maximè cum expulſibus magnis, auctum eſſe ſanguinem coniectam9, notiſsimum eſt. neq; huius decreti Auicena oblitus eſt in cap. citato de cura cauſi ibi enim ſic retulit. Et nõ phlegbotometur fortaſſe enim inflãmabit eos, & fortaſſe iubabit eos, ſi fuerit illic turbiditas & rubedo in vrina. Auicena nempè quarta fen primi vetuit. ne cum ſyncera bilis redundat, & nullus ſanguis impurus neq; purus abũdat, vena ſecetur. nos autem impurũ illum ſanguinem iam quòd non ob aliud vitium, quia immodicè inflãmatus & ſemiuſtus propter ſuperfluum calorẽ cauſi ſit extrahere iubemus. Nempe Paulus Aegineta de ſanguine mittendo mentionem trigeſimo cap. lib. 2. non egit, quod in cap. 18. relati libri de curatione febrium putridarum huius præcepti meminerat, dixerat quippe in exordio capitis. Si vires ſunt validæ ei, qui ex putredine febricitat, ſanguinem dimittes protinus. Modo cruditas in ventre non exiſtat. Et cũ inter putridas cauſus recenſeatur, inde viſum eſt illi, ſuperfluum eſſe, iterum de ſanguine mittendo præceptum ſcribere. Aetius per eundem modum exponẽdus eſt. nam ſermone primo tetrablibi, ſecũdæ ca. 75. de febribus putridis ſcripſerat. Cũ

igitur

igitur vires fuerint fortes, vena &
his ſecanda eſt,niſi cruditas ventris
aut alterius cuiuſdam partis prohi
beat. Horum vterq; relatas ſen-
tẽtias ab Hippocrate inde victus ra
tione in morbis acutis lib.4. vſurpa
uit. retulerat enim illic Hippocra-
tes. In acutis morbis ſanguinem
detrahes. ſi vehemẽs morbus videa
tur,flolueritq; ægrotantis ætas & vi
rium adfuerit robur. Quiquoq;
contextus noſtrum præceptũ de ſan
guine detrahendo à patiẽtibus cau-
ſum roborat. nam ſatis acutus & ve
hemens morbus febris hæc eſt. & e-
tiam velut Hippocrates .præcepe-
rat,vbi vires validæ ſunt, ſanguinẽ
mittere nos iubemus, & nõ in aliis.

5.Method. ¶Si horum febrientium venter lu
bricus nõ fuerit, cliſteria poſt feces
cliſteribus communibus aut ſponte
extractas iniicies, quæ conſtẽt ex de
cocto maluarum,& ordei,ac viola-
rum, & prunorum, oleiq; violacei
vnciis duabus,olei roſati vncia vna
& duobus oui luteis, quibus ſaccha-
ri vnciæ duæ addẽdæ ſunt.quæ cum
dormitum iuerit,recipiat febriens,
verum cum venter immodicè lubri
cus fuerit, & ſi adhuc per quinque
dies lubricitas perſeuerauerit, co-
hercere eiuſdem lubricitatem, non
tẽtabis,niſi adeo immodicus ſit flu-
xus, vt vires ægri inſigniter labefa-
ctari noueris, vel in tantum acrem
eſſe humorem,qui fluit, vt excoria-
ri inteſtina,palàm intelligas,ſiue ex
inteſtinorum corio cum fecibus ex
creto, aut ex ſanguine miſto feci-
bus, præcedente moleſto dolore in
ſuperioribus,aut inferioribus inte-
ſtinis ex pulſo. tũc enim medicamẽ
tis adſtringentibus vti iubeo, vt vi-
res reſtaurentur,& inteſtinorũ vul-
nus vlterius non procedat.

6.Metho. ¶Aluum ſoluẽdam eſſe in hac ac-
aliis plurium dierũ febribus,ſi quo-
que vires ægri id tolerent:nemo am
bigere valet. quòd nos eas vocamus
febres plurium dierũ, quas antiqui
putridas dixere, modo putridũ ſeu
immodicè redundãtem ſuccum po
ſcere ſui vacuatiouem, cui indubiũ
venire poteſt? hoc tamen quod ſta-
tim ſubiungã peculiare huic febri
eſſe,omnes intelligant. in nullis bi-
lioſis febribus adeò noxiũ eſſe vſum
ſcamonii & aliorum purgantiũ me
dicaminum calidorum ac pharma
corum id recipiẽtium velut in cau
ſo. quod hic poſcat refrigerantia,
multo plus quàm aliud gen9 febris,
& ſcamonio ac aliis medicinis eiuſ-
dem facultatis calorificæ.bilis effer
beſcit,& turget, effreniſq; verſa ſæ-
ua ſymptomata infert.qua propter
in his conuenire ſubductionem fie-
ri per caſsiam fiſtularem,manã,pru
na, violas purpureas, & thamaros
indos & id genus alia conſulo. eiuſ-
dem ſententiæ fuiſſe Aetium. ca.78.
tetrablibi ſecundæ ſermonis primi
verba eiuſdẽ oſtendũt, inquit enim.
Primum itaq; leniter ac blandè
hanc febrem aggredi oportet.
Quaſi his vetuerit, ne acribus medi
camentis vim ſubductricem haben
tibus vtamur.

¶Quamuis ſatis breuis hic mor- 7.Metho.
bus eſſe ſoleat,& intra ſeptimum cũ
ſæuis accidentibus hunc finiri, im-
plurimum accidat,nõ ideo poſt cru
ditates ſtomachi,& feces ventris ex-
purgatas,audebis in hac febre tenui
ſsimo victu vti. ne deficiente alimẽ
to;quod vim humectãdi habeat,bi-
lis acrior reddatur. & ſæua ſympto
mata vigiliarum & delirii (vt ſupra
cauimus) contingant. veſcatur ergo
febriẽs piſcibus paruis, & pullis gal
linaceis, aut perdicum coctis, cum
lactucis, aut aſsis cum aranciorum

ſucco, aut omphatio, neq; tantum
iis auibus,tranſatis tribus diebus,v-
tatur in prandio,verum & in cœna,
ouis quoque recentibus cum prædi
cto omphatio, quo ſecuriores red-
dũtur.ne comburi,aut viciari in ſto
macho poſsint, veſci valebit æger,
lactucæ,intibum,melopepones,præ
ſertim hyemales, ceraſa acria, & a-
lia huiuſmodi, de quibus in capite
de medela generica febrium memi
nimus,immoderata quantitate: cũ
prædictis auium carnibus manden-
da ſunt. nec audiendus in præſenti
propoſito Paulus.ca.30.libri. 2. erit:
qui ita dicebat.« Nam qui arden-
tibus febribus conflictãtur,ſola po-
tione ſuſtentãdi ſunt.» Quòd hoc
decretũ à nobis in præſenti metho-
do & antecedẽtibus,in generica me
dela febrium ſit increpatum.

8.Method. ¶ Poſt ſumpta pharmaca quibus
purgare hos febrientes præcipio. vi
giles eoſdẽ ægros manere, minime
cõſulo. vt in plurimis morbis medi
ci iubere ſolent.quin non tantũ per
mittendi dormire hi ſunt. verum
inuitandi,ac alliciendi,vt ſomnum
capiant.priuſquàm venter vi phar-
maci exolui incipiat. non enim ve-
remur, ſumptis lenientibus, poſſe
ſomno purgationem cohiberi,& ſæ
ua ſymptomata à detento medica-
mẽto emanare. quòd ea,quæ in præ
cedenti methodo ad exoluendum
ventrem conceſimus. nullam vene-
natam qualitatem habeant. imo eo
rum plurima alendi facultate præ-
dita ſint. etiam quia etſi accidiſſet,
quod veretur aduerſus. maius emo-
lumentum ex ſomno conciliato æ-
gris his, qui vigiliis ſolẽt moleſtari,
ſequitur,quàm incõmodũ ex phar-
maci detentione. præſertim quòd
cliſmo parũ acutiori excitari aluus
poterit. & ſæpiſsime facultatib9 na
turalibus ſomno validioribus ver-
ſis,& medicamẽti vi in diſtantiores
partes diſtributa, largius venter ſol
uetur,quàm ſi vigil poſt ſumptionẽ
pharmaci perduraſſet.idque ſuade-
bat Auicena de medela cauſi, cũ di
xit.dormiant ſuper aquam thama-
rorum indorum.

¶ Si ventre ſoluto iiſque prædixi- 9.Met
mus,poſt adſtrictus manſiſſet,cõſen
taneum foret decretum Hippocra-
tis,vel illius qui contextus cõmenta
rii.4. de victus ratione in morbis a-
cutis compoſuit,ſequi. Præcipiebat
enim parum poſt libri principium,
patientes exquiſitos cauſos, aquam
mulſam aquoſam & coctam quan-
tum voluerint bibere.& vlterius ad
debat. « Verum ſi ad hæc non ap-
periantur lactæ aſinæ cocto purga-
bis.» Nos autem loco aquæ mulſæ
medicamenta lenietia conceſsim9,
caſsiã ſcilicet,pruna,mãnam,& tha
maros indos, ac alia plurima quorũ
ignotus erat vſus, temporibus Hip-
pocratis. poſt quæ in præſentiarum
lacte aſinæ cocto purgare,ſequentes
Hippocratem,vt diximus,iubemus.
At ſi ingratum febrienti per coctio
nem lac fuerit, eo recenter mulcto
vti conſulo, non enim adeò eſt verẽ
dus flatus,qui ex lacte crudo fit in fe
bribus his ardentibus, vt metu eius
potionem adeò neceſſariã his ægris
interdicamus. Porrò expono ego
verba illa. « Verum ſi ad hæc non
apperiantur. » Vt id ſignificent,
quòd ſi poſt mulſam aluus lubrica
non perduret, ſed etſi in aliquo die
ſoluatur adſtricta poſt pſeueret. La-
cte vtendũ ſit. & ſequendo hanc no
ſtram præſentem methodũ.ſi ſump
ta caſsia, aut mãna, aut prunis, ſeu
thamarindis, vel alio ex prius rela-
tis medicamentis,aluus in ſequenti
bus diebus lubrica non duret. quòd
etiam

etiam lac aſinæ bibat febriens con-
ſulimus, maximè in matutinis ho-
ris. dumq; æger ſe grauari eo nō ſen
tiat.neq; fumoſum aut quàm maxi-
mè acidum,ægrum eructare, medi-
cus noſcat.certè ſi parum lac aceſce
ret,vitare vſum eius non iubeo.ma-
ximè ſi ægrotāti gratum ſit. namq;
ſi lac acidū à rebus externis verſum,
conferre his febrientibus fatentur
medici, proficiet magis quod intra
ventriculum acidum vertitur,quia
priuſquā aceſcat, ſuis frigidis & hu
midis vaporibus bilis feruorē repri
met,& ſomnū alliciet, neq; nō eiuſ-
dem aliquid in ſanguinem laudatū
vertetur.

10. Metho. ¶ Non raro his febrientibus deli-
rio correptis contingit, neq; cibum
neq; potum petere,etſi vtroq; quam
maximè egant. non ergo qui his in-
ſeruiunt,& medicus,qui eos inuiſit,
debent negligere alimenta eiſdem
exibere, ſaltim iuſcula, ſi ſolida &
maſticabilia reſpuant, & aduerſen-
tur, & potione frigidæ inuitare.vi-
demus nempè ſæpiſsimè horū plu-
rimos linguas aridas, nigraſq; habē
tes,& aquam præ delirio obliti non
petētes. Si aqua inuitamus, & ad os
calicem ea plenum admouemus, in
gente quantitate eiuſdem nonnun-
quam ſe ingurgitare.

11. Metho. ¶ Si aliquorum febrientium capi-
tibus admoueri quæ refrigerant, ſi-
ne noxa poſſunt, horum præcipuè
ſunt. quod enim in reliquis id fieri
vetat,in his inuitat. timemus nēpè
cum humores ſanguinei,melancho
lici,aut pituitoſi,occaſio febris ſint,
ne frigidis capiti admotis diſcuti
prohibeantur. detētiq; deliria aut
graues ſopores concitent. at cum te
nuis bilis infeſtat, infrigidātibus ſæ
pe craſsior & ad mediocrem conſi-
ſtentiā verſa, promptior excretio-
ni facta, per narium aut palati mea
tus,quod rarum eſt,aut per aluū de-
ſcendens extra corpus pellitur.neq;
parum conducit,ad noſcendum ge-
nus humoris,quo caput grauatur ex
relatione ægri ſcire.an capiti admo
to oleo roſaceo,& quarta aceti par-
te, melius vel deterius ſe habere ſen
ciat æger.ſi enim vigil dormiēs fiat,
& qui pulſationem temporum pa-
tiebatur,eandē amittat,&cui caput
dolebat,ſine dolore reddatur, certū
erit à tenui vexari bile. at ſi oppoſi-
tū contingat,ſanguinē craſſum, aut
pituitam,ſiue melancholiam, redū
dare,merito ſuſpicabimur.

¶ Quanquàm proficuam eſſe,refri 12. Meth.
gerantium,quam dixi,capiti admo
tionem; multo ſecuriorem iudico.
pauco aceto roſato & aquæ roſatæ
ſex tuplo.linteum tenue madeface-
re & narib9 febrientis ſæpe approxi
mare,vt vapor horū in cerebrū dela
tus ipſū roboret & infrigidet.fumi-
q; à toto corpore aſcendentes infe-
rius pellantur.ex horum enim inde
centi vſu ob medici errorem non ti
metur pororū cutis capitis obſtru-
ctio.vt ex præcedētibus exterius ap
plicitis.neque inutilem eſſe reor cō
miſtionē ſeminis papaueris albi le-
uigati,aquæ roſatæ, & aceto prædi-
ctis,vel aquæ in qua violæ purpureæ
maceratæ ſint.maximè ſi vigiliis fe
briens infeſtetur. cōmiſcere quoq;
his omnibus nonnihil camphoræ
ſi ingratus odor eius febrienti non
ſit,prodeſſe exiſtimo. dūtamen hæc
omnia non niſi vt quæ repellunt, in
principio delirii aut vigiliarum ap
plicentur,diu namq; admota ſpiri-
tus extingunt.

¶ Qui poſt medicamenta purgan- 13. Metho.
tia à nobis recenſita,febre adhuc va
lida vexantur, & neq; lacte neq; fri-
gidorum admotione, quorū in præ
cedenti

cedenti methodo meminimus,ſomnus allicitur. quin vigiles noctu & interdiu perſiſtunt,quod ſæuiſsimũ ſymptoma in his eſt.quia ſuper venturam phrenitidem minatur,ii noctu poſt duas horas. à cæna ſyrupi papaueris vncias duas vel tres cum tantundem aquæ vbi violæ maceratæ ſint,bibant.ſtatimq; lucernis omnibus à triclinio in quo æger cubat, extinctis. & mollibus frictionibus crurum factis,ſomnus cõciliari procuretur. Sandalis, roſis,violis,foliis vitis, & canarum, nimphæa, ſalicum foliis,& aliis refrigerãtibus ſupra pauimentum triclinii à morbi prima die aſperſis.nam hæc ad ſomnum alliciendum, atq; ad bilem tenuem ad mediocrem conſiſtentiam ducendum,non parũ conducunt.in quem vſum quàm maximè prodeſt crurum lotio, ex decocto herbarũ ſuperius dictarũ,papauerũ corticib9 & chamæmello atq; aneto additis. vt horũ duorũ attrahẽdi vi, humor qui in caput repebat, deorſum feratur, lactucas crudas vel coctas in vltima cæna comedere, etiam in relatum vſum confert, & etiam veſci in meridie cucurbitis teneribus, cum pullis gallinarum decoctis.

14. Metho. ¶Conficere paſtillos ex rebus infrigidãtibus qualia ſunt,roſæ,ſemina portulacæ, & intibi, ac melopeponis nec non,citruli,ac alia eiuſdẽ facultatis, & camphora, docuerunt Auicena cæteriq; Arabes, & Latini practici oẽs. vt iis diſſolutis in aliquo ſucco pomorum acidorum vel malorum punicorum, vel aqua ex herbis frigidis ſublimata vteretur in potionibus matutinis æger,à quo iam ſanguis miſſus ſi mittere eũ liceret eſſet.et aluus medicamentis expurgata. at ego lac aſinæ his omnibus præſtantiorẽ eſſe diſiudico.ideo abſtinere à recenſitis conſulo, dum non ſit, quid lacte veſci prohibeat, verum cum lac ob rationem aliquã interdicatur.Et febriens libẽter potiones relatas ſumat. vti eis non veto. dum tamen trochiſcis adſtringẽtibus quales ſunt, qui ſpodium recipiunt, & ſi venter lubricus ſit, non vtatur, qui febrit. Raro enim cauſum cum immodico alui fluore interfeciſſe vllum febrientem memoror. & vt vera fatear nullum ex his febrientibus à me curatum, quod memoria conſequar: cum prædicto ſymptomate vita functum fuiſſe,vidi. Si tamen medico alicui nonnullus æger paratus periclitari propter ventris fluorem & ſimul hanc febrem offeratur. vti relatis ex camphora trochiſcis, & aliis adſtringentibus medicamentis,non prohibeo.

¶Cum ſaluberrima & frequẽs hu- 15. M
ius febris cum ſudore (quem præcedere rigor conſueuit) finitio ſit. quãuis non raro cum alui fluxu tantum vel ſimul etiam cum ambabus excretionibus cõtingat.quod pluries, me vidiſſe,recordor. Vtile his ægris eſſe diſiudico, qua vis in die ſudor incipiat:eum ſine magna moleſtia ſtragulis ſuper iniectis & copioſa aquæ bugloſæ potione augere. Verùm ne aliquis putet, quàmmaxime conuenire his incipientibus ſudare. non permittere in lectis moueri: neq; tãtillum manum aut caput detegere. ſciant omnes ſudorem illum quem præceſsit rigor, non tanta cautione egere.poſtquàm enim rigor cauſum patientem corripit,certum eſt morbum iam tunc finiri. non ergo inepta cautione æger in vitæ diſcrimẽ ducendus eſt. accidere enim poteſt ſyncope,à qua non releuetur,corripi febricitem. liceat ergo his (cũ ſudore maximè anguntur) in aliam & aliam

aliam tori partem cubantcs,tranſire. dum tamen nō ſtatim vt vni parti ſe applicant.in aliam vergant.ſed in qua vis per vnius quartam ad minus perdurent. hac enim licentia fouētur ægri reſtituūtur vires,& quod potiſsimū eſt, ſomnus allicitur (qui aliâs angore auferretur)& ſudor augetur.

16. Metho. ¶Solent ſæpiſsimè qui rigore & ſudore ab hoc morbo in. 7. vel in aliquo ex antecedentibus diebus euadunt, poſt paucos dies in alias eiuſdē naturæ recidere febres. atq; adeo frequenter hoc in aliquorum annorum tempeſtatibus fieri vidimus, vt pauci aut nulli ex prædictis cauſis, anno.1528.& præſenti.1556. viſi ſint, qui recidiui ſemel ac bis nō fuerint. quod me ambigere, ac hæſitare in priore tempeſtate anni.1528.fecit. vtrum cōueniret mederi rediuiuis febribus illis, ſanguinis miſsionib9 & medicamentis aluum purgantibus, vt cum primum inuadebant. facere eram ſolitus, vel ſolæ naturæ cōmittendæ forent.etiam an in intercapedine illa decem vel duodecim dierū (non enim prolixius eſſe recidendi tempus illud conſueuit)in qua in totum bene habere ægros experiebamur. conueniret pharmacum. ſubducēs conferre.vel venam ſecare, vt recidere in febres,vetaremus,vel nō. & vt paucis quod tūc decreui abſoluam.ſcitote me primum neglegiſſe, mederi ſcilicet febribus redeūtibus: quòd conſcius mihi eram, fœliciter omnes quæ in hominibus nedum ſeſageſsimum annū attingentibus cōtingebant, intra quatriduū cum ſudore quem nō præcedebat rigor, vt cum primum eidem inuadebant,ſolitus antecedere erat, finiendas.atq; etiā quia ſemel & bis experimento comprobaui,in intercapedine relata,ſoluta per pharmacum aluo, nihil profeciſſe:nec recidere ægros vetuiſſe,curam habere præſeruandi reliquos, qui recidere parati erant deſtitiſſe. & nequis noſtris verbis fidē adhibens decipiatur:quòd opinetur me aſſeueraſſe,omnes cauſos recidiuos & ſalubres fuiſſe.animaduertite me ante nō dixiſſe,reuiuiſcere alios, quàm eos,qui in ſeptimo vel antecedentibus dieb9 finiebātur. quod perpetuū fuit anno relato.1528.& præſenti frequentiſsimum. ſiue cum rigore & ſudore aut cum alui fluxu finirentur.qui enim ſeptimam tranſibant diem,non ante decimam quartam in plurimum pauſabant,quorū nulli9 iterum redibat.& quod admirationem inducebat,id erat:quòd illi qui intra ſeptimū ſani euadebant, bis poſtea recidebāt, & alios ſeptem dies in vtriſque febribus rediuiuis abſumebāt.vt tandem omnes febres æqualiter perdurarēt, nullæque decimum quartum pertranſirent diē. etiam conſiderate, quod ideo relatarum febrium dixerim plurimas fœliciter finitas. vt noſcatis, omnes illas quæ homines proximos ſeptuageſsimo anno inuaſerunt, mortales fuiſſe.ſiue continuæ forent & durantes ad decimum quartum diem,ſiue in ſeptima finirentur, & poſt reciderent. vniuerſæ tamen antecedentes ætates inuadētes ſalubres vt dixi fuerunt, poſt milleſsimum quingēteſsimum vigeſsimū octauum annū paucas relatæ naturæ me vidiſſe, febres memoror, niſi eas quæ in præſenti anno vagantur. Porrò dolēdum eſt, quòd nullus medicorum quos ego noſco,fuerit, qui in priori conſtitutione inuadendi & redeūdi modos, quos dixi cauſorum, obſeruauerint. quorum ignorantia rediuiuis medēdo nōnullos interfeciſſe audiui. iſti

enim

enim cauſi qui cum rigore, in ſeptima finiuntur. poſtquàm recidunt nullo medicamento egent. præterq̃ decenti victus ratione vti. & ſpectare quartam vel quintam diẽ in qua indubie ſudor quod frequentiſsimũ eſt,vel alui fluxus ſuperueniet.quib9 morbus finitur.quando enim recidiuis indocti medẽtur, & aluum eorũ ſubducũt, qui prompti ſudare erãt, vel venam ſecant his, qui ventrẽ copioſè exoneraturi in die decretoria erant, in vitæ diſcrimen ducunt ægros & aliquos vt retuli,vitãdo vel augendo chriſes interimũt. & quod ſcio nõ paucos quæſituros à me quo modo verum eſſe,valeat. quod prædixi,expertum ſcilicet me fuiſſe,vitari nõ poſſe,pharmacis, aut ſanguinis miſsionib9, aut aliis remediis recidiuas cauſorum.nam videtur hoc aduerſari rationi, quia ſi quæ reliquuntur in morbis poſt iuditium recidiuas facere, conſueuerunt, vt dixerat Hippocrates. 12. aphoriſmo. 2.particulæ & id concoqui & educi poſsit: quid obeſſe poterit,aluo per pharmacum expurgata, aut vena ſecta,quòd ille humor à corpore educatur, qui aliàs recidiuam facturus erat.ideo his vnico verbo reſpondebo. eſſe ſcilicet humorem febriũ in illa tẽpeſtate graſſantium in aliquibus vaſis corporis adeò arctis incluſum vt niſi febrili calore vaſa illa dilatentur, pharmaco nec ſanguinis miſsione educi valeat, quod ita eſſe euentus ipſi docent. aut ſi ratio hæc non placet, tu aliam quære dummodo nõ neges, id quod ſi obſeruare tẽpore præterito voluiſſes, verum eſſe experireris.

17. Metho. ¶Balneũ vtile eſſe his qui cauſum patiuntur dixit Aetius.ca.79. ſermonis primi tetrablibi.2.& Raſis trigeſſimo continentis. ca. 2. tractatu.6.& Aui. ca.42. tractatus ſecundi de medela cauſi,& Paulus his omnibus antiquior.ca.30. libri ſecundi. differũt tamen Paulus & Auicena:quòd Auicena in vltimis verbis capitis citati ſcripſit. Illi in quibus magis diligitur balneum ex eis ſunt, quorũ febris eſt ex phlegmate ſalſo. Paulus autẽ dixit. Porrò balneũ illis ſolum vſui eſt,qui citra tumorem inflãmatorium aut eryſipelatiuũ ardente febre laborãt.Quòd ſi vero cõcoctionis notæ percipiantur,multo magis ipſis cõducet.Qui ex ſalſo humore febrem ardẽtem conceperũt, his eſt inutile. Quorum ſentẽtiæ ex contextus ſerie viciatæ nõ apparẽt,ſed ex profeſſo aduerſæ. Ego qui nunquam hoc præſidio in huiuſmodi febrib9 vſus ſum, experimẽto minime decernere potero. quid horũ fælicius medicis & febrientibus ceſerit.Verum ſi ratione ducar Auicenæ decretum præferẽdum Pauli decernam.nẽpè cum illud dicatur magis alicui prodeſſe q̃ alteri,quod ad excernendum morbificã cauſam illius plus confert; q̃ alterius. & ſalſa pituita rebelior ex natura propria per ſudorẽ aut aliter per cutim diſcuti ſit, q̃ bilis ipſa multo tenuior. ſupereſt verum eſſe, balneum hanc educens multo huic vtilius dicendũ quàm bili:quæ ſine balneo diflari ſæpiſsimè ſolet. indeque etiam recte Auicenã quæ audiſtis dixiſſe. & Paulum perperam.certe ſi balneum frigidæ aquæ inutile eſſe febrientibus à pituita ſalſa fateretur Paulus. vt qui timeret ne conſiſtentia pituitæ aquæ frigiditate craſsior, q̃ deceret fieret. audiendus merito eſſet. at cùm id non expreſerit,ſed in vniuerſum & confuſe loquẽdo,illud reprobauerit:merito à nobis taxatur.& tãdem præſenti methodo decernim9.

nullum

nullum balneum calidũ ſcilicet aut frigidum cauſum à bili patientibus competere: quòd frigidũ cutis meatus obſtruendo, febris cauſam diſcuti prohibebit. calidum tenuiorẽ & calidiorem vertẽdo bilem, ipſam furere efficere poterit. Si qui enim ex his balneis frigidis aut calidis curati euaſerunt, non præſidio, quo vſi ſunt, tribuenda ſalus erit. ſed virtuti forti errata medici corrigenti.

Caput. xlj. De eſſe ſignis febriũ prouenientiũ à bili notha, in quo nõulli errores de bilis coloribus deteguntur.

VT earum, quæ ab exquiſita bili pendẽt, febrium eſſentiam & ſigna ac medelam in diuerſa capita ſum9 partiti: ſic harum quæ à notha originẽ trahunt in tot diſtinguemus. vtque perplaniſsima procedamus, cõſentaneum eſt exprimere, quid notha bilis ſit: vt huius natura exactè cognita, appertiſsimum ſit: quas febres ab ea ſuboriri dicamus. quàmquàm enim ſperamus librum peculiarẽ de humorum ſpeciebus & modo generationis eorũdem condere (quod innumera confuſa & perperam ſcripta de illis ſint) quod neſcim9 an hoc Dei clementia nobis permittẽdum ſit in præſenti loco breuiter & in cõpendio de nothabili, quæ ſequũtur, exaramus. Primum quod ſi Galeno fidem adhibemus in commentario primo libri de natura humana bilẽ ſimpliciter & ſine adiectione ſolam palidam aut flauam nominari. dicebat enim in loco citato ipſe. ⁂ Primum faciendum mihi eſt, vt commune non tantum medicorum ſed omnium Græcorũ inſtitutum apperiam, qui bilem ſine adiuncto cũ palidam ſignificare aut flauam nominãt. nam hæc ambo nomina de vna ſpecie humoris vſurpari humiditate & ſiccitate differente, dudum diximus. reliquas quasuis biles nõ ſine adiunto proferunt, æruginoſam appelantes, aut atram, aut rubram, aut praſinam. ⁂ Non tãtum quod prædixi aſſeruit, verum quas biles cum adiuncto vocandæ biles ſint, expræſit. æruginoſam ſcilicet, atram, rubram, & praſinam. & in eiuſdem libri cõmentario primo citato. prius quàm quæ ducta ſunt, ſcriberet prædictis addidit complures alias. nam loquendo de ſpeciebus expuriæ bilis dixit. ⁂ Nam eruginoſa apparet & fuſcabilis, quam cæruleã appellant. Item rubens quædam & praſina. nec non aliæ, quas nominatim exprimere nequeas. ⁂ Vbi in vltimis verbis innumeras diſcripſiſſe palàm patet. harum compoſitionem parũ ex præſius ſecũdo libro de naturalibus facultatibus. cap. vltimo docuit dicens. ⁂ Sanè in atræ bilis ſic vſtæ ſpeciem etiã vitellina illa ſubinde vertitur: quoties ipſa quoque igneo percocta eſt calore: reliqua bilis genera partim ex iam dictorum mixtura conſtant vniuerſa: partim tanquàm viæ quædam ſunt, ad harum tum generationem, tum inter ſe mutationem. diſtant inter ſe, quòd aliæ meracæ ſint ac ſolæ, aliæ veluti ſero quodam imbutæ. Verum ſeri genera quæ in ſuccis habentur, omnia ſunt excrementa: purumq; ab iis eſſe poſtulat animalis corpus. ⁂ In quibus ſententiis dicere videtur Galenus, quòd ex his ſpecieb9 bilis, quæ

ſimpliciter & ſine adiuncto biles nominandæ ſunt, aliæ meracæ ſint, ac ſolæ ex quib9 tertianam exquiſitam gigni, diceret aliquis, & quòd aliæ quæ ſero ſunt imbutæ, materia notharum tertianarum ſint. at quòd prædixit ex ſuperius à ſe ſcriptis humoribus, commiſtis ſpeciebus bilis, poſſe meracas biles fieri. & ex melãcholia (de qua prius egerat) & bile cõmiſtis, non fiat exacta tertiana, vt infra docebimus. inde patet, quòd hæ quas hic meracas biles appellat, non ſint, à quibus exquiſita tertiana pendet. & ne ſingula Galeni debili decreta, vt id abſoluam, in præſenti loco afferam, ſed breuiter ab his me expediam: ſententiam tantum eiuſdem ex nono capite libri primi de arte curatiua ad Glauconem, in quo de exquiſita tertiana agit, proponã. vt cognita natura humoris, qui illã efficere aſſueuit, vt ipſe inibi putauit: manifeſtum ſuperſit: quas nothas biles appellet. & cum parum poſt principiũ capitis citati dicat. flauam bilem eſſe, à qua exquiſita tertiana pendet, quia flaua bilis humor inter omnes, qui in corpore ſunt, aridior calidiorq; exiſtit. quod etiam commento. 59. aphoriſmo. 4. libri confirmauit. inde ſequitur: reliquas omnes expurias vocari, quæ nothas tertianas efficere natæ ſint. nam verbis prioribus capite. 9. de arte curatiua ad Glauconem, quæ hũc tenorem ſeruant. ※ Exquiſitam ergo tertianam vt quæ ex flaua bili commota inualeſcat, quanto magis fieri poteſt refrigerare opòrtet, atq; humectare. ※ Conſideratis, non pallidæ bili, quam in commentario primo libri de humana natura ſimpliciter bilem vocari dixerat. tribuit Galenus, poſſe efficere exquiſitam tertianam. quanto magis aliis, quas ſic ſine adito nominari vetuit, nec aliud in commento citato quinquageſimo nono aphoriſmo. Galenus ſenſit, cum dixit. ※ Exquiſita igitur tertiana erit, quæ ſui ipſius naturam puram ſynceramq; ſeruat. ſeruat autem, vbi flauam bilem habet, vt dixi dilatam & motam. ※ A palida ergo & vitellina & æruginoſa, & praſina, & rubra ac reliquis omnibus, excepta flaua. febres bilioſæ ſpurie vocandæ erunt: ſi quæ audiſtis Galeni decreta, ſequi velitis, at quòd ea nõnullas pariant difficultates & redargutiones. has primum diſcutiamus: ac poſtea, quod verum eſſe, putamus, palam proponemus.

¶ Primum ergo quod ſcrupulum infert, eſt. an verum illud parum ſupra à Galeno aſſertum ſit. flauam bilem humorem eſſe inter omnes qui in corpore ſunt calidiorem. hæſitare nempè facit eiuſdem Galeni in libello de atra bile ſententia, quæ in hunc modum habet. ※ Bilis autem flaua vt tenui miſta humiditati, & colore palidior, & conſiſtentia humidior redditur: ita cum diflata ipſa admodum fuerit crudorum ouorum vitelo ſimilis apparet. atquè ob id vitelina vocatur. ※ Modo ſi ex flaua per diflationem, quæ à calido neceſſario fit. vitellina gignitur. hæc calidior ac ſiccior flaua bile erit. & per conſequens falſum vtrumquè Galeni aſſertum flauam ſcilicet bilẽ, humorem eſſe, inter omnes, qui in corpore ſunt, calidiorẽ. Aliud etiã quod augit eſt à flaua tantũ prouenire exquiſitam tertianã. exquiſitior enim videretur febris illa, quæ à vitellina calidiore & ſicciore oriretur.

Quædã dubia proponuntur ac ſoluuntur.

¶Neque præterita inferior dubita
tio hæc eſt. vtrum ab æruginoſa aut
praſina bile febris tertiana oriens,
exquiſita tertiana, dicenda ſit. nam
ſi inde Galenus credidit, ſolam fla-
uam bilem exquiſitam tertianam ci
to finibilem efficere. quòd calidior
& ſiccior reliquis corporis humori
bus bilis flaua ſit. cum ex eiuſdem
aſſertis probare valeamus, praſinam
ſiue porraceam & æruginoſam mul
to calidiores & ſicciores flaua bile
eſſe. inde ſequi videtur, à relatis ex-
quiſitam tertianam exoriri valere.
Sed quod æruginoſa & porracea ta-
les quales à me ſunt aſſerte, à Galeno
ipſo prædicentur. inter plurimos lo
cos ſententia libri decimi de ſimpli
cium medicamentorum facultati-
bus capite de felle expreſit. ⁜ Nam
ſeroſo recremento flauæ bili com-
miſto pallidam conſtitui contingit.
ſicut & pallidam pluſculum excal-
factam, conſiſtentia reddi craſſam,
colore autem flauam. quin & in ani
malibus apparet flaua quidē iis. quæ
magis ſunt calida, quæ vero minus,
pallida, & vbi calida animalia aut
famæ aut ſiti torquentur, ad atrum
colorem vergit, interim illum ha-
bens æruginoſum, interim cærule-
um, interim iſatidis qui quidem ma
gis eſt. calore braſicæ fuſcus. ⁜
Si enim cum calida animalia fame-
ſcunt, vel ſitiunt. Tunc plus humo-
res vrunt, quàm cum alimento abū-
dant. æruginoſa & praſina, quæ tūc
fiunt ex Galeni aſſertis, calidiores
erunt, quàm flaua bilis.

¶Par relatis dubiis erit: vtrum pra
ſina ſiue porracea bilis (idem enim
eſſe ex Galeni aſſertis patet) in ven-
triculo gigni, quandoq; ſoleat, & cæ
teræ in iecore vel eiuſdem vaſis. nā
hoc non parum intereſt ad medelā
febrium ab his prouenientium re-
cte exercendum. Videtur enim Gale
nus propè finem libri ſecundi de tē
peramentis, id velut indubitatum
aſſeruiſſe: cum ſigna, quibus hanc in
ventre noſcamus gigni, illic exponē
do ſcripſerit. ⁜ Quæ vero bilis re-
fert porrum iis ſolis gignitur in vē-
tre, qui vtiq; concoxerūt male, quin
etiam ſolicitudo, ira, dolor, labor, e-
xercitatio, vigilia, abſtinentia, & in-
edia, ſucci flauæ bilis plus acerbant:
propterea quòd plus eius ſucci in ie
cinore gignitur. ⁜ Et parum antea
dixerat. ⁜ Præterea quibus in ven
triculo bilis illa gignitur, quæ porri
colorem immittatur. debet omni-
no iis cibus fuiſſe, non panis, non ſui
la caro, ſimile ve aliquid: ſed neceſſa
rio aliquid, quod iis calidius ſit, nec
id boni ſucci: quibus autem ex ieci-
nore in ventrem defluxit, iis flaua ea
pallidaue vomitur, etiam ſi boni in
primis ſucci fuit, quòd ſumpſerunt,
etiam ſi ad ſummum fuit concoctū
Immo vero magis ipſis qui ad vn-
guē concoxerūt, flaua vomitur: ⁜
Parum diſsimilem huic ſententiæ
commento ſecundo prognoſticorū
ſcripſerat, cum dixit. ⁜ At vero
gignitur in corpore quemadmodū
crocea bilis per naturā habentibus,
ita porreacea altera præter naturā
conſtatq; vt hæc ſæpe numero in vē
triculo gignatur propter quorun-
dam cruditatem eſculentorum, aut
olerum, qualia beta, cæpa, braſica
ſunt, atq; vt etiam interdum talibus
nequaq̄ ingeſtis, ratione ægrotatio-
nis in venis gignatur, ac decumbat,
aut in ventrem ſuperiorem, aut in
inferiorem, calorem in corpore in-
dicans præter naturam, atq; excre-
menti proprietatem talis tempera-
mento qualis prædictorum olerum
ſuccus eſt. ⁜ In libro vero de
atra bili recenſita omnia confir-

mauit ſcribens. Ipſa ergo bilis ſeu pallida, ſeu flaua, ſeu vitellina viſatur generationem in vaſis obtinet. in ventriculo autem alia quædam porracea gignitur (ſic enim eã à porrorum colore denominãtes vocant. ſicut æruginoſam quoq; quòd ærugini ſimilis cõferatur) eſt & quædã iſatodes bilis dicta ab iſatide cæſium colorem referente.

¶ Vt primum ergo dubium paucis abſoluamus, ſciendum. quòd ex aſſertis ab Hippocrate & Galeno cæteriſque medicis dilucidè elicitur, humores in corpore humano dupliciter gigni. aut enim tunc cum homo in totum bene valet, ac optimis vtitur alimentis, & reliquam viuendi rationem attinentem aëri, exercitiis, aluo expurgãdæ, & cæteris quæ non naturales res vocantnr, ſine labe exercet, humores fiunt. & hi naturales à medicis vocantur, quòd vitatari non poſsit, homine viuente, eorundem generatio, etiam quia eiuſdem hominis natura his conſeruatur & durat. ipſiſque deficientibus aut vitiatis ab eiſdem deſtituta pereat. Ex omnibus nempe ſalubribus alimentis deuoratis ſanguis, pituita, flaua bilis, & melancholicus ſuccus fiũt. Vel aliter humores generari queunt, homine ſcilicet vetitis & noxiis vtẽte cibis, vel quàmq̃ ſine labe alimenta ſint, immodicè calido, aut frigido ipſo exiſtente, aut aliter male affecto, quæ ſine noxa ſunt alimenta. vitiat & corrumpit, aut vtriſque concurrentibus cauſis humores inficit. Porrò fieri in huiuſmodi ſtatu conſtituto homine, bilem quam propriè atram Galenus vocat, vitellinam, & porraceam, atque æruginoſam, cæteroſque ſuccos, quos morboſos & præter naturales appellamus. qui antecedentia ex Galeno citata legerunt, facile intelligent. Exponendus ergo Galenus eſt, quoties dixerit, flauam bilem calidiorem atque ſicciorem reliquis ſuccis eſſe, calidiorem nempe, reliquis naturalibus & non vitiatis humoribus. ſecus his quos morboſos ſiue præternaturales dicimus. obiicienti ergo, calidiorem eſſe vitellinam quàm flaua, concedimus. negamus tamen, flauam vitellinæ eſſe collatam à Galeno. quòd vitellina inter vitiatos ſuccos recẽſeatur. ſed ſanguini, pituitæ melancholiæ naturalibus humoribus. quibus omnibus calidiorem eſſe, palàm eſt. Secundum maiore difficultate quam præteritum abſoluendum certè eſt. Nam ſi ſoli calori, & ſiccitati bilis flauæ tribuimus breuem exquiſitarum tertianarum durationem, verè cenſendum eſt, oppugnatorem recte rationem Galeno aduerſam colegiſſe. ſin vero alteri affectioni humoris biliosi id tribuimus. iã quòd Galenus illud tacuit, nos explicare, qd ſit, tenemur. Ego quippe omnes Galeni ſententias agentes de humoribus & de cauſa tertianæ exquiſitæ mente voluendo, ac mutuo conferendo, nihil quod vere mihi ſatisfaciat inuenio. quam quòd ſi ſententia illa ſenis Hippocratis quiquageſſimi noni aphoriſmi quartæ ſectionis in qua longiſsimam exquiſitarum tertianarum non pertranſire ſeptem acceſsiones aſſeuerat, intelligèda ſic ſit. quòd in ſeptem diebus illis præſcriptis ab Hippocrate, morbus fœliciter finiatur. mèrito ſolæ flauæ bili tribuatur, materiam eſſe exquiſitarum tertianarum, quia ſola hæc inter humores naturales, multitudine aut putredine noxia facta ſui tenui conſiſtentia, & calore, ac ſiccitate, non vltra ſeptẽ acceſsiones

nes

nes durare in plurimum poſsit:verũ
ſi nõ tantum exquiſitæ tertianæ ab
Hippocrate vocentur illæ,quæ ſalu
briter ante decimum quartũ finien
dæ ſunt.Sed etiam quæ in ſpacio re
lato interficere venenoſa qualitate
humoris ægrum valẽt.exquiſitiores
poſſe prouenire à praſina,vel ærugi
noſa,quam à flaua, niſi mẽtis inops
negare non poteſt. nec tantũ in hãc
ſentenciam decendimus, quia ratio
aduerſi id facere cogat.verum quòd
quandoque & ſi raro viſæ ſint tertia
næ ante quintam acceſionem necã-
tes. Certe medicus quidam quadra-
ginta annorum & validarum viruũ
ſocer alterius, qui lacte bibito à cau
ſo euaſit. de quo in præcedenti capi
te dè medela cauſi meminimus. cor
reptus ſimplici tertiana ante acceſ-
ſionẽ ſextam mortuus eſt.nec hic ſo
lus tã celeriter à tertiana functus eſt
vita,ſed aliis, idẽ accidiſſe, quãdoq;
audiui.quod enim memoria conſe-
quar. nulli à me curato præter vni
ſeptuagenario ſeni id contigiſſe re-
cordor.tandẽ vt expreſsius relata ex
ponã,dico.quòd aut tertiana exqui-
ſita vocatur tantũ illa, quæ ratione
naturæ ſucci à quo pendet:nõ vltra
ſeptem acceſsiones nata eſt durare,
ſed in his ſalubriter finiri.vt Hippo
crates & Galenus ſenſiſſe vidẽtur.&
ſic verum eſt,a ſola flaua bile ipſam
fieri.aut non ſolum hæc,verum etiã
quæcunq; intra relatum tempus ap
ta eſt terminari, & non vltra progre
di.quoniam ſucci facientis tertianã
venenoſa qualitas prius interficiat,
exquiſita tertiana nominatur.ac ſic
non ſolum a flaua ſed a reliquis ſpe
ciebus bilis, ipſa calidioribus & ſic-
cioribus gigni poteſt.

Vtrũ porracea bilis in veutriculo fiat.

¶ Vltimum quæſitum non a me de
cernendum eſſe putẽt,qui hæc lege-
rint eo more quo ſcriptores huius
tempeſtatis in abſoluẽdis dubiis vti
ſolent. ducta enim alicuius claſsici
authoris ſententia, qua dubiũ quod
præmanibus habent,expreſe dicidi
tur. ſufficienter a ſe abſolutum pu-
tant. dignoſque ſe honoribus tunc
iudicant. quòd tale facinus patraue
rint, tranſtuliſſe ſcilicet veteris au-
thoris ſententiam & ſuis codicibus
inſeruiſſe.idem in phyſicis efficien-
tes:quod in his quæ pietati & Impe-
ratorum legibus attinent ſanæ men
tis authores exercere ſolent. non ad
uertẽtes in medica aut phyſica pro-
feſsione pernitioſum eſſe antiquis
fidem dare, rationem qua fulti illi
ſunt,examinare negligẽtes. Si enim
id Ariſtotiles in phyſicis & Galenꝰ
in re medica efficerent. innumeris
erroribus(vltra eos quos habent) fœ
date relatæ facultates torpeſcerent.
ac ſorderent. neque relata immeri-
to a me præſenti loco adducta ſunt.
quin vt fatear Galenum in locis ſu-
perius dictis palam dixiſſe, bilem
porraceam, ſiue praſinam voces, in
ventriculo quorundam hominum
quãdoque gigni porris,cæpis, alliis,
beta atque calidis aliquibns eduliis
comeſtis. aut in modico colore ſto-
macho aliquorum affecto. quod ta-
men verum eſſe,ego nõ credo. quòd
rationem nullam Galenus attule-
rit,qua decretum ſuum corroboret.
& de negotio agat, quod experimen
to probari non poſsit. Namque ſi
Galenus teſtaretur,ſibi ſæpe aut ali-
quando videre, accidiſſe,ſupra me-
moratis alimentis pranſis, & priuſ-
quam rationabili coniectura credi
poſſet, ea in iecur potuiſſe tranſfer-
ri.vomitione facta, bilem porraceã
eiectam,quandoq; a ſe viſam.vero ſi
milia dixiſſe videretur & ſi nõ quæ
in totũ ſuũ placitũ roborarẽt. quòd
potuiſſet bilis illa in vaſis iecoris

aut aliis exiſtens prorritata ab immodico calore eduliorum calidorũ in ventriculo ingeſtorum, in tantũ naturam vaſis ſe ipſam continentis laceſſere.vt vomitu illam cogeretur excernere.tũcq; deciperetur,qui crederet, à ventre excretam bilem illã fuiſſe.at quia id, quod prædixi,non aſſeuerauit:nec mihi vnquam pluſquàm à triginta annis rem medicã exercenti, quæ retuli,acciderũt.nec vlli medicorum quos noui,id contigiſſe audiui.credere non valeo, bilẽ adeo calidam,vt eſt praſina,gigni in ventriculo quantumuis calido poſſe.non quòd ego negem, oleribus viridibus aliquibus comeſtis, & ſpõte vel vi vomitione facta:ſuccum viridem ſemicoctum, quem à iecinore tranſmiſſum non eſſe,fateor,nonnũquàm à ventriculo reiici. ſed hanc praſinam ſiue porraceam bilem vocandam non eſſe, ateſtor. nã huiuſmodi ſuccus mea ſentẽtia indignus nominari hnmor naturalis aut vitiatus eſt. quanquàm enim fluidus & exalimentis in geſtis ortum trahat,non humoris nomine,medicorũ more,vti valet. ſic.n. quæcũq; alimẽta ſemicocta liquida vomerẽtur humores dicenda erant.quẽ loquendi vſum medici non exercuerunt. alia etiam ratione idem, quod prædixi,affirmare cogor. nempe cũ ventriculus humanus quæcũq; deuorat, prius in ſui naturam conuertere conatur,q̃; à ſe in iecur aut aliud membrum trãſmittat.Vnde accidit,quæcunq; in totum cocta à ventre reiiciuntur:alba non diſsimilia lacti in colore,quanuis craſsioris conſiſtentiæ ipſo lacte ſint,cerni,quòd neruis plurimis quibus venter redundat,ſimilia fieri incipiant. alienum à ratione videtur, poſſe albam neruorũ ſubſtantiam ventriculi, adeo calidã eſſe, vt chili album, in colorem viridem tendentem in nigredinẽ præ immodico calore,vertere valeat, & quòd nerui ipſi conuulſi non ſint,& qui tanto calore eſſet affectus, mortuus non foret. Auicena. 1. 1. cap. 54. de humoribus,quanq; nõ putet Galeni ſententiã de generatione praſinæ bilis in ventriculo, veram nõ eſſe. cum hoc tamen teſtatur,à vitellina vlterius ex calfacta porraceã fieri.cumq; vitellina ex confeſsis à Galeno ipſo,in iecore & corporis vaſis & non in vẽtriculo fiat,ſupereſt,praſinam inibi minimè gigni,nam potiſsimam eiuſdem materiã alibi factam eſſe, omnes ſine controuerſia teſtantur. hæc de his humoribus in præſentiarũ tractaſſe ſufficiat, vtq; in totum ab his me expediam Coronidem de colore bilium tractãtem adiungam.

¶Nempe cum differẽtibus latinis nominibus, interpretes codicũ Arabum agẽtes de coloribus ſuccorum, qui in humano corpore reperiũtur, & qui ex Græcis verterũt,eos nominarint.neceſſarium viſum eſt,ne diuerſitas hæc confuſionem & errorẽ aliquem indoctis pariat. præcipua nomina bilium in codicib9 Galeni paſsim occurrẽtia,cum eiuſdem humoris nominibus in codice Auicenæ repertis cõferre.quòd hi duo authores alter inter Græcos, alius inter Arabes vt anteſignani hactenus non immerito habiti ſunt. ac quo differant exprimere. Bilis ergo illa quæ naturalis & ſyncera à Galeno vocatur,flaua eſt, eiuſdẽ ſcilicet coloris cum melle aut auro. colorem hunc ex viridi,& rufo, & albo cõcretũ eſſe,pictores teſtantur. à quo mel & ariſtæ tempore meſsis maturæ atque ipſa ceres, quæ his præeſt, flaua dicũtur.vnde Virgilius primo Georgicorum.

gicorum. ⁂ Neq; illum flaua ceres alto nec quicq̃; ſpectat olimpo. ⁂ Hiſpani colorem hũc amarillo claro nominant.vt cognomine illo flauus ab aliis differat eiuſdem naturæ coloribus, ſed qui plus flauiciei habent,vt ouorum lutea:vnde bilis flaua de qua egimus,vi caloris vlterius cocta denſior.ac plus flaua verſa,vitellina à Galeno nominatur, à calore vitelli ouorum. quòd idem cum luteo ouorũ eſt.nec diſsimiliter flauæ bilis color,humiditatis alicuius ſeroſæ de coloriſq;(vt vrina incocta eſſe ſolet)commiſtione,dilucior remiſsiorq; in colore vertitur, q̃; vi caloris vt diximus,plus flaua. hãc poſt relati ſeri admiſtionem pallidã Galenus dicit.hiſpani amarilla deſcolorida,vocamus:quo mortui afficiũtur colore.hem quòd his tribus propriis colorum vocib9 flauo ſcilicet, & pallido,ac luteo in libris Græcorum repertis: in Auicenæ codice aliæ tres ſatis diſsimiles reſpondent. nam bilem quam Galenus flauã dicit,Auicena rubeam nominat.ſcribens enim fen.1.primi capite de humoribus dixit. ⁂ Cholera autẽ rubea alia eſt naturalis, alia eſt ſuperfluitas nõ naturalis:naturalis eſt ſpuma ſanguinis cuius color eſt rubeus clarus.& eſt leuis acuta & quãto magis fuerit calida erit eius rubedo maior.quæ cum in corpore generatur, in duas diuiditur partes. quarũ vna cum ſanguine vadit: & altera ad ciſtim traſmittitur fellis. ⁂ Quæ Auicenæ ſentẽtia non de alia bili quã de naturali intelligi poteſt. ſed hãc flauã vocari dilucidius à Galeno ex adductis reſtat,quam probari egeat. ſupereſt ergo Auicenæ interpretem perperam vertiſſe vocem Arabicã flauam ſignificãtem, in eam quæ rubram ſignificat. Si enim vt interpretem ab hoc crimine deffendas,dixeris rubeum aut proprius rubens, vt exquiſiti latini volunt.generale nomẽ eſſe, ad omnia quæ rubent, indeq; nõ improprie ſanguinem, crocũ, aurum,& alia multa aliorum ab his colorum rubere dicantur.quod nos hiſpani reluzir dicimus. atq; quòd hac proprietate ſignificati vſus Auicenæ interpres, flauum bilis colorẽ rubentem vocauerit.Si flauam rubẽtem choleram eſſet interpretatus ſatisfeciſſe exiſtimarem. At cum eam rubeã claram uocet, non eſt,quo ſufficiẽter deffendi queat.ſed illi & omnibus, qui eundem patrocinantur, hæc condonemus.dum non negent, bilem naturalem eſſe coloris flaui, quem Auicena rubeum vocat. tandem hoc miſſo colore, ad pallidum accedẽdo dico colorẽ hunc in Auicenæ codice citrinum dici.quòd bilis hæc colorem corticis mali medici quod hiſpani cidra vocant, nondum maturi referat. dũ enim in totum matureſcit,iam flauum colorẽ adipiſcitur mali medici cortex. & quòd eadem ſit pallida bilis in libris Galeni, quæ citrina in codice Auicenæ, facile probant Auicenæ verba in ſupra citato capite, quæ in hunc modum habent. ⁂ Non naturalis vero cholera. alia eſt, quæ à natura egreditur propter cauſam extraneam. quæ ei admiſcetur, alia eſt quæ à natura egreſſa eſt, propter cauſam in ſe:quia eius ſubſtantia eſt non naturalis. partis primæ eſt alia, quæ eſt ſcita & famoſa:& eſt illa cui extraneum illud quod eſt admiſtũ, eſt phlegma, cuius generatio magis eſt in epate.& alia eſt, quæ eſt minoris famæ: & eſt illa cui extraneum, quod eſt admiſtum, eſt melãcholia. notha autem & famoſa aut eſt cholera citrina, aut eſt cholera vitelli-

na. phlegma namq; cui admiſcetur cholera quandoq; eſt tenue,& generatur inde prima. quãdoq; eſt groſſum & generatur inde ſecunda:ſcilicet cholera quæ ouorum vitellis ſimilis exiſtit. quæ autem minoris eſt famæ, eſt illa, quæ cholera vocatur aduſta. quæ aliquo duorum generatur modorum: vnus eſt vt cholera in ſe aduratur,& accidat in ea cinercitas, ſed eius ſubtile non ſeparetur ab ipſius cinercitate.imo cinercitas in ea cõtineatur: & hæc quidã eſt peior. & alius eſt, vt cholera nigra extrinſecus ad eam veniat: & cum ea miſceatur: & hæc quidem eſt melior. ⁂ In quibus vt audiſtis bilem citrinam nominauit eam,quæ fit ex commiſtione choleræ ſcilicet flauæ cum tenui pituita.nã quod Galenus ſerum vocauit,Auicena phlegma tenue dicit.vltimus color luteus ſcilicet, tam in codicibus Græcorum q̃; Arabum vitellinus vocatur: verum bilem vitellinam multo aliter fieri, opinatus eſt Galenus. quàm Auicena. Galenus nempe flauam plus aſſatam, vitellinam vocari putauit. Auicena vero bilem flauam, commiſtam craſſæ pituitæ in vitellinam verti,falſo vt ego reor credidit.nam ſi flauo bilis colori, alba pituita cõmiſceatur, impoſsibile eſt, quòd dilutior & pallida non fiat. vt quicunq; flauam rem albæ quatumuis craſſæ cõmiſceat, experiri poterit. deceptus nempe Auicena eſt exiſtimans.quòd craſsior conſiſtentia bilis vitellinæ,quàm flauæ,non aliundè ortum ducere poſſet, quàm ex adiunctione craſſæ pituitæ cum flaua bili.minimè conſiderans,quòd vt alba ouorum cruda, aſſa magis denſa ac plus alba fiant. ſic flaua bilis aſſa inteſiorem flauiciem,ſimulq; craſſiorem conſiſtentiam acquirat. & quàmq; reddendo cauſam huius coloris, aberrauerit Auicena, vt dixi, aſſerendo tamen nõ raro fieri in humano corpore bilem pallidam ex pituita craſſa & bili flaua commiſtis, & non ſolum ex adiunctione ſeroſæ aquoſitatis bili flauæ, vt prædixerat Galenus.rem notiſsimam teſtatum eum eſſe,nullus ſanæ mentis negare poterit.vt etiam quandoq; bilem cõmiſceri melencholiæ, & aliam nothæ bilis ſpeciem fieri, quam minus famoſam vocauit.

¶Et quia fortaſsis ſciſcitabitur aliquis à me,quæ bilis ſpecies ſit, quã rubeã vocauit Galenus,cum vt prædixi,illa flaua Galeni, rubea ab Auicena nominetur. paucis perſtingã. certè bilis rubra à Galeno ſeroſa rubea ſuperfluitas ſanguini innatans dicitur.Hiſpani ſanguaza,vel lauadura de carne nominamus.quod nõ diſsimilis tam colore quam conſiſtẽtia loturæ carnis nuper mactatæ ſit. diſtinguitur certè à ſanguine tenui,quod ſanguis refrigeratus concreſcit, ac coit. rubra vero bilis nequaquàm:ſed fluida ſemper manet. hoc ſic putatum eſſe à Galeno ſentẽtiæ eiuſdem in libello de atra bili quæ hunc tenorem ſeruat, probãt. ⁂ Sic igitur & rubram nõnulli bilem nominauerunt, quæ ad tenuem ſanguinem conſiſtentia proximè accedit, ſed quoniam non coit id circo bilem eam appellat. ⁂ Quæ rubea bilis vocet.

Caput. xlij. De ſignis febriũ orientium à notha bili.

✠

PRædictis prout præſenti loco expediebat diſcuſis, ſcirecõuenit, febres à notha bili ortum trahentes, dupliciter diſtingui poſſe, aut enim per modos inuadẽdi diuerſos (aliquæ enim per tertios dies accedunt, aliæ quotidie non nullæ inceſſanter infeſtant) vel propter materiam, quæ cauſa earundem febrium eſt. nam quædam à notha bili genita ex commiſtione pituitæ cum bili, aliæ ex commiſtione bilis cum melancholico ſucco, nonnullæ ex vitellina bili oriente à flaua plus aſſata originem trahunt. ac prout hæ ſpecies diuerſæ febriũ dici poſsũt, ſic & medela diuerſa neceſſario futura erit. Tractemus ergo primum de febribus à notha bili orientibus, & per tertios dies inuadentibus. ſignaq; quibus illæ diſtinguntur à tertiana ab exquiſita bili oriente afferamus. neq; nõ ea quibus quæ à notha bili ex commiſtione pituitæ diſcernitur ab illa, quæ ex adiunctione melancholiæ prouenit, ſcribamus. & quoniam grauor diſputationem vllam de cuiuſcunq; rei nomine agentem dilatare. ideo pautioribꝰ quàm poſsim verbis exponam, qualis ſit quæ à me vocatur febris tertiana notha. nõ quippe illa, quæ vnica acceſsione duodecim tranſgreditur horas. aut quæ pluſquàm ſepties accedendo & diſcedẽdo perdurat. vt Galenus cæterique medici qui illum vcuſq; ſunt ſequuti, falſò opinantur, credẽtes ab exquiſita bili febrem nullam vltra relatas duodecim horas, & ſeptenos circuitus perſeuerantem oriri poſſe, ſed illud tantum conuenire eis, quæ à bili notha oriuntur. neq; immerito circuitus ſeptenos & acceſsiones breues vt maximè fallatia ſigna contemno. quòd ſciam, quandoq; à notha bili prouenire febres non vltra tres aut quatuor acceſsiones infeſtãtes. & ab exquiſita pluſquàm decies inuadentes. etiam à bili exquiſita aliquas febres quindecim horas tranſgredientes, & à notha nonnullas quæ intra ſeptem finiũtur. Porrò bilis nothæ ſigna potiſsimum ſunt inquirenda, vt tertiana notha dignoſcatur: inter quæ dilatari vltra duodecim horas acceſsionem, & totius morbi conſiſtentiam vltra ſeptem circuitus differri, non exiguum inditium ſunt. cum parum infra dicendis ſignis ea adiungentur. verum, vt dixi, ſola ipſa ſufficienter oſtendere illud, non valent.

¶Tandem indicãt notham bilem autumnali tempore febrem incepiſſe, ſenem aut decrepitum, vel infantem eſſe febriẽtem, diu frigus aut rigorem durare, rigorem non valde febrientis membra, vt plurimũ quatere. febrilem aceeſsionem poſt rigoris aut frigoris amotionem non breui ſpatio in totum augeri, quin augmentũ diu differri. accidit enim nõ raro medicis, putare in declinationem nonnullam tendere febrem, & iterum priorem vigorem eiuſdẽ redire. nec hoc tantum in vnica acceſſione conſpici, verũ & in totius morbi duratione cõtingere, experiũtur. Opinatur enim quandoque medicus cõcoctum humorem febris eſſe, ipſumq; morbum in vniuerſalẽ declinationem ire, quia aliqua acceſſio minor præcedẽtibus fuerit, & ſedimentum in vrinis cõſpiciatur: frequentiſsimèq; in his tertianis decipitur, quando portio aliqua bilis nothæ, quæ parum pituitæ aut melancholici ſucci admiſerat, concocta à venis proximis cordi ſine magno ne-

gotio

gotio ammoueri, & eiuſdem tamen
tum lotio commiſceri potuit, & in
altera acceſsione pars alia nothæ bi
lis, quæ multum pituitæ craſſæ aut
melancholiæ recipit, venam aut ar
teriam dorſi aſcendendo difficulter
inde à natura dimota diutius quàm
præterita perdurauerit: & crudita-
tis vrinæ cauſa exiſtat. ſitis non pa-
rum infeſtat, nam quanuis ſuccus ex
quo febris hæc pendet, minus cali-
dus quàm exquiſita bilis ſit, quia ta-
men iecinoris vel ſplenis obſtructio
nes ſæpe febrem hanc committan-
tur ob lentorem pituitæ, vel craſsi-
tiem melancholiæ: inde prouenit
linguæ & oris inſignis ariditas ac
ſtomachi ſitis. illisq; qui ſiti nimis
indulgent, frequenter contingit ge-
narum tumor, ac totius faciei ſub al
bidus color, qualis fermè in malo
corporis habitu conſpici ſolet. ſom
nus in principiis acceſsionum hos
maximè præmit: adeo vt nonnullis
obeundi mortem cauſa fuerit, ſed
de hoc ſymptomate in ſequenti ca-
pite de febre continua notha fuſſe
tractauimus. Aſſolet nonnunquàm
in his notis tertianis quædam acceſ
ſionum ordinata: quandoq; celerior
nonnunquàm tardior aggreſsio, vt
non raro contingat, primam febré
tertianam in tertia diei hora corri-
pere, & ſecundam in quarta, & ter-
tiam in quinta, & ſic per hunc ordi-
nem tardius ſemper accedendo, inſe
ſtare. etiam primam febrem in ſex-
ta diei hora ægrum opprimere. & ſe
cundam in quinta, & tertiã in quar
ta, quod exquiſitis nunquàm contin
git, ſicut neq; illud trigeſsimi apho-
riſmi. 4. libri Hippocratis. Qui-
buſcunq; acceſsiones fiunt: quacun-
q; hora febris dimiſerit, ſi eadẽ cras
occupauerit, iuditium habent diffi-
cile. Illud quoq; Pauli libro. 2.
capite vigeſimo non exiguum teſti-
monium nothæ bilis eſt. Cæte-
rum nihil miri eſt ſi in hominibus
primum exercitis, inediamq; exper-
tis, nunc autem ordine conuerſo o-
cioſis ciboq; vſis pleniore, bilis ma-
xima ex parte miſta pituitæ reperia
tur. Inter ſigna quibus diſtingui
tertianam notham à pura ſcripſit
Auicena cap. 37. vnum eſt, abundan-
tiorem eſſe ſudorem in exquiſita ter
tiana, quam in notha: & quoniã hoc
non ſemper verum eſt. immo nõ ra-
ro oppoſitum contingat. vidi enim
tertianam per menſes ſex perſeuerã
tem poſt vniuerſale principiũ ſem-
per cum copioſo ſudore finiri. ideo
ne tyrones decepti fidẽ illi ſigno dẽt
ſequẽtia ſubiungi. ex ſudore contin
gente nothæ aut exquiſitæ tertianæ
nullum aliud certius inditium ſu-
mi poſſe, quàm quod in vniuerſali
principio exquiſitarum tertianarũ
ſemper aliquantulus ſudor proue-
niat, in nothis non item.

¶ Et quòd dixerim me vidiſſe no-
tham tertianam per ſex menſiũ ſpa
tium perdurantem. quod etiam Ga
lenus & Auicena retulerant. Dignũ
videtur, paucis examinare, qualiter
id verum eſſe poſsit. ſi enim febris
quæ à ſola pituita ortum trahit, nõ
vltra ſexaginta dies durare conſue-
uit, vt Auicena fen. prima quarti ca
pite. 46. & . 47. dixiſſe videtur, et verũ
eſſet, quod Galenus ſecundo de fe-
brium differentiis capite. 8. & com-
mento aphoriſmi duodecimi pri-
mi libri retulerat, commiſta bili pi-
tuitæ celeriorem fieri ſtatum febris
pituitoſæ, quàm foret, ſi ſyncera pi-
tuita eſſet impoſsibile videtur, à no
tha bili tertianam prolixiorem ori
ri, quàm à ſola pituita. & quãquàm
non pauci ex iunioribus dubiũ hoc
tractantes plurimas ac mutuo pu-
nantes

gnantes ſententias de eodem ſcripſe
runt. nos paucisſimis verbis id abſol
uemus. confitendo verum eſſe, quod
Galenus & Auicena de perſeueran-
tia nothæ tertianæ in tam longum
tempus dixere. quoniam oculata ex
perientia id verum eſſe doceat. id ta
men minime aduerſari Galeni de-
cretis. quòd tertiana illa tam diu du
rans non excommiſtione pituitæ
& bilis orietur. ſed excommiſtione
melancholiæ cum bili fiat. Galenus
autem. 8. cap. citato conferebat emi-
triteum febri pituitoſæ, & non quar
tanæ melancholicæ quæ per annum
durare ſolet. nec hoc Auicenam la-
tuit. cũ cap. 35. primæ. fen. 4. dixerit.
⁂ Et hæc quidem non pura quan-
doque prolongatur tempore longo
& circiter medietatem anni. & quã-
doq; perducit ad malum habitum,
& magnificationem ſplenis. ⁂ Et
capite de rebus in quibus differunt
febres putredinis ſcripſit. ⁂ Phleg
matica quanto minus pura, eſt mi-
noris & breuioris paroxiſmi, niſi de
clinet cum paruitate ſuæ puritatis
ad melancholiam. ⁂ In vtroq; lo-
co manifeſtè exprimendo febres no
thas adeo prolixas, ob adiunctionẽ
melancholiæ bili prouenire. magni
tudo enim ſplenis, non niſi à ſucco
melancholico fit.

¶ Neq; hinc exiſtimetis, quòd ego
impoſsibile eſſe rear, excommiſtio-
ne bilis & pituitæ febrem ſatis proli
xam, & fermẽ ſpatium menſium ſex
perdurantem poſſe oriri. multa bili
& pituita redundantibus. quod raro
accidere credo, aut pituita à bilis ca
lore adeo aſſata, & craſſæ conſiſten-
tiæ verſa, vt parum à melancholia
differat: quod frequentius & ſi vtrũ-
q; rariſsimum fieri exiſtimo. Porrò
adiuncta bili pituitoſo ſucco, exam
bobus redundans paratius diſſolui
à natura eſſe, quàm æqua pituitæ
quantitas, nulli indubium veni-
re poteſt. niſi fortè aſſari pituitam
illam, vt dixi, contingat. hæc ſuffeci
ſe exiſtimo, ad abſoluendum illam
prolixam vigeſimam ſecundã Gen-
tilis quæſtionem, in qua tam multa
tam abſurda, tam à veritate aliena
ſcripſit, fingendo proprietates ſpe-
cificas in humoribus, vt euentuum
acceſsionum febrilium cauſam red
dat. quia febrium eſſentiam ignora
uit. verum quia ſupereſt, ſcribere no
tas, quibus diſcerni tertianæ inter-
mittentes à notha bili maioris fa-
mæ prouenientes, ab aliis, quæ fiunt
à bili notha minoris famæ. id vnico
abſoluã verbo. nempe in prioribus
nunquàm ſplenis obſtructiones con
tingunt. ſed ventriculi cruditas, &
pituitæ per os frequens expuitio, ac
tarda cibi cupiditas, & color potius
ad albedinem decliuis, quàm ad ni-
gredinẽ, acceſsiones breuiores quo-
q; eſſe. in reliquis tertianis oppoſi-
tum.

Caput. xliij. De medela tertianæ nothæ intermittentis.

CV M hoc genus fe
bris à duplici ma-
teria oriri, vt audi
ſtis, poſsit. à notha
ſcilicet bili ex cõ-
miſtiõe bilis cum
pituita, atq; ab alia quæ fit, adiũcta
bili melancholico ſucco. in primis
quæ vtriq; cõueniunt, exprimemus.
poſt vero quæ ſingulis cõducunt pe
culiaribus methodis declarabimus,
ſit ergo methodus prima.

¶ Inter multas febres, quæ à medi 1. Metho.
co augendæ, ac validiores faciendæ.

vt breuius ac facilius vi caloris, earundem occaſio diſcutiatur, omnes nothæ tertianæ ſunt. in vniuerſis enim non parũ humoris frigidi, craſſi, vel lenti, aut ſimul lenti & craſsi redundat, qui calore aucto, in vaporem diſcuti magis paratus quàm eo remiſſo eſt. eodenq; patentiores fiũt canales per quos manifeſte excernẽdus erit, quàm ipſo abſente. prudenter ergo agit, qui in harum febrium medela refrigerantibus exterius admotis, aut interius ſumptis, minime vtitur.

2. Metho. ¶ Cum craſſus, ſeu lentus harum febrium ſuccus, ſemper eſſe, ſoleat. quàm maximè, quæ attenuant, & incindunt, his conducent. in quem vſum alimẽta facilis coctionis, & optimi nutrimenti exhibenda ipſis erunt: craſſa & viſcoſa vt vaccina ac porcina caro, & maxima piſcium pars fugienda ac vitanda. corporis frictiones attenuãtes, vel in his, qui validiores habẽtes vires, ingredi valent, ingreſſus ipſe quàm maxime in intermiſsionis oris, cõcocto humore, conducunt. alui excretio quotidiana ſimiliter. ſomnus à prandio vel cæna tanto nocencior quãto vigilia in eodem tempore vtilior. vinum album ac tenue poſt pharmaca ſubducentia poſt concoctam bilem, exhibita, vt quod attenuat, & obſtructiões apperit: ac corpus calfacit: & vires refouet: inter alimẽta cæteris præferendum eſt.

3. Metho. ¶ Præcipiebat Galenus capite decimo libri primi de arte curatiua ad Glauconem, quem etiam Paulus & Aetius, atque Auicena, & reliqui medici omnes ſunt ſequuti, alternis diebus hos febrientes alendos eſſe, quam methodum minime obſeruare conſulo, quòd morbus hic prolixior eſſe cõſueuit, quàm vt alternis diebus altus febriens ſufficiat, vſq; in finẽ morbi perdurare. etiã quòd minime verum ſemper eſſe reor, decretum Galeni in exordio capitis citati cuius ſeries hæc eſt. ⁑ In his vero quæ non adeo exquiſitæ ſunt tertianæ, prouidendum eſt pro viribus, ne morbus augeatur, neue ægrotantis vires proſternantur, quæ longiori tempore debent laborare. difficile vero eſt, ſeruare vtrumq;: quoniam inediæ quantum proſſunt ad morbi coctionem: tantum vel amplius officiunt viribus, cibi vero quãtum ægroti robur adaugent, tãtum coctiones impediunt. ⁑ Nam & ſi vera ſit præfata ſententia, quando in ſtatu ſymptomatum morbus cõſiſtit, vt in capite de generica medela febrium diximus. aut cum humores crudi redundant, qui vlterius cocti in ſanguinem bonum conuerti valẽt. in aliis temporibus & bile, vel ſanguine, aut pituita viciata redundante, vera eſſe non poteſt. quòd inedia bilem & ſanguinem putridum exacuat, & fruſtra in ſanguinem vertere vitiatam pituitam ſatagit, & alimenta facilis coctionis ſumpta: poſtq̃, quæ prius deuorata fuerint, à ventriculo in iecur ſint tranſmiſſa. & ante acceſsionis principium per horas tres: potius relatos vitioſos humores corrigãt, ac reprimãt, & concoqui paratos faciãt, viribus robuſtioribus verſis. quam ipſos augeant. vt deceptus Galen. dixit. Etiã ſi obſeruare conueniret methodum Galeni, quid eſſet agendum, cum duplex eſſet notha tertiana, & æqualiter in quauis die vtraq; infeſtaſſet. nõ præcepit ipſe, quia et ſi cum ſimplex foret, in die in qua acceſsio vexatura erat, nihil comedere iubeat. quia in altera tantum die, in qua à febre liber æger futurus erit, prandẽdum

dum eſſe, iubere videatur, paritate
in acceſsionibus duplicis tertianæ
ſeruata, aut in nulla, aut in amba-
bus diebus ſumenda eſſe alimenta,
cōſulturus erat. Rationi ergo conue
niētius noſtrū ſequens præceptū e-
rit, quo cōſulimus. In die febrilis ac
ceſsionis, per horas tres āte acceſsio
nis inuaſionem, ſi per tertianos cir-
cuitus, & non quotidie febris infe-
ſtat, pulli gallinæ carnis dimidium
coctum ciceribus, & petroſelino, &
mentha, ac croco ad prandendū fe-
brienti dare. iure horū prius deglu-
tito. aut ſi febris matutinis horis
corripiat, idem ius tantum imbecil
lis bibendū priuſquâm dieſcat exhi
bere, vt æger ſufficere valeat, donec
in totum febris ablata ſit, ac tūc car
nibus pulli cum prædictis rebus co-
ctæ febrientem alere: & condimen-
tum ex petroſelino & ſacharo tuſis
aqua ac pauco aceto diſſolutis, corā
ægro præſentare, vt eo intingat pul-
li gallinæ carnē coctam, conueniet.
neq; bis in die carne veſci, niſi cum
æger debilis fuerit, licebit. ſed in cœ
na olera vim aperiēdi habentia, qua
lia radiculæ folia ſunt, & alia eiuſ-
dem facultatis prandeat. ac cum du
plex fuerit tertiana eadem metho-
dus ſeruanda erit. cappar aqua fon-
tana prius maceratum & poſt coctū
cui aceti & olei ac ſacchari non ni-
hil aſpergatur in primis menſis his
febrientibus exhibendum eſt. amig-
dalæ & caricæ in relatum vſum con
ducunt. mentha, fœniculum, apium
follia raphani, & radicula ipſa, vuæ
appenſæ, ficus, melopepones, hæc o-
mnia exhibere ægris his conueniet.
aquam coquere ſemine aneſi, aut fæ
niculi vel radicibus horū præcipio.
hordei decoctum, quia frigidum, vi
tare iubeo. præſertim ſi in autumno
aut hyeme febris corripuerit. quo

in tempore poſt pharmacum nothā
bilem ſubducēs exhibitum, cinamo
mo aquam coquere, & hac febrien-
tem vti, laudo. dum tamen amaritu
dine inſigni ægrotantis os non infe-
ſtetur. hæc enim inditiū eſt bilis pa-
rum ab exquiſita diſtantis nonnihil
in ventriculo contineri, quæ cina-
momi decocto augeretur. nempe eli
gēda ſunt præſidia quib9 febri huic
medeamur, nō plus differentia ab il
lis quæ exquiſitis conueniunt, quam
notha bilis à ſyncera differre credi-
tur.

¶ Vomitiones poſt cibum ſumptū 4. Metho.
adeo conferre his ægris exiſtimauit
Galenus primo de arte curatiua ad
Glauconem capite citato, vt in fine
eiuſdem verba ſequentia ſcribat.

※ Vomitiones autem poſt cibum
adeò his quibus hæc febris perdura-
uerit, vtiles ſunt, vt multos ſciam ſo
lis vomitibus ſtatim fuiſſe cura-
tos. ※ Quod verum eſſe fateor, euē
tus enim rem ſic ſe habere probant.

¶ Cliſteria quæ in febribus ab ex- 5. Metho.
quiſita bili orientibus conducunt,
in his prolixioribus factis, minime
proficua ſunt. quòd harum materia
acrioribus egeat pharmacis, quàm
exquiſita bilis. confert ergo iis cliſ-
mus factus ex decocto cnici, blitis,
mercurialis, ciceris, yſopi, foliorum
maluarum, vt quæ vim molliendi
aluum habeant, & aliis eiuſdem fa-
cultatis. in quo caſsiæ fiſtularis vn-
ciæ duæ diſſoluantur. olei irini tan-
tundem, olei violati vncia vna, bene
dictæ & hieræ pichræ Galeni ſingu
lorum drachmæ duæ, ſalis gemmæ
grana quinq;, mellis communis vn
ciæ duæ, quòd ſi febris diuturnior
menſem vnum tranſgrediatur. deco
ctum ex ſeminibus calidis apperiē-
tibus, qualia ſunt, cuminum, carui,
aneſi ſemen, & ex rebus lenientibus

& prædicta moderantibus, puta bli
ti, maluis, & prunis, ac vbi ſuccꝰ val
de craſſus fuerit, ex decocto quoq;
turbit, agarici, & cnici. in quo bene-
dictæ Nicolai drachmæ ſex, olei de
lilio vnciæ duæ, mellis communis
vnciæ duæ, ſalis grana ſeptem diſſol
uenda erunt. verum ſi non pluries,
quàm ſepties, aut octies, febris acceſ
ſerit, hoc vltimo cliſteri, nec priori,
vtaris. ſed mitiora medicaměta præ
dictis adiũge, vt ex vtriſq; non adeo
acris cliſmus euadat. Præſertim ſi
æſtiuum tempus, & iuuenis, qui fe-
brit, fuerit, in autumno enim & hye
me poſt quartam acceſsionem prio
ri vti, nõ veto. innumera alia huius
facultatis cliſteria confici ex rebus
prædictam vim habentibus, valent.

6. Metho. ¶ *Si* æſtiuum tempus fuerit, quan-
do febris hæc ægrum iuuenem infe-
ſtauerit, tranſatis duabus acceſsioni
bus, & primo cliſteri præcedẽte, nõ
aberrabis. ſi pulpæ caſsiæ fiſtularis
vnciam vnam cũ drachma vna pul-
ueris aromatici roſati in catapotio
rum formã, tectam pane tenui, quẽ
Hiſpani oblea vocamus, vt ſtoma-
chum ad vomendum non proritet,
eidem deuorandam matutinis ho-
ris dederis, aut quibus ſic deglutire
eam, nõ valuerint, in ius gallinæ diſ
ſolueris.

7. Metho. ¶ In die acceſsionis tertiæ, quæ eſt
qnta à morbi initio, vtiliter febriẽ-
ti porriges ſyrupum capillorum ve
neris, & duarum radicum in æſtiuo
tempore, aut ſyrupũ de cicorea ſim-
plicem, & acetoſum etiam ſimplicẽ
in eodem tempore, iuuene bilioſo
ægrotãte, & notha bili, quæ parum
ab exquiſita diſtet, redundante. duos
q; priores ſyrupos cum fœniculi &
yſopi aqua cõmiſcebis, vltimos cũ
intibi aqua adiunges. Cum vero in
autumno aut hyeme febris hæc fe-
nem corripuerit, oximellitẽ, in quo
yſopus, & apium, ac fœniculum in-
cocta ſint, exhibebis. diuq; febre per
durante, etiam origani & nardi ſpi-
cæ decoctum cum relatis ſyrupis da
bis. exhibenda ergo his ſunt, tanto
plus attenuantia, ac abſcindentia,
quanto bilis minus ſyncera & tem-
pus frigidius, & ætas ſenior ſint.

¶ Mittendum eſſe ſanguinem vbi 8. M
notha bilis febrem efficit, præcepit
Galenꝰ in citato capite decimo, pri
mi libri de arte curatiua ad Glauco
nem: quem Paulus & Aetius ac Aui
cena cæteriq; claſsici autores ſunt
ſequuti. An vero prius pharmaco e-
xoluente aluum, æger ſit vacuãdus,
vel ſanguis prius ſit mittendus. nul-
lus in hoc capite ſcripſit, quod ergo
exequendum eſt: paucis abſoluam. ſi
enim à principio ſigna atteſtantia
ſanguinem redũdare, tam ex verno
tempore, quàm ex iuuenili ætate, &
habitu corporis carnoſo, & vrina ru
bra, aut rubra et ſpiſſa, et magnis
pulſibꝰ adfuerint: præmiſſo cliſmo,
et caſsiæ, quam dixi, fiſtularis exhibi
tione, in quarta die à morbi innitio
ex baſilica vena, aut communi ſan-
guinem mittes. verum ſi horum ni-
hil aut pauca ex relatis ſignis ad-
ſunt, aluum aliquo ex pharmacis in
fra dicendis prius expurgabis, quàm
ſanguinem eduxeris. maxime ſi vri-
næ tenues, & parũ rubræ nullumq;
ſedimentum habentes conſpician-
tur. Quamuis enim Galenus in præ
dicto capite decimo dixit, ab initio
mittendum eſſe ſanguinem in his,
non id abſolutè ſed cum moderatio
ne præcepit dicens. Quòd ſi ſan
guinẽ mittere oportet, nec hoc quo-
q; omittendum, ſed ab initio ſtatim
adhibita earum rerum, quas ſcis, di-
ſtinctione. tantum mittendum quã
tum præſens exigit ſtatus. Vbi di
ſtinctionẽ

ſtinctionem & animaduerſionẽ ante executionem habendã cauit, etiã et ſi Auicena capite de medela huius febris ſcripſerat. ⁂ Et quando phlegbotomaueris, nõ indigebis cliſteri. ⁂ Non id obſeruandum, ſed quod nos prædiximus, eſt. nam litera illa indubie vicio librariorũ eſt errata (quamq̃ corrigere ipſam deſpexit Belunenſis) vt inferiora eiuſdem capitis verba probant, quæ hũc tenorem ſeruant. ⁂ Et cliſteria in principio ſunt magis dilecta quàm ſolutiua. ⁂ Si ergo à principio vti cliſteribus in medela huius febris àdeo probat Auicena.: cum ſanguis mittendus fuerit, iam cliſmus præceſsit. ſi huius authoris iuſsis obtẽperabit medicus.

9. Metho. ¶ Nõ vnica venæ inciſione & vſq; ad decem vncias ſanguinis extractione (hoc enim ſanguinis pondus ſemel extrahi conſueuit) ſolet morbus hic extirpari, ſed duabus & nonnunquàm tribus, ac cum id febris poſcit, ſequenti ordine ſanguis mittendus erit. poſt primam venæ inciſionem ſi corruptus ſanguis in vtraq; ſcutella appareat. in die intermiſsionis ſequente, iterum alterius brachii vena ſeccanda erit. neq; idem ordo in tertia venæ inceſsione ſeruandus. quàmquàm viciatus vtriuſquè ſcutellæ ſanguis exeat. ſed in intermiſsionis die altera, quæ ſecundam ſanguinis miſsionem ſequitur, vel nihil præter decentem victus rationem ægro præſcribere, conueniet. vel ſtatim aliquem ex ſupra ſcriptis ſyrupis dare, vt & ſi æger iam ſemel vltra caſsiam pharmaco fuerit purgatus, iterum antè tertiam venæ ſectionem pharmacum ex infra dicendis medicamentis aliquod ſumat. ſe iungoq; hanc tertiam venæ inciſsionem à duabus antecedentibus, & ph▪rmacum venæ inciſsionibus intermitto. tam quòd tres ſanguinis eductiones vna poſt aliam in magnam inducent imbecilitatem ægrotantẽ. quàm quòd quàm maxime cõducat, vt quidquid ſanguinis putridum aut putrere paratum fuerit, omnino extrahatur: prius craſſum & lentum eiuſdem, aut aliorum humorum concoctum ſyrupis ſeccantibus & attenuãtibus, pharmaco extrahere. ne ſanis ſuccis illud relictum in venis commiſceatur, ex quo etiam non exiguum commodum ægrotanti ſequitur. promptum relatum reddi, vt ſimul eiuſdem craſſum & lentum cum ſanguine in poſteriore venæ inciſsiõe educatur. quòd ſi in prima ſectione venæ nullꝯ corruptꝯ ſanguis cõſpiciatur. aut tantum ſcutellæ primæ ſanguis corruptus videatur. etiã nõ ſtatim ſecũdò venã ſeccare cõſulo: ſed ordinem relatum pharmaci intermittẽdi obſeruare prius, præcipio. dũ æger iuuenis validarũ virium, & venas latas, ac vrinã rubrã & ſpiſã habẽs, nõ ſit. ſi enim hæc adſint. mittere iterũ ſanguinẽ, ante purgationẽ cum pharmaco licet.

¶ Pharmaca ergo quæ poſt ſumptã caſsiã (ſi aliquid eam ſumi nõ vetet) ac bibitos ſyrupos conueniunt. conficienda erunt ex agarico, turbith, ſene, polipodio, cnico, manna, caſsia fiſtulari, maceratione rhabarbari, & aliis medicamentis, quorum non nulla expurgandi bilem, & alia educendi pituitam præcipue vim habeant. commiſcendaq; huiuſmodi pharmaca erunt taliter, quod vbi plus impura & magnæ portioni pituitæ, aut melãcholiæ adiũcta bilis fuerit, plus eorũ medicamẽtorũ quæ pituitam, & melancholiam ſubducũt, q̃ illorũ quæ bilẽ purgãt potio 10 Metho.

exhibenda febrienti,recipiat, at vbi
contra acciderit, quòd ſcilicet plus
bilis quàm pituitæ ſit adiunctum:
pharmacum quod bilem educat ma
xime laturum eſt. nec hic examina-
mus an in febribus his orientibus à
notha bili, pituita & bilis ſic com-
miſta ſint, vt ex ambobus vnum per
fectum miſtum redundet, vel non.
nam cũ de emitriteo loquuti, Deo
concedente, fuerimus. ad vnguem
dubium hoc diſcutiemus. Relata ſi
bibenda fuerint. diſſoluantur oxi-
melli ſimplici, vel duarum radicũ,
cum craſsior vel magis lentus hu-
mor eſſe credatur,& coctione ſemi-
num communium calidorum, ane-
ſi ſcilicet,apii,fœniculi, ac aliis eiuſ
dem facultatis, quibus purpureas
violas,& pruna damaſcena, ac bor-
raginis flores,etiam adiunges.ex cõ-
poſitis in officinis pharmacis dia-
cartham9 Guidonis vel Arnaldi Vi
llanouani vtiliſsimus ſæpe eſt à me
expertus pro educendo hoc ſucco.
nempe ſi tenues,qui viciati ſunt ſuc
ci,fuerint. decoctum ex floribus pa-
rum ſupra narratis, & prunis cum
aliquibus ex ſeminibus calidis con-
ficito.& ex conditis in officinis dia-
pruno laxante Nicolai vtaris. Por-
ro cum incatapotiorum forma me-
dicamenta deglutienda erunt.quòd
apotionibus abhorreat febriens, ex
ſupra ſcriptis illa conficito: aut pil-
lulis aggregatiuis primæ diſcretio-
nis, ex tribus quas Ioannes Meſues
cõpoſuit,vtaris. quas eligere innu-
meri proſperi euentus me coegerũt.
cumq; valde impura bilis fuerit, pil
lulas de agarico eiuſdem autoris de
uorare præcipies. vel ex ãbabus maſ
ſulis commiſtis catapotia facere. in
numera recenſere pharmaca tã ſim
plicia quàm cõpoſita, valeremquæ
breuitatis cauſa omitto.

¶ Balnea in harum febrium ini- 11. Metho.
tio adeò vitare Galenus,Paulus,Ae-
tius,ac Auicena cauent, vt nihil ma
gis. poſt coctũ autẽ humorem vtilia
eſſe,omnes innuunt, quibus meã ad
ſcribo ſententiam (quanuis vt vera
fatear) nunquàm pro febris medela
hoc præſidio ſum vſus, crurum lo-
tione ad ſedãdum capitis dolorem,
aut ſomnum alliciendum ſæpe vti
conſueui. & proſpere ceſsit, totius
corporis fotu vbi ſupreſſa lapillo,
aut craſſa materia, vrina, vel men-
ſtruum obſtructione erat, etiam v-
ſus ſum. nec ideo quòd oſcitãter cir
ca præſens remedium me geſſerim.
inutile iudicandum ab aliis medi-
cis ipſum erit. crediderim enim e-
go,inualde diuturnis nothis tertia-
nis ſatis conferre, præſertim in re-
gionibus in quibus vſus eorum fre-
quens eſſe ſolet, & æger aſſuetus eis
vti.

¶ Poſt cliſteres,& ſanguinis miſsio 12. Metho.
nem,ac ſyruporum & pharmaci al-
uum expurgantis exhibitionem, &
balnea ſi febris adhuc pertinaciter
febrienti hæſerit,conducet non pa-
rũ mitridati drachma vna, vel pul-
ueris aromatici roſati tantundẽ. dũ
eorum alterũ diſſolutum in oximel
le duarũ radicum & aqua abſinthii
ſit. neq; inferius diatrion pipereon
prædictis eſt,ſi bilis notha, ex pitui-
ta & bili ſit commiſta.ſecus ſi melã-
cholia bili ſit adiuncta.nam tũc ve-
rendum eſſet: ne nimium aſſata me
lancholia & terrea verſa obſtructio
nes immedicabiles gigneret. & hæc
inter methodos obſeruandas in me
dela huius generis nothæ bilis erit.
horaq; ſumendi relata medicamẽta
matutina erit: & ſudare cõnaturus
eſt æger nõvi ſtragulorũ,ſed ſe intra
lectũ cooperimẽtis aſſuetis tegẽdo.

¶ Nõ adeo Theriaca andromachi à 13. Metho.
me

me probatur pro ſudore prouocan-
do,vt aliquod ex præcedẽtibus phar
macis. neq; immerito. quòd ego ex-
periar, theriacam à decem annis ad
huc confectam,vt in hoc noſtro me
thymnæ duelli oppido confici à vi-
ginti annis hucuſq; conſueuit, reſi-
pere naturam opii & aliorum medi
camentorum ſtuporem inducẽtiũ,
quod pernicioſum eſſe in his, quib9
reſerare obſtructiones, & ſecare len
ta,& attenuare craſſa conuenit, cui
uis notum eſt.

14. Metho. ¶ Solet in his nothis tertianis diu
turnioribus factis, cum ortum ipſæ
trahunt à bili pituitæ commiſta,ob
ſtructio in iocinore fieri, in illis ve-
ro quæ à bili melancholiæ adiuncta
oriuntur,opilatio in liene gigni.tũc
q; quàm maximè conuenit, iecur in
vnis, lienem in aliis, vnguentis reſe
rantibus obſtructa perũgere.pro re-
ſerãdis ergo iecoris obſtructionib9,
malagmata ex linodera theophra-
ſti (quam Arabum interpretes cuſcu
tam vocare conſueuerũt,vt Manar-
do placet)Et ex nardi ſpica, ac Gal-
lico nardo,amomo,iunco odorato,
amigdalis amaris,gẽciana, glycirhi
za,eringio,abſinthio,ſerpyllo, pen-
thaphyllo,intibo, cycoreo,eupato-
rio,ſemine apii.fœniculi,aſparragi,
et aliis innumeris medicamẽtis vim
reſerandi habẽtibus fiunt. at vt ſple
nis opilationes apperiantur,ex illy-
rica iride,myrica, quam officinæ ta
mariſcum vocant,lupinis ſatiuis,a-
coro,canchamo, quod lacam gum-
mi nonnulli eſſe contendunt,rapha
no,ſinapi,naſturcio,cappari, ariſto-
lochia, hyſopo, pulegio, dictamo,
emplaſtra& vnguẽta oleis ex aliquo
aut aliquibus relatorum & cera ad-
ditis fieri conſueuerunt.

15.Metho. ¶ Cauendum quidem quàmmaxi
mè eſt,ne tantum mollientia in ieci
noris obſtructionibus eidem ſine ro
borantibus medicamentis admoue
antur. cum enim iecoris præcipua
pars carnoſa ſit,valde mollien tibus
adeo diſſolui vis eiuſdẽ ſolet, vt nõ
raro error hic in interitum ægrum
ducat.vt Galenus in exordio octaui
libri de compoſitione pharmacorũ
ſecundum locos ſcripſit. Cuius ſen-
tentiam afferre placuit:quòd in eiuſ
dem libri exordio prudens eiuſdem
quodam decretum omnes cautos fa
ciat, ne vera noua dogmata noſtra
legentes reſpuant, & abominentur.
quia falſis opinionibus pri9 ſint im
buti,verba Galeni ſequentia ſunt.
Quod ſemper dico, etiam nunc
proloquar, nimirũ perſuaſſum mi-
hi habere,quòd difficilimum ſit, ad
veritatem reuocare eos,qui ſectæ ali
cuius ſeruituti ſe addixerũt. verum
qui prudentes ſunt,ſimulq; veritatẽ
ſyncerè amant,eos ſpero cuſtoditu-
ros eſſe, ea quæ veluti iudicandi in-
ſtrumenta nobis à natura data ſunt.
ad actionum vitæ cognitionem. ex-
perientiam dico, & rationem. quæ
quidem vtraq; ex æquo quibuſdam
conferunt ad artem.quibuſdam ve-
ro alterum altero amplius, & tamẽ
tanquàm ſemper ad perfectionem,
alterum altero opus habet. ſic ſanè
ad reſiduum ſermonis & doctrinæ
huius abſoluendum progrediar. fal
ſæ enim opiniones animas hominũ
præoccupantes. non ſolum ſurdos,
ſed & cæcos faciunt,ita vt videre ne
queant,quæ aliis conſpicuè appare-
ant. quod ipſum vel maxime circa
affectiones oris ventris videre cõtin
git, præſertim cũ fuerit inflãmatũ.
eius enim itẽq; iocinoris inflãmatio
nes, adſtringentiũ cõplexu opus ha-
bẽt.ſi nãq; per laxatoriũ medicatio-
nis ductũ, citra admiſtionẽ faculta-
tis robur addentis,curentur:pericu-

 lum

lum incurrunt de ipſa vita,atq; hoc
ipſum cum omnes Empirici medi-
ci per experientiam edocti ſint, &
omnes dogmatici in artis operibus
obſeruent. non pauci tamen huius
temporis methodici (neq; enim de
omnibus dico) innumeros quidem
ſtomachicos ipſi in animi deliquiū
inducūt. Omnes vero hepaticos oc-
cidunt.nullum enim ego vidi ſerua
uatum ex iis qui in eiuſmodi medi-
cum inciderunt.

6.Metho. ¶Neq; præcedēte methodo inter-
dicim9 adipib9 cera & oleis in ſcyr
roſis iecoris obſtructionibus vti, dū
horum exiguum malagmata & em-
plaſtra recipiant, & apperiētium at
tenuantiumq; quàm plurimum.ne-
que eandem methodum obſeruan-
dā in lienis opilationibus vllus cre-
dat. tam quòd lien totius corporis
alimenta minime concoquat,vt ie-
cur. indeq; roborātibus facultatem
concoctricem non indigeat. quám
quòd multo duriores lienis obſtru-
ctiones quàm iecoris contingāt. me
lācholico ſucco in liene detineri ſo
lito, in iecore ſanguine vel pituita
implurimum congeſta.

Caput.xliiij. De me
dela duarum tertianarum ſeu du
plicis tertianæ(vanam namq; exi
ſtimo eſſe diſtinctionē inter has
voces,duplex tertiana, & duæ ter
tianæ) intermittētis à notha bili
originem trahentis.

NON ſolū dupli-
cem tertianam in
termittentem vo-
co eam,quæ quoti
die infeſtat,verum
& illam, quæ in ea
dem die bis vel ter afligit, dum quæ
uis acceſsio cum ſudore vel ſine illo
in infebricitationē exactam, aut nō
exactam deſinat. nō enim perpetuū
eſt, tertianam vocatam duplicē, in
duobus diebus infeſtare, tertiæque
diei febrem reſpōdere tertianæ,quæ
in tercia antecedente die ægrotan-
tem corripuit. quin fortuitum, etſi
ob cauſas,quas in antecedētibus ſcri
pſimus (cum acceſsionum febriū in
certis dieb9 rationē exarauim9)fre-
quentius hoc quàm aliud cōtingat.
Certè ſæpiſsimè accidit,intra vnius
diei viginti quatuor horas, duas fe-
bres,& quādoq; tres, à bili notha o-
riētes incipere,& finiri. etiam in eo
dem temporis ſpatio vel pauco ma-
iore quandoq; duas, nonnunq̄; tres,
aut quatuor febres accedere,& diſce
dere. quarum nulla ortum à bili ne
que aliquo alio ſucco ex quatuor in
nobis dominantibus putrefactis tra
xit.ſed ab aliqua alia diſtemperie in
dorſi vena & arteria magnis accidē
te.cum enim in ſuppurationē cere-
brū ipſum vergit,chirurgi frequen
ter experiuntur, pluries febres ſine
ordine cum rigoribus in vnica die
accedere, & cum ſudoribus eaſdem
eodem die diſcedere. quòd mala af-
fectio cranii & cerebri ſuppurati p
occiput in vertebrarū dorſi medul-
lam decendēs, rigorem concitet,ea
demq; communicata magnæ venæ
& arteriæ per dorſum repētib9, ſan
guinem cordis citra putrefactionē
inficiendo, in magnas frequentes &
veloces ſiſtoles & diaſtoles cor atol-
li,ac deprimi,cogat.tandem cum re
lati euentus & alii innumeri paſsim
in ægris contingant. vanum eſt fe-
brium medelam,quæ cauſæ ablatio
nem reſpicit,diſtinguere, in quoti-
die accedentes, & per tertios aut
quartos dies infeſtētes febres, ſed in
pituitæ bilis ſanguinis & melācho-
liæ

liæ ablationem, vt nos in antecedentibus fecimus. At ſi id quod ad rationem victus & horas in quibus ſumere pharmaca conueniat, perpenditur. negligere modum, quem acceſsiones ſeruent, perniciosum eſſe, conſueuit. vt quoq; ad horam criſis prædicendum. cum ergo in præcedente capite præcepta obſeruanda in educenda notha bili, & aliis ſimilibus agẽdis ſcripſerim. hic qua hora, hæc facienda & alimẽta exhibẽda duplici tertiana infeſtatis ſunt, paucis explicabo. reliqua nempè parum ante ſufficienter ſcripta eſſe, exiſtimamus.

1. Metho. ¶ Poſtquàm nouit medicus diẽ, in qua minor febris infeſtat, tenetur in illa ſolidiore, accraſſiore vti alimẽto, vt in reliqua, in qua febris validior eſt, tenuiore ac pauciore: & in vtriſq; victus tribus horis anteq̃ frigus aut rigor corripiat, exhibendus erit. Et quoniam hæ febres diu durare ſolent, carnibus pullorum gallinarum, aut perdicum, vel ipſis gallinis febrientes alendi ſunt. ne eorũdẽ vires ante morbi finẽ deficiant. ſuntq; decoquendæ gallinæ, & earundẽ pulli ciceribus & petroſelino. vel harum & perdicum pulli aſsi comedẽdi. ouorum etiam lutea in aqua leuiter, vt ſorberi valeant, cum proprio cortice elixata (ne ſi ouorum cortex frangeretur, & lutea eorum aquæ calidæ immergantur, tenue & purum in aqua linquatur) conuenire illis, quibus gratus ouorum vſus eſſe ſolet, exiſtimo. capparri, paſtinachia hortenſis, raphanus, & omnia attenuantia alimenta his conducunt. quòd ſi pares duplices tertianæ fuerint, pari alimento febriẽtes alendi ſunt: hora, quam dixi, obſeruata.

2. Metho. ¶ Cũ febres hæ adeo prolixæ ſunt. vt nullum aut tã exiguum tempus inter finem prioris & initium poſterioris interuacet, quòd non liceat, cibum exhibere ante tres relatas in antecedente methodo horas. niſi æger adhuc febriens prandeat, inconuenire nihil, aut parum exiſtimo, inclinante febre alimẽtum exhibere. ſalubriuſq; hoc eſſe reor, quàm in initio vel ſtatu febris venturæ ægrũ alere. Verum ſi adeo breues tertianæ hæ eſſent, & febriẽtis vires adeo validæ, vt tollerare vtraſq; ieiunus ſaltem à carnibus & pane ſolis bellariis altus valeret. expectare ambarũ finem, vt ſine febre æger exiſtens prãdere, poſsit. ſaluberrimum eſſet. maximè cũ poſt duas tertianas finitas in vnica die vel duabus, quæ ſubſequutura erat tertiana, maiore intercapedine diſtatura foret à fine antecedentis, quàm vltima à priore.

¶ Cum in antecedente capite mittiſanguinem à febriẽtibus à bili notha per tertios dies infeſtante. præceperim, in præſenti ſalubrius id fieri, duplici vel triplici febre tertiana notha affligente, quàm ſimplici fateor. nam cũ toties aduenire febres, vbi in cerebro vulnꝰ nullum eſt, nõ aliunde oriri in plurimum ſoleat, quàm ex multitudine bilis nothæ, aut intenſa putredine eiuſdem, facultatem cordis plurimum prorritante. & vtrobiq; plus ſanguinis extrahere conueniat, quàm cum præ exiguitate, aut pauca malignitate nothæ bilis per tertios tantum dies febris accedit. merito in illis pluries ſanguinem mittere, ſalubrius eſſe fatemur. 3. Metho.

¶ In dubium ſæpe venit. cũ in quavis die febris tertiana notha intermittens hominem occupat, in qua illarum ſoluens pharmacum ſumẽdum ſit. maximè cum fermè pares vtræq; febres fuerint. quod per præſentem 4. Metho.

ſentem methodum abſoluimus. nẽpe ſi intermiſsio febris tanta eſt, vt in ea liceat, pharmacum ægro in infebricitatione cõſtituto exhibere, & ſex aut ſeptẽ horæ ſuper ſint, in quibus & aluus expurgari, & alimentũ tribus horis priuſquàm febris corripiat, ſumi: in ea hora ſiue diurna aut nocturna fuerit, exhibeatur. at cum tanta intercapedo infebricitationis quanta prædicta eſt, non fuerit. ſed febris prioris finis adeo cõiũctus principio ſequentis ſit. vt non niſi à febre occupato homine, pharmacum, aut alimentum exhibere liceat, pharmacum inclinante febre, dare iubeo, ac alimenti exhibitionẽ differre, quouſq; à febre mundus ſit æger, moneo. perpendenda enim eſt hora, in qua pharmacum deuorandum erit, & adeò diſtatura eſt à principio febris venturæ. vt quinq; vel ſex horæ ſuperſint, in quibus aluus expurgari poſsit, & alimentum ſumi, & tres horæ reſtent, quæ interuacare debent, inter alimentũ ſumptũ & initium febris venturæ. Porro cũ impares fuerint febres, exiguumq; interſticium inter vtraſq; adſit, inclinante minore febre, medicamentum expurgans erit exhibendum. neq; putes plurimũ inconuenire, quòd ſoleat febris illa ſudore finiri. & quòd purgatio ventris ſudorem occupauit, & ſudor ventris purgationem. huiuſmodi enim ſudores cum non verè critici ſint, quàmq̃ cohibeantur, ob maius commodum incõmodum illud contemnendum eſt.

5. Metho. ¶ Ego in his febribus non adeo in medendo celer ſum, quòd ſi: miſſo ſanguine, & aluo pharmaco expurgata, febris neq; diſcedit, neq; imminui incipit, ſtatim accingar, ad ſecũdam aluı expurgationem, imo per aliquot dies nullo vtens medicamẽto immoror. præſertim quãdo ſymptomata nulla ſæua adſunt, ſed febris eundem accedendi & recedendi modũ ſeruat, & æger in fine æſtatis aut autumni principio conſtitutus eſt. intermiſsioneq; vnius hebdomadæ trãſacta, iterum ſyrupos quales in antecedente capite ſcripſi, ſepties aut nonies bibere iubeo. & poſtea expurgans medicamentum concedo. quòd ſi neq; per hoc febris deliteſcere, aut mitior fieri, aut auferri incipit. ſed priorem formam ſeruare intelligo. Statim vereri incipio atrabiliarium humorem illius occaſionem eſſe. qui vt concoquatur, prolixũ requirat tempus, et per tres hebdomodas quandoq; ægrum feriari à medicamentis iubeo. in quibus etſi pauca aut exigua variatio febris contingat. tertio aggredi medelam in antecedentibus dictã ſoleo. quòd ſi neq; hoc facto ſanitati æger reſtituitur. iam tunc omnino vſum medicamentorum ægro interdico, naturæq; vacuationẽ humoris dimitto. decentem victus rationem febriẽti præſcribẽdo. qua aut morbus ſpõte ſua aufertur. vel in quartanã medendam in initio veris ſæpe mutatur, expertus enim non paucos periiſſe ex his, quos proterui medici frequentibus purgantibus medicamentis auferre febrem conati ſunt, hanc methodum exaraui.

¶ In mittendo ſanguine non idem ordo qui in pharmacis exhibendis, obſeruandus erit. nam poſt primam ſanguinis miſsionem ſi adhuc alteram conuenire, ex ſignis in antecedente capite ſcriptis medicus nouerit, non vltra tertium diem differre eãdem expediet. ne vitiatus ſanguis ſibi proximum inuenis inficiat, aut adeò ipſe putreat. vt tenui parte in halitum diſcuſſa, et craſſa in melancholiam 6. Metho.

choliam verſa, ineptus per venæ inciſsionem extrahi, reddatur. verum ſi bis ſanguine extracto, tũc plꝰ haurire, non conuenire coniectas. non ob id veto ego, tẽtatis aliis quas dixi alui expurgationibus, ſi adhuc vires validæ ſint, & ætas permittit, ſignaq; teſtantia ſanguinem putridũ iterum redundare adſint, tertio venã incindi. dumq; nullum aut exiguũ ſit commodum, quod ex vena ſecta ægro aſcicitur, ceſſare à ſanguine mittendo medicum, conſulo.

7. Metho. ¶ Non te decipiant ſedimenta alba, & tenuia in vrinario vaſe non raro per plures dies viſa, vt inde indubie credas, poſſe ſanguinis miſsione aut alui expurgatiõe, morbũ tũc auferri. ſiſuſque huiuſmodi ſigno, audeas iterũ pharmacũ dare. nã in prolixis morbis ſæpiſsime ſedimenta laudata conſpiciũtur. exigua humoris efficientis morbum, aut alterius in corpore ſuperabundantis portione, cõcocta exiſtẽte, quæ eſt illa, quæ cũ vrina expulſa viſitur, reliqua totius morbi occaſione, incocta manẽte, vt quartanarum vrinæ in autumno alba, & tenuia ſedimenta habentes, frequenter probant. Nempe in his compertũ doctis ac expertis medicis eſt, præcipuam morbi occaſionem tunc crudam eſſe. neq; niſi prope ver, aut in ſequenti tempore concoquendam. quartana enim in plurimũ nõ ante id tẽpus in totũ auferetur (vt in cap. de medela quartanæ: Deo concedente, fuſſe dicemus) & vrinas oppoſitum monſtrare indocti credũt. Nonnullas curatiuas methodos ſcribere in hoc capite poſſem, ſed qa relatas ſufficere credo. quòd hæ inſigniore ſint, ideo finem huic imponere viſum.

Caput. xlv. De nocturnis ac diurnis febribus.

PLACVIT cũ agerem de febribꝰ à bili notha originem trahentibus, de febribus nocturnis ac diurnis caput præſens exarare, quòd reor ipſas ab eadem cholera in plurimum ortum ducere. Quãuis Auicena prima fen. 4. canonis tractatu. 2. cap. 54. oppinetur â ſola pituita oriri, vt verba inſcriptionis capitis citati probant, quæ huiuſmodi ſunt. ⁂ Febris diurna & noturna ex phlegmaticis. ⁂ Has ab hora accedendi nomenclaturam ſumpſiſſe, Hippocrates ipſe primo de morbis vulgaribus commentario tertiò ſub his verbis dixerat. ⁂ Inter febres, quædã continuæ ſunt, quædam inter diu tenent, nocte intermittunt: vel nocte tenent, die intermittunt. ⁂ Et cũ dupliciter voces hæ intermiſsionis & continuitatis dici valeañt. vt Galenus in commento explicuit. ita dupliciter nocturnæ & diurnæ febres dicentur. quandoq; namq; febres quæ nullum tẽpus liberum acceſsione habent. ſiue in eo nonnunquàm creſcant, & quandoq; imminuantur, vel ſemper æqualiter affligant. continuæ quadam generica voce dicuntur. & per oppoſitum intermittentes, quæ liberum & ſine febre ægrum linquunt. alìàs tantum illæ quæ nunq̃ deficiendo æquè à principio ad fine vſq;, nulla ſenſata augmẽtatione, aut minutione cognita, accedunt. quibus opponuntur, quæ etſi non defficiant, aliquando creſcunt, nonnunquàm iminuũtur. & quanuis ita ſit, vt à me eſt dictum,

credo

credo ego, Hippocratem nõ vocaſſe diurnas aut nocturnas alias febres quàm eas, quæ in infebricitationẽ deſinunt, & die vel nocte infeſtant. ſi enim de aliis loqueretur. nullæ fere eſſent, quibus alterum non conueniret: innumeras enim ex continuis acceſſiones habẽtibus videm9. nocte ſemper augeri, alias die. quarum nullæ in tabem vergũt. vt Hippocrates in citato loco contextu ſequenti dixit, vnis ex his accidere. tãdem differentia hæc febrium non prouenit à diuerſitate humoris. vt medici credunt, quartanarũ, & quotidianarum, & tertianarum, prouenire. ſed ab hora inuadendi febris tãtum oritur. nocturna enim quæ nocte accedit, & diurna quæ die, dicuntur. Cõfert Hippocrates de morbis vulgaribus libro primo locis citatis nocturnam febrem diurnæ dicens. ※ Nocturna non admodum lethalis, lõga tamen eſt. diurna longior, ſunt quibus ad tabẽ vergat. ※ Et hanc ſententiam exponens Galenus inquit. ※ Hic ad febres acceſſit, quæ die inuadũt, nocte intermittunt, vel nocte inuadunt, inter diu intermittunt, quarum alteram nocturnam, diurnam alteram vocat, nocturnam illam, quæ nocte inuadit: diurnam quæ die. ſed quæ videbãtur nocturnæ tribuere laudi, hæc ipſa non minus vicio vertent, eo quòd non ſimpliciter dixerit, nocturna nõ eſt lethalis. ſed addiderit, non admodum. nam ſi non valde eſt lethalis, liquet mediocriter lethalẽ eſſe, diurnam autem non modo nocturna longiorem eſſe dixit, ſed eſſe etiam cum ad tabem vergat, vt vel ea conditione ſit deterior. partim enim quo tempore digeri & rareſcere magis ſolet, ſi conſtringatur corpus & conſpiſetur, inuadens febris merito videatur prauior: partim quod tempus habet, quo conſuli ei debebat incommodum. quo enim oportebat tẽpore cubare. hoc cogitur ægrotus medico conſulenti dare operam, quæ cauſa eſt. cur temporis diuturnitate marceſcant, tabeſcantq; propter alterutrum, ſi cubẽt interdiu, ſomni deffectu: ſi non cubent. quòd veſpertilionis vitam & nõ hominis agant. ※ Et quòd Hippocratis decretum hoc multo aliter à Galeno exponitur, quàm ab Hippocrate ſcriptũ fuit. prout mea ſententia eſt. cõſentaneum videtur, quid Hippocrates ſenſerit, paucis exprimere. & nihil aliud vt reor, q̈ quòd febris, quæ nocte corripit, & die diſcedit, nõ ſit admodum lethalis, ſed tantũ longa. & longior quàm diurna. etiam quòd aliquos in tabẽ trahat. id enim rationi & euentibus conſonum eſſe, illi ſcient, qui tamdiu in arte medica verſati ſunt, vt ego, & mei cõſimiles. videmus enim paſsim aliquos morbo Gallico oppreſſos, die bene valere, noctibusq; aduenientibus ſtatim febricula quadam leui capi, præcedente prius parum ſenſato frigore vel horrore, vigilesq; nonnunquàm dolore capitis vel cruris, aut alterius partis corporis per maiorem noctis partem manere. & intra duorum vel trium mẽſium ſpatium eoſdem attenuari, macroſq; ac tabidos fieri, & nonnullos vita priuari. alios etiam qui præfato morbo correpti non ſunt, pruritu, & ſcabie brachiorũ, & crurum, ac ventris, vexatos, noctibus accedẽtibus, febriculis vt præcedentes corripi, etiam vigiles ſeſe ſcalpendo manere. & in eodem tempore quo alii in tabem vergere, ab aliis etiam prolixis morbis cum febrib9 nocturnis inuadentibus carnium conſumptionem

nem prouenire, in die beneualenti-
bus ægris aliquando quoq; contin-
git. et ſi frequẽtiſsimum in illis duo
bus morbis, quos dixi ſit, rariſsimũ
in aliis.

¶Conformem rationi eſſe noſtrã
expoſitionem, inde dignoſcitur,
quòd febres nocte inuadentes, ſi re-
ctè medendæ ſunt, vigiles cogunt æ-
gros manere, non tantum tribus ho
ris ante quàm ipſe incipiant, vt in
medela febriũ generica docuimus.
verum eo tempore, quo principium
& augmenti prior pars durant, vt in
citato capite eſt à nobis præceptũ.
& à Galeno in expoſitione aphoriſ-
mi primi ſecũdi libri iuſſum. quod
ſi exacte & vt decet, ne febris proli-
xior fiat, exequitur æger, vigil per-
manens per maximam noctis partẽ,
in qua dormire ſibi & cuiuis conue
nit, tabeſcit. ſi febris multo tempore
durat. at ſi ſomno oppreſſus febriẽs,
quod frequentiſsimum eſt, relatas
methodos ſeruare nequit, ſed in ip-
ſius febris initio, vel cum riget, aut
horret, vel friget, dormit. obſtructio
nes & morbi alii febri adiunguntur,
quæ febrientem tabidum fieri co-
gunt. neq; parum adauget malũ no-
ctis frigiditas. Si enim eas quæ à pi-
tuita vel notha bili, aut melancho-
lia febres proueniunt, cum mittes
ſunt, augere medicamentis conue-
nit. vt retro eſt à nobis dictum. Ob-
ſtructa corporis cute, noctis frigidi-
tate, prolixiorem futuram febrem,
cuiuis notum erit. vitiatiſq; ægri ſuc
cis, quòd minime poſsint celeriter
vi caloris exigui, in halitum diſcuti
qui febris occaſio ſunt humores,
quòd hæ ambæ cauſæ in gracilitatẽ
febrientem trahãt, nulli quoq; igno
tum eſſe, valet.

¶Nempe niſi à tanto authore quã
tus Galenus eſt, expoſitio adducta eſ
ſet exarata, explodenda exhibilan-
daq; foret. quid enim abſurdius q̃
ablatiuum illum, diurna, nominan-
tiuũ exponere, adiectiuumq;, lon-
gior, ſibi adiungere. & quòd credat
Galenus, Hippocratem diurnam lõ
giorẽ eſſe nocturna ſcripſiſſe, quod
niſi delirꝰ exiſtimare poſſet. ſi enim
aliunde nõ reſipiſceret, quàm quòd
craſsiores & tenatiores humores no
cte quam die moueri ſoleãt, ſufficie
bat id, eundẽ ab errore excitare, quã
to magis innumeri euentus oppoſi-
tum probantes. certe cauſa quam de
dit, vt falſam ſuam expoſitionẽ tuea
tur, putã corpus per febrem dẽſari:
quo tempore rareſcere ſolebat. po-
tius probat. diurnam minus prauã
nocturna eſſe, quàm oppoſitum. ſo
let enim inter diu corpus lucis ſo-
laris calore rarius eſſe, quàm nocti-
bus. à febre ergo diurna corpore e-
tiã rariore, quàm futurum erat, ſi nõ
adeſſet febris verſo. potius diurnam
magis ſalubrẽ illaturus erat, quàm
quòd intulit. alia quoq; cauſa quòd
ſi die infeſtat febris, non valebit æ-
ger nocte cubare, occupatus exequẽ-
do quæ medicus præcipit. nullius va
loris eſt. nam doctus medicus nihil
aliud iuſſurus eſt, quàm quòd vẽtrẽ
cliſteri iam liber à febre exoneret. et
poſt cenet, & parum poſt cænam no
ctem totam dormiat. quæ omnia ſi-
ne vllo incommodo in diurnis fieri
valent. ſyrupos enim ſi exhibere cõ
uenit, recte in augmento febris eoſ-
dem bibet. ſolum pharmacum ſub-
ducens nocte in his diurnis deuora-
tur. quòd cũ non niſi ſemel bis aut
ter in tota morbi duratione fiat, in-
cõueniet nihil: noctes illas vigilare
febrientes. Porrò ſi iis conuictus fa-
tearis, vera eſſe, quæ diximus, ſed mi
nime literam græcam Hippocra-
tis, verti recte poſſe, niſi dictiones
illæ

illæ diurna lõgior ſint adiectiuum & ſubſtantiuum. vt Galenus exponit & non diurna ablatiuus. & longior adiectiuum vocis nocturna. vt ego explico. dicam vitiatam græcã literã eſſe. quia niſi legatur, vt à nobis exponitur, rationi & experimentis aduerſatur.

Caput. xlvj. De medela diurnæ ac nocturne febris.

MEDELAM harum nihilo fermè diſsimilem eſſe medelæ dupliciũ tertianarum. manifeſtum eſt. quod vt dixi, in plurimum à bili notha iſtæ & illæ oriantur. ſi quid diuerſum in his ſcribi valet. tantum ex diuerſitate horæ ſumi debet. in nocturnis nẽpe, iecoris & lienis obſtructiones maximè cauẽdæ erunt. quòd intẽpeſtiuus ſomnus, & aquæ potus, vigẽte noctibus febre, in has faciliter incidere ægros faciũt. in cuius remedium non ſolum conducunt vnguenta reſerantia obſtructa de quibus in antecedente capite meminimus, verum & aqua ex radicibus & ſeminibus ſatis apperientibus, dum guſtui horrida nõ ſint bibita. Exerceri interdiu æger debet, ſi vires eiuſdem tolerãt. ad ſi id non valent, geſtandus matutinis horis. cliſmi ex diſcutientibus, & notham bilem educentibus, iniiciẽdi. iura ex ciceribus, & noſtro petroſelino, & pullis gallinarum, aut ipſis gallinis ſorbenda. Carneſq; relatæ, & iuuenum perdicum, vel hædorum aſſæ, aut elixæ, deuorãdæ. vinum album, iã cocta materia, aqua ſupradecta lymphatum conducit. animi hilaritas quàm maximè his procuranda. quòd harum febrium ſuccus craſſus & ad naturam melancholiæ vergens ægrotos triſtes incedere cogat. dormire permittendi ſunt iſti, aliquanto citius quàm alii febrientes, quòd noctis hora in qua febre capiuntur, id poſcat. ergo ſi alios non ante ſtatus aut augmenti vltimam partem. ſomno vacare non permittimus. iſtis parum ante dormire cõcedimus. Certè ſi macreſcere, & in tabem ire, hos ſenſeris, aſinino lacte cibabis. dum non à morbo Gallico febres oriantur. nam hæ peculiaribus remediis in proprio tractatu dicendis curandæ ſunt. neque hoc priuſquàm corpus ſufficienter vacuatũ ſit, aggrediaris. nec niſi parum ante diluculum lac dabis.

¶In diurnis febribus alui à fecibus 2. Metho.
cliſteribus purgatio procuranda, ablata iam febre, erit parum ante ſolis occaſum vel poſt. quatenus citi9 aut ſerius aufertur ipſa. pharmacũ quoq; ſubducens eadem hora deglutiendum, ſyrupi non item bibendi. ſed ea diei hora, qua augeri incipit febris, vel ſi rigente, aut horrẽte, vel frigente febriẽte, infeſtiſsima ſiti ipſe vexatur, tunc tranſglutiẽdi erũt. iis enim ſitis quandoq; in totum ſedatur, & ægri ſaluti recte cõſulim9. quòd ex reſerãtibus ſyrupi qui exhibentur, conficiendi ſunt. vel vomitus nõnunq̃ proritatur. quod etiam vtile ægro eſt. medicamẽta qnæ ſuccum vitiatum educere debent, bilioſos ſuccos pluſq̃; in nocturnis reſpiciant. quòd eæ minus pituitæ & melãcholiæ & plus choleræ pro occaſione habeant, quàm nocturnæ. alimenta ſolidiora mandẽda oriẽte ſole ſi febris acceſsio tres horas poſt ortum inuaſura erit. aut ſi citius, occidente, deuoranda. bellaria & damaſcena pruna, ac mala punica, & alia conſimilia, vigente iam febre, ac ſecurius inclinante, comedenda.

ſangui

ſanguinis miſsio ſi cum ſol oritur,
febris accidit.tunc minime exercen
da.nec niſi poſt ſolis occaſum (ſi to-
tam diem perdurauerit febris) vena
ſecanda.verum cauẽdum quàmma-
ximè, ne ſtatim vt febris aufertur. ſi
febriens valde imbecillus permanet
eiuſdem venam priuſquàm leuibus
cibis reficiatur,ſecare permittas. dã
da ergo, inclinata febre, Gallinarũ
iecora,aut lutea duo ouorum, vel a-
lia conſimilis facultatis. & duabus,
horis trãſgreſsis.ſanguis mittẽdus.
cum vero ſolis malis punicis,& ſac-
charo,& aliis quæ dixim9, altus in-
terdiu æger,adeo valid9, tranſata fe
bre,videatur, vt ſanguinis miſsionẽ
tollerare, nullo alio prius exhibito
alimento, valeat. exonerato ventre,
vena ſecetur. & poſt duas horas cœ-
net.Nonnullas alias methodos cura
tiuas peculiares his febrib9 exarare
valerẽ, ſed cũ tã planæ hæ ſint, vt q̃;
tumuis rudis,qui præcedentium fe-
brium methodos curatiuas legit,fa-
cile ſine magiſtro eas capiet. in ca-
ſum viſum,eaſdem ſcribere. ad me-
dendum ergo febribus continuis à
bili notha orientibus accedamus.vt
quàm celerius poſsimus.finem huic
libro imponamus.

Caput.xlvij. De me
dela febrium continuarum à no
tha cholera orientium.

QVI præcedẽtia ca
pite.7.&.8. attente
legit,ignorare non
poteſt, cur ab eodẽ
humore quandoq;
febris continua nõ
nunqàum intermittens fiat.ideo hu
ius rei reddere cauſam, iterum hic
moleſtiumerit.at quo differat mede
la huius febris continuæ, à medela
intermittentis, paucioribus quàm
poſsit verbis ex primi, neceſſum eſſe
viſum eſt.

¶ Sit ergo methodus prima, in fe- 1.Metho.
bre hac tranſata prima die, hoc eſt
viginti quatuor horarum ſpatio, al
uus expurganda cliſteri communi
erit.cui,quæ diſcutiunt, & attenuãt
addenda.camomellino,aut anetino
oleo, & benedicta Nicolai, ac hiera
pichra, incoctione diſſolutis.dũ ta-
men non immodicè lubrica aluus
ſit.

¶ Syrupi expolytrico, capillum ve 2.Metho.
neris iuniores vocauere, & duabus
radicibus,& cicoreo, & aliis huiuſ-
modi confecti, cum aqua fœniculi
ac intibi poſtera die ante lucem de-
uorandi ſunt,& duabus tranſatis ho
ris vncia pulpæ caſsiæ fiſtularis, cũ
ſcrupulis duobus pulueris aromati-
ci roſati Nicolai,& ſaccharo in exi-
guos bolos redacta trãſglutiẽda, ac
duas poſt horas iuſculũ pulli galli-
nacei bibendum, & caro ipſa deuo-
randa,& ſi ægro dormire placuerit,
poſt horam à prandio ſomno indul
gere permittẽdum. qui enim caſsiã
ſumpſerè,non niſi poſt meridiem al
uum exhonerare ſolent.

¶ In ſequenti die ſanguis mitten- 3.Metho.
dus è bracchio dextro & communi
vena erit.ſi vires,& ætas,& anni tem
pus & vrina ac alia ſigna ſanguinem
redundare vel viciatum eſſe nũcia-
uerint. neq; vnica ſanguinis miſsio-
ne ſolet hic morbus leuari, aut aufe
rri.imo duas,& tres, & nõnunquàm
plures poſcit. quod exactius ex præ-
cedentibus capitibus agentibus de-
generica medela & ex parum infra
dicendis intelligi valet.

¶ In ſexta die à morbi initio phar 4.Metho.
macum ex maceratione agarici tro
chiſcati(ita enim qui in paſtillos cũ
oximelle,aut ſale gemma à iuniori-

bus vocato,aut vino in quo zinziber maduerit,ipſum redigunt, vocauere)& rhabarbaro etiam inuino cum nardi coma macerato,& caſsia fiſtulari, ac ex cõpoſitionibus diacartamo Guidonis, & electuario roſato Meſues conficere conuenit. vel ex prædictorum aliquo, vel aliquibus ſimplicibus aut compoſitis, & ex cõfectione medicaminis amech,& dia pruno laxante Nicolai,& polyppodio (filiculam etiã vocauit Dioſcorides)in decocto ſeminum aneſi, fœniculi,& fiorum violarum,& borraginis,ac prunorum diſſolutis. potio conficienda erit.

5.Metho. ¶Alimenta horum facilis coctionis,& tenuis cõſiſtentiæ, vimq; attenuandi habentia futura ſunt. neque tanta cibi quantitas iis concedẽda, vt illis,qui ab exquiſita bili febriũt. quia etſi ex ſyncera bili oriri ſoleãt, breuiores morbi, quàm ab expuria. quòd à ſyncera febrientes parati ſunt in animi deliquium,vigilias,& deliria incidere, quæ minime in orientibus à notha bili euenire cõſueuere.ideo minori quantitate niſi cũ prolixam hanc febrem notis vllis ſuſpicatus fueris ali iubeo.Nõ enim adeo lõga febris hæc eſſe inplurimũ ſolet.vt vereri poſsimus,vires defuturas ante morbi finem. maxime quòd pituita in his redundare ſolita, deficiente extrinſeco alimento, vlterius cocta ſi viciata non eſt, loco cibi alere eſt nata.

6.Metho ¶Aquæ potus his non adeo vberrimus,vt aliis à ſanguine vel exquiſita bili febrientibus cõceditur.imo parce aquã hos bibere,præſertim ſi æſtate non febriant, iubeo. at aqua non cruda ſed aneſo,aut fœniculo,vel alio conſimili cocta potanda.cauendaq; eſt intempeſtiua cuiuſuis aquæ ſorbitio.intempeſtiuam ſorbitionẽ voco eam, quæ in initio acceſsionis bibitur,expectandus enim eſt ſtatus, aut ſi ſitis infeſtiſsima ſit, augmẽti vltima pars priuſq̃; bibant, & dormant hi,vt in generica febrium medela ſcripſimus.

¶Crurum frictiones frequẽter in his faciendæ.quòd ſoleant iſti, quodam pernicioſo ſymptomate,graui ſcilicet ſopore, ſæpiſsimè corripi, cui malo non parum cõducit, quidquid ad corporis infernas partes ſuccos capitis reuellit, vt crurũ frictio, &cliſteria ex bilem & pituitã purgãtibus quotidie immiſſa. verũ quòd de hoc ſymptomate peculiare caput Paulus:& Aëtius:atq, Arabes inter febrium ſymptomata medelam ſcripſere. & frequentiſsimè in nonnullis tempeſtatibus graſſetur:totq; homines interire faciat, vt quæuis peſtilens ægritudo, neceſſarium viſum mihi eſt: de hoc ipſo ſymptomate caput & medelam exarare. 7.M

Caput.xlviij.de graui ſopore cataphora à Græcis dictus.

AB Hiſpanis modorra, nominatur, ab Auicena, Raſi,ſerapione:ſubet.à nonnullis Latinis letargus, quẽ Cornelius Celſus lib.3.cap.vigeſsimo, marcorem & in expugnabilem penè ſomni neceſsitatẽ definit, ab aliis veternus dicitur.quàmuis Cato aberrans hydropicum veternoſum nominet. cathocum nonnulli hoc idem vocant:etſi Galenus primo prorrhetici cõmentario.2.aphoriſmo.56. non niſi eos qui oculis appertis veluti ſtupidi iacent,cathoco correptos dicat.

cat.

cat: eiuſdemq; ſententiæ idem in libro finitionum eſſe videtur. coma ab Homero poeta, & ab Hippocrate, & à Galeno in quàm plurimis locis nominatur. vt Galenus ipſe libello de comate teſtatur. Sed ſiue vno aut alio nomine ſymptoma illud vocetur, definiendum, vt Cornelius expoſuit erit: nuncupo ſemper ſymptoma & non morbum accidēs hoc. quòd potius ſequi alias ægritudines, operationes ſenſibiliter lædētes ſoleat. quàm ipſe ſine illis accedere. quàmq̄ verum eſt, poſſe à pituitoſo ſucco ſine febre morbus hic prouenire, qui tunc in proprie ſymptoma nominaretur. niſi diſtemperiem pituitæ inductam in cerebro morbum, & ſoporem ſymptoma tunc dixeris.

¶ Inuadere morbus ſeu ſymptoma hoc, vt referam, conſueuit. poſt quintam aut ſextam diem á prima acceſione febris continuæ a bili notha orientis, ſolet in nonnullis tempeſtatibus, cum acceſionis ſeptimæ vel alterius poſterioris febris redditu ſimul ſopor adeo inexpugnabilis febrientem corripere. vt niſi cum alta voce, aut concuſione excitetur, oculos ſomno grauatos aperire nequeat. quos ſtatim vt vocanti reſpondet, iterū claudit. ſicque nonnunq̄; duodecim horas, aliás quindecim plus aut minus oprimere, ſopor hic ſolet. toto eo tēpore adeo reſolutis viribus febrientis verſis, vt ſupinus iaceat, quādoq; vt appoplectic9 ſtertat, nonnunquàm nedum clamore excitetur. verum relato tēporis ſpatio tranſato, hos reuiuiſcere ſæpiſſime videmus, viresq; amiſſas ſubito reſtituere, ſomnum abigere, & ſi quod delirium ſomnum committabatur, reſipiſcere. ſimilesq; ſibi ſanis, præterquàm quòd plurimi febriāt videri. poteſt enim cū intermittente febre malum hoc quoq; contingere. at non ſemel graſſari in febrientem & cum vnica acceſsione corripere eundem, ſolet: imo vnius diei intermiſsione facta, tertia die ſæpe redire conſueuit. quàmq̄ & in quauis die ſi in quaq; acceſsio contingit, nōnunq̄ opprimat. neq; ii reditus niſi in ægri perniciem Aniri ſolent.

¶ Conſueuiſſe ſymptoma relatū cum notha tertiana coniungi, euentus docuere, ita enim vt ſcripſi plus quàm à triginta & quinq; ānis quòd ægris medeor accidere obſeruaui, neq; diſsimile cōtigiſſe Aetio, cōtextus eiuſdem capite tertio tetrablibi ſecundæ ſermonis tertii facile probat. inquit enim illic. ※ Aliquando etiam in diuturnis febribus per circuitum cōtingit, ægrotos ſomno immergi, velut in quotidianis fit, & ſemitertianis, quandoq; etiam quartanis, & alii quidem cum conuulſione & contractione neruorum in ſoporem deferuntur. alii pedetentim facta acceſsione. alii quidem vnam immerſionem ſuſtinēt: in qua extremè periclitantur. alii in circuitibus in ſomnum deferuntur, & rurſus reuocantur. proinde conſiderare oportet ſpeciem delationis in ſoporem. qui enim per circuitum ſomno immerguntur, manifeſtiorem pulſum habēt, qui vero ſemper affecti ſunt, minutiſsimum & ægre mobilem. Hi vero etiam dum excitantur, aliena loquuntur, & obliuioſi ſunt. nam dum ſæpe admictionem vrgētur porrecta ipſis matula ſe in manibus ipſam tenere obliuiſcuntur: qui vero per circuitum afficiuntur: nihil tale paciūtur. & alii quidem cum grauitate & elata reſpiratione in ſomnum deferuntur: vt ſtertant & ſin-

gultum ac ſuſpiria ædant. dolorem indicantia. quin reuocati neq; eloqui poſſunt, propter rationis læſionem. alii vero quietiſsimè dormire videntur. ex aliis quidem per frigerãtur artus: & rugoſi ac pallidi ſunt & corporis m iſcella fere cõgellatur. aliis vero diffunditur: & velut rorẽ effundit circa exacerbationum declinationes. Verum quòd ſententia recenſita ſcripta eſt in capite de lethargo, quem Galenus, & Paulus, ac Aetius, oriri à diſtemperie frigida & humida cerebri referunt. Serapione, & Raſi, ac Auicena, cæteriſq; medicis Arabibus atteſtãtibus, à cerebri apoſtemate (ſic enim frigidas & calidas inflammationes Arabum interpretes generica voce nominãt) neceſſum videtur, priuſquam medelam auſpicemur, paucis exponere, quæ nobis verior ſentẽtia videatur. & vt breuiter & vnico verbo id abſoluam. Græcorum veram eſſe atteſtor. neq; alia ratiõe indigere decretum prædictum., vt verum eſſe: probetur, exiſtimo. quàm quòd experiamur nonnunquàm inuadere cum febrili acceſsione ſymptoma hoc, & inclinata febre auferri, iterumq; redire, redeunte febre, & etiam poſt delitеſcere. quæ cõtingere nõ poſſent, ſi apoſtema pituitoſum foret. nam tam cito humorem imbibi in cerebri aut membranarum poroſitates tumoremq; atollere, & ſtatim diſcuti, ac poſt eaſdem poroſitates occupare: alienum à vero valde videtur. neq; Auicenam aliud ſenſiſſe reor. cum capite de lethargia fen prima tertii dixerit. Lethargia dicitur apoſtema phlegmaticum factum intra cranium & eſt ſirſen phlegmaticum & plurimum quidem eius fit in meatibus ſubſtãtiæ cerebri. abſq; velaminibus & ventriculis, & ſubſtãtia cerebri. quoniam phlegma raro congregatur. & penetrat in mẽbranas cerebri propter ipſarũ duritiẽ: neq; in ſubſtãtiã cerebri propter ipſius viſcoſitatẽ. Nam in illis verbis. Plurimum quidem eius fit in meatibus ſubſtantiæ cerebri. Palam intelligiſſe apparet. quòd ex ſolo delapſu pituitæ per vias aliquas cerebri puta venas aut arterias genita diſtemperie frigida & humida in cerebro, proueniat ſomnus profundus, & obliuio contingens lethargicis vt Græci dixere. nullo humore imbibito in ſubſtantia cerebri: aut mẽbranarum ob cauſam quam Auicena dixit. quod vt apoſtema fieret, requiritur: neq; in ventriculis cerebri: quia iam non lethargus ſed apoplexia: aut epilepſia nominaretur. Si ergo lethargiã Auicena definiuit apoſtama, potius vt ſerapionem, cæteroſque Arabes, ſe ſeniores ſequeretur. quàm vt verum illud eſſe putaret, ſcripſit. vt ſententia à me ducta, & quæ infra illã ſequitur probant.

¶ Porrò vanum mihi videtur, diu immorari in expoſitione illarũ plurium nomenclaturarum, huius affectus, quorum in exordio huius capitis meminimus. Cum vt mea ſentẽtia eſt, tam ſopor inexpugnabilis qui oculis clauſis accidit, quàm qui oculis appertis contingit. ab eadem cauſa orthum trahit. à pituita ſcilicet. differunt nempe affectus hi: vt diuerſarũ partiũ oris in paraliſi diſtortarũ, quia quòd altera ſit reſoluta alia verſus propriã originẽ cõuertitur, reſolutis neruis cedẽtibus oppoſitis, certe pituita redundãs in aliquibus cerebri locis, vnde nonnulli nerui genarum oculorum oriũtur, adeò laxos efficit neruos muſculorum, quibus genæ ipſecla udũtur, vt neceſſa-

vt neceſſario oppoſiti (quàmq̃ vtriquè minime ſenſibiles vt Galenus capite. 9. libri decimi de vſu partiũ dixit) genas verſus ſupernam regionem attolant. eademq; pituita aliis cerebri partibus inſidens. ex quibus alii oriuntur: neruos illos tendẽtes in muſculos quibus genæ attolluntur reſoluens, oppoſitos cogit, vt genas claudãt. nec niſi vi & conatu nõ exiguo eas adaperiant. Quippe ſi qa materia frigida & ſicca eſſet, oculorum appertio in cathoco proueniret, vt nonnulli ex relatis grauibus autoribus dixere. in melãcholia, delirio ſine febre, contingere, appertio illa cum ſomno ſæpiſsime deberet. quòd frigiditate & ſiccitate ſit diſtemperatum cerebrum, morbum illum patientium, neq; poſſet vere dici, quòd vt id faciat melancholia, neceſſum ſit. eandem repere in corpus cerebri. vt Hippocrates dixiſſe ſexto epidimion in epilepſia videtur. quia à nobis probatum in hoc capite parum ſupra eſt, nõ ab inflammato cerebro lethargum fieri. ſed à diſtemperiẽ paſſo, vt qui melãcholia ægrotant: at melancholici non cathocũ patiuntur, ſed vigiles diu permanent. ergo non inde, ſed vnde nos diximus, oculorum appertio prouenit. leues quoq; illæ differentiæ cõmatis ſeu lethargi in commatoſos cnm delirio & ſine illo minime variant ſpeciem morbi, vt curationẽ mutare cogant: nam non neceſſario oportere in omni delirio bilem adeſſe exiſtimo. cum frequenter experiar, epilepſia à pituita correptos, ſtatim vt releuari à ſymptomate incipiunt, delirare. maximè ſi mox altero conſimili ſymptomate infeſtãdi ſunt. quorum deliria ne quaquã dicere poſſumus, ab alio quam à pituita ortum trahere: in his, qui ab eiudſẽ immodica quantitate epileptici pereunt.

¶ Si adamuſim in præſenti loco exponerem modum, per quẽ ſomnus naturalis & hic morbificus fiunt, adeo immorarer in huiuſmodi inueſtigatione vt librum excedentem iuſtam magnitudinem condere, quod vt vitem, ſolum viſum eſt: locum affectum in hoc morbo paucis exponere. reliquaq; obiter attigere. exactam de illis diſputationem in aliũ differendo locum.

¶ Somnus ergo naturalis indubiè fit: cum adeo reſoluti vitales & animales præſertim ſpiritus. & naturales quandoq; ſunt, quòd ſi reſolutio eorundem vlterius progrederetur, copioſa reſtauratione non facta, periclitari homo deffectu ſpirituum (ſine quibus viuere non datur) poſſet. Quippe occurrente relata neceſſitate, anima ipſa quæ pro vt hæc & cõſimilia munia exercet, natura vocatur, comprimendo villos exteriorũ arteriarum & venarũ ac muſculorũ, quibus ſpũs in altũ corporis retrahuntur. ipſos in cor cerebrũ & iecur ac ſtomachũ propellit. vbi ex deglutitis alimentis actione ventriculi, & iecoris ſãguinẽ efficit, & in corde extenuiore ac puriore ſiniſtri vẽtriculi eiuſdẽ ſanguine, ſpũs vitales gignit, & in cerebro ex eiſdẽ animales procreat, toto hoc tẽpore adeo his officiis vacans, vt quæ extra mediocria ſenſibilia præſentãtur, nequaq̃ ſentiat. vel quia propter ſpirituũ ab his exterioribꝰ partibꝰ in intimas reditum, ipſe ſine ſenſu maneant.. aut quòd aliquæ partes ꝑ quas ſpecies ſenſibiliũ defferẽdæ ſunt, occludantur, & opilentur. morbificus vero ſomnus non ſimiliter fit, quin frigiditate & humiditate immodica male affectæ partes cerebri, quæ

cauæ quãdo ſecundũ naturã ſe habebãt,erant: & cellulas (quas ventriculos medici vocare conſueuere) ex ſeipſis cõſtituebãt,cõcidentes, & ſe mutuocõtãgẽtes celularũq; figurã amittentes, cũ nullos aut paucos ſpiritus animales defferri ex his partibus in quibus fieri conſueuere. ad organa ſenſuũ exteriorũ permittãt, ſopore graui ſic affectos oprimi neceſſũ eſt.

¶ Ex iis, quæ vt audiſtis, breuiter expoſuimus, manifeſtè patet, anteriorẽ cerebri partẽ in hoc morbo male affectam neceſſario eſſe. nã ſi illeſa hæc fuiſſet, viſus & olfactus nerui ab eadem originem trahentes propria munia obitura erant. cuius oppoſitum contingit. neq; quia etiam memorãdi officium nonnunquàm in hoc morbo vitietur, inferẽdũ eſt, poſteriorẽ cerebri partem in qua rerũ phantaſmata aſſeruantur. læſam neceſſario eſſe. quia et ſi ipſam quandoq; lædi cõtingat. ſine eiuſdem læſione memorandi munus viciari poteſt. ſi enim vt memoremur, neceſſarium eſt, ſpirituoſa illa corpuſcula, quæ phantaſmata nominãtur, à cellula occipitis egredi, & parti anteriori cerebri in qua vis noſcendi abſtractiuè abſẽtia ſita eſt, præſentari: vt in priore parte Antonianæ Margaritæ diximus: contingere poterit, ſyncipite læſo, ob inmodicam quãtitatem pituitæ phantaſmata imperio voluntatis ab occipite in partẽ anteriorem cerebri delata, figuram et modum requiſitum ad immutandum illam interiorem facultatem ſenſitricem amittere. indeq; memorandi officium ſine læſione occipitis viciari, neq; et ſi quod diximus, poſsibile eſſe credamus. negare volumus. frequentius contingere, memoriam lædi: quia redundans pituita in poſteriore cerebri ventriculo viã per quam phãtaſmata in anteriorẽ partem defferẽda ſunt, obſtruit. aut taliter eadem inficit, vt inepta ad immutandum facultatem interiorem relinquat. Certe euẽtus probãt phantaſmata corpuſcula ſpirituoſa talis naturæ eſſe, quòd ſiccitate aptiſsima reduntur. vt eiſdem memorari præteritorum valeamus, & oppoſita qualitate ineptiſsima. neq; alia de cauſa in poſtico cerebri ventre aſſeruata ipſa ſunt. niſi quòd illa inter alias ſicciſsima ſit. idq; ſuſpicari facit, extrinſeca facultatum ſenſitricium ſenſibilia cũ phantaſmata gignunt, tenuem illam & ſpirituoſam ſubſtantiam: ex qua eadem conficiunt, exiccare. atq; etiã ob idẽ melancholicos, qui ſicciores ſunt: tenacioris memoriæ reliquis tẽperaturis eſſe. quòd hi promptiores aliis ſint, vt exicentur, aut quòd ſiccitas in his perduret in aliis non. pituitoſi enim: aut ſanguinei dificilius phãtaſmata in ſe fieri admittunt, vel in ſe facta amittunt, & iam quòd phantaſmata in occipite eorundem aſſeruata in anteriorem cerebri partem abſtractiuè noſcentem propellant. diu ibi retinere eadem nequeunt. vt humidos neruos in brachiis aut cruribus habentes, nequaquàm diu erectum bracchium ſeruare valent. neq; diſsimilis præteritis cauſa eſt: cur nõnulli adeo celeriter diuerſa imaginãtur: & alii adeo tardè. illi enim quia phantaſmata ſicciora & agiliora habent. hi quôd grauiora & magis pigra. illis quoq; contingit: ipſis nolentibus: diuerſa ſenſilia coram propria facultate interiore noſcente ſibi præſentari. indeq; vigiles & ſomniantes plurima abſtractiuè noſcentes imaginari. aliis autem cõtrarium accidere.

¶ Phyſicis ergo negotiis dimiſsis: L.Pre&c

& vſq; in aliud opus examinare reli
ctis: ad medelam ſoporis grauis de
quo modo tractamus accedentes.
prius quædam prognoſtica in eo-
dem contingentia exaremus. vnum
que ſit, ſoporem grauem cum ac-
ceſsionibus febrium inuadentem ra
ro in prima acceſsione interficere,
ſed ſæpius remitente febre deliteſce
re. & cum ſecunda, aut tertia acceſ
ſione redire conſueſcere. & ante ſe
ptimum diem ab initio febris, ra-
ro aut nunquàm eundem in vitæ di
ſcrimen ægrum ducere. ſoporem au
tem, qui non ſolum cum febris ac-
cedit inuadit, verum ipſa remitten
te adhuc perſeuerat, intra ſeptimã
diem à morbi initio interficere poſ
ſe, certum eſſe. & ſi quãdoq; in quar
tum decimũ & vlterius differri exi-
tum fœlicem: aut infœlicem eiuſdẽ
experiamur.

2.Prædictio ¶ Secunda prædictio ſit cum mor-
bili quodam genus (tauardillo Hi-
ſpani vocant) in quarta aut quinta
die, aut poſt cum ſopore graui appa
ret. pernicioſum eſſe, ſæpe cõſueuit
prætertim in ſenibus ſecus in iuue-
nibus ante trigeſsimũ annũ cõſtitu
tis. vt enim variolæ raræ & in ſig-
nis magnitudinis teſtãtur, validam
facultatem expultricem eſſe. & pau
cum humorem viciatum. & exiguæ
ac frequẽtes oppoſitũ indicãt. eodẽ
modo morbilus hic. q nõ aliud eſt. q̃
quidã rubor inequaliter innumeras
& exiguas cutis partes afficiẽs. patũ
q; diſsimilem eandem ſibi à pullici
bus cõplurimis morſam redens. vn
de pullicaris morbus à nõnullis vo-
catus eſt. imbecillã facultatẽ expul-
tricem teſtatur. nẽpe ſi valida fuiſ-
ſet, ſanguis ille bili cõmiſtus, q rubo
re cutim afficit in halitum vel per-
nariũ venas, aut emorroides diſcuſ9
aut eductus foret. vel in inflãmatio
nẽ inſignẽ cõgeſt9, tumorẽ in ſuppu
rationẽ laudabilẽ vertẽdã efficeret.

¶ Tertia. prædictio ſit poſt nonam 3.Præ
diem à morbi initio & ſæpius poſt
vndecimã ſi vrina multa, & alba te-
nuis, ſiue mediocris cõſiſtentiæ min
gitur. & per tres aut quatuor ſeu plu
res dies excernitur: febre continua
cum ſopore prædicto aut delirio ſi
ue abſq; vtroq; infeſtante, in ſalutẽ
finiri morbus hic implurimum ſo-
let. vt frequentiſsimi à me viſi euen
tus docent. quod dixiſſe Hippocra-
tem. 69. aphoriſmo quartæ ſectionis
exiſtimo, dicens. Quibus vrinæ
craſſæ, grumoſſæ, pauce, non ſine fe-
bre multitudo veniens ex his tenuis
iuuat. præcipue vero tales veniunt,
quibus ab initio vel breui ſedimen-
ta inſunt. Nam verbum illud
grumoſſæ nõ ab omnibus ſcribitur,
ſed loco illius. cænoſas Numitian9,
& Dioniſius legunt: neutra voce for
taſsis legẽda. quod ſufficeret dicere.
quibus vrinæ craſſæ paucæ non ſine
febre. &c. vt Galenus in eodẽ cõmen
to ſcripſit. vel forte loco vocis illius
grumoſſæ, ſcribendum erat rubræ.
etenim ſemper contingit, in priori
bus diebus febrium continuarũ vri-
nas rubras videri, ac poſt quales dixi
puta tenues & albas, in illis, qui per
vrinam morbificam cauſam excre-
turi ſunt. maximè ſi ſedimenta cũ
prædictis rubris vrinis à principio
apparent. nam in fine cum illa ingẽ
ti vrinarum quantitate nulla ſedi-
menta implurimum apparere expe
rimenta ac ſententia Hippocratis
docuere.

¶ Porrò quia hoc morbi genus de
quo nunc agebam aſsiduæ ægrotan
tes interficit. & in eiuſdẽ initiis non
nunquàm vrinæ cum laudabilibus
ſedimẽtis mictæ apparent. pauca de
huiuſmodi ſedimẽtis dicere cogor.
ne le-

ne lectione librorum medicorũ ma
xime Galeni iuniores & parũ exper
ti medici in prædictionibus decipiã
tur. Certè ſæpiſsimè innumeræ vi-
ſæ ſunt à me vrinæ, in huiuſmodi
præſertim febribus, ac in aliis mor-
bis. ſedimẽta alba, æqualia, lenia, ac
tenuia, habẽtes, ægro in mortem eũ
te, quod cum aliis antecedentibus
temporibus & in conſtitutione præ
ſenti ac anni præteriti. 1556. ego ob
ſeruarem. & minime me dicipi. in
notione ſedimentorum experirer.
nam non pituitæ lentorem in il-
lis conſpiciebam, ſed meram hypo-
ſtaſim, & laudatas conditiones ha-
bentẽ noſcebam. animo plurima vo
luens tandem indicendam ſenten-
tiam deſcendi. Hippocratem ſcili-
cet hæc eadem quæ ego retuli, non
ignoraſſe. ideoq;. 71. quartæ ſectionis
aphoriſmo ſcripſiſſe. ※ Quibus ſe
ptima iudicatur iis nubecula habet
quarta die vrina rubram & alia ex
ratione. ※ Vltima illa verba.
※ Et alia ex ratiõe. ※ Addẽs Hip
pocrates; vt cautos medicos rederet,
non ſufficere vrinam ſedimentũ ru
brum aut album in quarta die habẽ
tem, fœlicem iudicationem porten
dere, niſi alia ſigna ex reſpiratione,
& ſomno, & vigilia, à cubitu, cibi ap
petentia & aliis indiciis vrinæ ſimi
lia ſint. parum enim prodeſt ſedimẽ
tum laudabile eſſe, cætera vero, ægri
perniciem atteſtari. idq; eſt, quod ſæ
pius vt dixi, experimur, & quo ambi
guitatem prædictam ſoluimus. neq;
me latet, Galenum in commento re
lati aphoriſmi expoſitionem à me
ductam reprobaſſe, propteruiſſæq;
ibidem quòd ſi in dieb9 decretoriis
vrina concocta apparet, indubie in
aliis quos præſcribit, morbus finien
dus ſit. nam id falſum eſſe. ego ſæpiſ
ſime obſeruaui. & qui medendo tã-
diu vt ego idem perpendere volue-
rit. palam me vera dixiſſe inueniet.
nempe ſi vllis aliis locis verbum ci-
tatum & à me expoſitum Hippocra
tes agens de ſedimentis laudatis nõ
addidit, vt in fine aducti aphoriſmi
non quia aliud quàm quod relatum
eſt, ſentiat. ſed quod ſemel illic di-
xiſſe, ſufficiat, poſtea tacuit. decept9
quidem Galenus eſt, exiſtimãs aber-
raſſe medicos qui vt nos Hippocra-
tis citatum aphoriſmum expoſue-
re. ideo quòd nox quæ iudicationẽ
antecedit laborioſè trãſeatur, & ſæ
ua ſymptomata in eadem æger pa-
tiatur. & cum hoc in ſalutem finia-
tur morbus, dum prædicta hypoſta-
ſis in quarta aparuit. nam neq; hoc
verum in plurimum eſt, niſi tũ cum
vt diximus alia ſigna paria hypoſta
ſi ſint. etiam quòd Galenus obiicit
expoſitioni noſtræ aduerſum non
eſt. quia nos non dicimus in omni-
bus diebus antecedẽtibus iudicatio-
nem, ſalubria ſigna ſimul cũ lauda-
ta hypoſtaſi videnda, vt ſedimentũ
certum ſalutis inditiũ ſit, ſed in om
nibus excepta die antecedente iudi-
cationẽ conſpicienda eſſe. nõ quòd
ignorem quandoq; à prima die vſq;
in quintam vel ſeptimã ſæuiſsima
ſymptomata cõſpici, vrinis in quar
ta cum laudatis ſedimentis viſis, &
morbum in quinta aut ſeptima fœ-
liciter iudicari. ſed quoniam hoc ra
rum eſt, de huiuſmodi euentibus de
cretum hyppocratem ſcripſiſſe cre
dendũ non eſt, ſed de iis qui frequen
ter contigunt. illud enim ab ignotis
nobis cauſis & virtute robuſta, etſi
nullis inditiis præter vrinam robo-
re eiuſdem cognito contingit.

¶ Tandem vt medelam huius ge-
neris febris ac ſymptomatis cum ea
adiuncti ſcribere vltra relata in ini
tio capitis auſpicemur. inueſtigare
neceſ-

neceſſum eſt, vnde prouenire poſsit
in acceſsionibus febrilibus ſoporẽ in
expugnabilem corripere. & indecli
natione febris eundem deliteſcere:
hanc cauſam verius quàm vllus ex
noſtris prædeceſſoribus exprimere,
vt reor, ego potero: quòd intermiſ-
ſionis febrium & acceſionum earun
dem veram cauſam inuenirim. Ac-
ceſionis nempè cauſa eſt delatio hu
moris viciati, aut immodici, ſeu fu-
liginis, in venas & arterias cordi
proximas, ex cuius ſanguine vitales
ſpiritus conficiendi erant. atque ea-
dem delatio cauſa eſt, cur humor
tunc delatus per venam & arteriam
magnam dorſi, in caput repens ſo-
porem illum inexpugnabilem infe
rat. & à capite idem propulſus, ac
in venas & arterias diſtantes à cor-
de & cerebro ſeiunctus (valida facul
tate expultrice exiſtẽte) vt in febriũ
intermiſsionibus, aut continuarum
declinationibus accidit, ſopor aufe
ratur & diſpareat. certè ſi in omni-
bus febrilibus acceſsionibus hoc idẽ
ſymptoma non infeſtat. et ſi vniuer
ſæ acceſsiones per modum à me re-
latum fiant, nõ aliunde prouenit, q̃;
quòd diuerſarum febrium diuerſa
materia eſt. huiuſq; ſoporem indu-
centis potius puto ego, humorem ve-
nenata qualitate affectum quàm ſo-
la frigiditate & humiditate eſſe: qui
enim his duabus intenſis qualitati-
bus afficiuntur ſucci, lenti graueſq;
ac difficulter mobiles, vt apoplexiã
efficientes eſſe ſolent, quod minimè
ſoporatis cõtingit. Duodecim enim
vel quindecim horas infeſtare ſo-
por cum acceſsionibus febrium in-
uadens & cum remiſsionibus abiens
ſolet: quo mobilem eſſe deprehendi-
tur: & qui per quinq; vel ſex dies ſi-
mul cum febre durat, non ſic vt apo
plexia oprimit. nã altis vocibus in

plurimum hi excitari ſolẽt. apople-
cticis cruribus funibus ligatis nedũ
excitatis: quod teſtatur leuiorẽ mul
to ac pauciorem materiam ſopora-
ti quàm apoplectici, vt diximus eſſe.
ſuſpicor enim ego: cataphoram de
qua agimus, à venenato ſucco fieri,
cum ſuccus in caput delatus: illic
animales ſpiritus obruit, atque ex-
tinguit. non aliter quàm aliquo-
rum mineralium fumus flammas
lucernarum extinguere conſueuit:
vel cum vias per quas defferri ſpiri-
tus animales in organa ſenſus ſo-
lent, ipſe occludit: quod rarius eue-
nire cõiecto. quia talis ſortis humor
potius epilepſiam ſi paucus aut apo
plexiam ſi multus, quàm cataphorã
vt dixi, effecturus erat.

¶Quæ legiſtis ſuppoſitis, medelã
ſymptomatis huius per eductionẽ
cauſæ in toto corpore redundantis
ac prohibitionem accenſus eius in
caput faciendam certum eſſe reor:
dum tamen minime negligatur, vi-
tium venenatæ qualitatis medica-
mentis oppoſitis auferre: de his ergo
methodos ſcribamus.

¶Primum per venæ inciſsionem 1. Metho
toties quoties conuenire arbitratus
fueris & alui expurgationem rectè
fieri, ſeruatis præteritis methodis e-
xiſtimo, ac dum cataphora cum fe-
brili acceſsione corripit, & inclinã-
te febre deliteſcit, & ſi ſanguis ſemel
aut bis vel ter ſit miſſus. ſi medicus
ſuſpicatur, cum alia acceſione idem
ſymptoma rediturum, & aut ægrũ
interfecturum, vel in vitæ diſcrimẽ
iniecturum, ſalubre conſilium eſſe
reor, remittẽte febre, iterum ex ba-
ſilica ſanguinis priuſquàm acceſsio
corripiat tantam quantitatem edu-
cere, quantam vires tolerare valeãt,
cauendo ne in ſincopem æger inci-
dat, qua cerebrum refrigeratum ſo-

por

por augmentetur, ac poſt tres horas
niſi ſudore perfundatur febriẽs: ite-
rum ſanguis educatur, & poſt alias
tres horas laxans ventrem pharma-
cum ex electuario roſato Meſuæ &
confectione medicaminis a mech
ſingulorũ drgmas.3.in iure pulli ga-
linacei aut coctione ſene & polipo-
dii & florum borraginis.ac cnici ſi-
ne caſsia fiſtula exhibere. vereor e-
nim in grauiſopore caſsiæ vſũ quòd
ipſa allicere ſomnum, & quam plu-
rimum humectare ſoleat: quæ am-
bo in morbo hoc quàm maximè ob
ſunt. nempè dũ hæc fiunt eductus
humor ſymptoma in ſequenti die
facturus, aut id non efficiet, aut leue
facere cogetur: neq; perpetuo hoc
præceptum obſeruare conſulo. ſed
periculum agere in duobus vel tri-
bus ægris an relata methodus profit
aut non, ortor, quòd ſi prodeſſe in il
la conſtitutione noueris, ſæpius id
exequaris. ſin autem infœliciter ceſ
ſerit, non vlterius idem experiaris.
tunc enim indubie remur, ſuccum
venenatum ſanguinis miſsionibus,
& ventris purgationibus non educi,
ſed exacerbari, deterioremq; reddi.
viresq; imbecillas verti, ideoq; non
multis, ſed exiguis vacuationibus,
paucamq; comotionem in humori
bus efficientibus ſymptomati huic
medearis: in quem vſum confectio
medicaminis quæ plurimum miro-
balanorum recipit. quammaximè
prodeſt. quòd hi educendi humores
hos venenatos, ac quieſcendi eoſdẽ,
& adſtringẽdi corporis meatus, vim
habeant.

2. Metho. ¶ Prodeſt quoq; in relatum vſum
parum antequàm ſopor ſit acceſu-
rus, repellentia colli vertebris ad-
mouere. prudenter ergo linteum o-
xirodino quod aceti tantum vt roſa
ti olei recipiat, perfũdimus. eodẽq;
collum ac gutur inuoluimus: vt ex-
teriores hæ viæ repellẽtibus his cor
rugatæ, minime humorem ab infi-
mis corporis partibus in cerebrum
repentem admittant: certe ſi repel-
lentium horũ vis tanta eſſet, vt vni-
uerſos colli meatus tam in ternos q̃
externos occludere poſſet. indubie
eorundem vſu ſubuentum ire tam
ingẽti morbo poſſemus. ſed in aliud
morbi genus vel vt verius loquar, in
mortem febrientem impelleremus,
ſanguine enim & vitalibus ſpiriti-
bus in totum aſcendere cerebrum
vetitis, neceſſum erat ægrum mori.
recte ergo ſolis à nobis ſcriptis apo-
cruſticis repellere iubemus: ſi enim
expultrix vis alicuius vigoris eſt, iis
adiuncta prohibere aſcẽſum humo
ris & vaporis noxii valebit.

¶ Acetum roſatum & aqua roſata 3.Me
admota naribus in vaſculo vitreo
vel argenteo collum longiuſculum
& arctum habẽte: almarraja, Hiſpa
ni vocant: odoranda ſæpe aproxi-
mantur: vt horum vapor in cerebri
vaſa & ventris eiuſdem cauitatem
receptus, ſuccos aſcendentes repel-
lat, & quos iam aſcederãt, corrigat:
quod ſalubriꝰ eſſe, quám oxirodinũ
ſincipiti apponere reor: nam huiuſ
modi adomotio ſæpe ſolet plus no
cere cutis poros obſtruendo: quàm
prodeſſe reppellendo: præſertim
quòd in altum capitis minime vis
eorundem niſi exigua penetrare va-
let.

¶ In eundem vſum prodeſſe, quàm 4.Me
maxime ſolent cucurbitulæ ſcapu-
lis ambabus, & vtriſque lumbis ſic
admotæ: vt ſpinæ vertebræ inter
vtraſquè cucurbitulas mediæ ma-
neant: nequè duæ vel quatuor tan-
tum ſufficiunt, ſed ſaltem ſex tri-
bus horis priusquàm; ſopor acceſ-
ſurus eſt, admouendæ ſunt, infimio-
ribus

ribus prius aplicitis, & poſt eas quæ ſtatim ſuperiores ſunt. ac eodem ordine vſque ad ſupremas deuenien dum. vt in inferiorem corporis locum omnes ſimul humorem detineant, & ſurſum repere non permittant. quæ enim vt reuelant, quod ſurſum iam aſcendit, admouentur. contrarium ordinẽ ſunt ſeruaturæ. nã pri9 ſupremæ & poſt inferiores ſunt apponendæ, dũ ſcalpenda cutis non eſt, ſecus ſi ſcarificari debet. neq; ſcarificãdæ hæ de quib9 agebã erũt. dũ corpus ſufficiẽter expurgatũ ſit, ſed igne tãtũ aplicãdæ, diuq; perſiſtere relinquendæ: per horas duas ſcilicet aut horam vnã tantũ, ſi exiſtime vexari ægrum nouerimus. Superioreſq; prius ſe mouendæ, & poſt has reliquæ vſq; ad vltimas natibus innixas, quæ parum poſtquàm auferuntur, iterum ſunt, etiam natibus applicãdæ, non tamẽ eodem loco cui prius defixendæ, ſed parum diſtanti. ibiq; perſiſtere tandiu debent. donec initium acceſsionis & ſoporis pertranſeat. quòd ſi hoc præſidio aut ſoporem non corripere, aut leuiter infeſtare noueris. eodem in altera acceſſione vtaris. ſi enim duæ acceſsiones ſine ſopore trãſierint, certũ erit, vlterius non rediturum. verum ſi neq; hoc profeciſſe videris. cum ſopore grauari ægrum ſenſeris, cucurbitulas eiſdem locis quibus prius admouebis: dũ tamen ordo aplicãdi priori cõtrarius ſit: ſuperiores enim prius ac poſt quæ ſequuntur, admouebuntur. nam ſi in hac vltima admotione ab inferioribus inciperemus, & ad ſuperiores ſcapularum partes aſcendendo procederemus: infimiores nullam vim reuellendi humorem caput occupantem haberent: quòd plurimum nates ab occipite diſtent, & cucurbitulæ ſine ſcarificatione exiguam reuellendi vim habeant: incipiendo tamen à ſuperioribus, vt iuſsimus, hæ deriuare ad proxima valent: & quod deriuatum vi harum eſt, ſequentes infimius deſcendere cogent: vt per plurimarum cucurbitularum manus vſq; ad dorſi vltimũ humor reuellatur, in priore tamẽ, quam præcepi aplicatione, ideo ordinem contrarium ſeruare iuſsi: quoniam, vt dixi, cum ante aſcenſum humoris in caput, admouẽtur: ſi à ſuperioribus inciperemus, humorem noxium cucurbitulæ in in occiput traherent, quod minime cupimus.

¶ In cataphoris tamen non intermittentibus ſed ſemper affligentibus cucurbitularũ vſus ſi prius ſcriptæ fiant vacuationes, prodeſſe nonnunquàm ſolent: & ſi (quia vera fateri teneor) cum ſopor grauior eſt, parum hoc remedium conferre, experior. bracchia & crura funib9 fortiter ligare, non aliter quàm cucurbitulæ conducere ſolent: odoramẽta tamen ex aceto, & aqua ac caſtorio in quibus ſpongia madefacta ſit, & narib9 aplicita, inſcindendo & atenuando caſtorei vi, & repellendo aceti facultate proſunt: capiti aponere, quæ refrigerant ſine repellentibus ſibi commiſtis, vt Auicena fen. prima.3.cap.3. de medela ſubet, præcepit, dicẽs. ✠ Et illud quidem fit cũ oleo roſato. & aceto plurimo ne oleum dormire faciat: & præcipue cum ipſum eſt ſolum, & cum expræſionibus fructuum confortantium: & poſt illud adhibeantur embrocæ infrigidantes deinde fiat permutatio ad reſolutiua. ✠ Maxime nocet: quòd his embrocis infrigidantibus cerebri viæ refrigeratæ adeo adſtringuntur, vt pauco humore frigido, poſtea aſcendente, faciliter obſtructio 5. Mehe

ſtructio & infrigidatio ingentiores
fiāt. quo cataphora immedicabilis
redetur. quàmquàm enim oleum &
acetum refrigerēt.quòd hæc ambo-
vim repellendi habeāt.plus prodeſ-
ſe repellendo humorem aſcenſurū
quàm frigiditate nocendo,coniecta
mus. ideoq; eis prius quàm in ſopo-
rem grauē incidat æger, vtimur.vi-
detur enim Auicenæ eadem metho
do quo inflammationes, medēdum
malū hoc eſſe.ac vt repellentibus &
infrigidātibus in principio harū vti
mur, ita in cataphoris faciendū.Sed
in hoc decept9 vir hic fuit &reliqui
Arabes qui ſub capite de lethargo
medelam ſymptomatis huius ſcrip
ſere.nam nec letharg9 nec catapho
ra ab inflāmatione frigida cerebri
proueniunt,vt ſupra ſcripſimus. pu
taſſe enim nonnunq̄; Auicenam ,ſu
bet ab inflammatione cerebri origi
nem traxiſſe, clarè probant verba
illa citata. Deinde per mutatio
ad reſolutiua fiat.

6. Metho. ¶ Iam cum ſufficienter vacuatum
eſt corp9,vti potiōe mithridati diſ
ſoluti in aqua ſtecados. quàmmaxi
me prodeſſe exiſtimo. quia medica-
mentum hoc,quæ attenuant, calfa-
ciunt, & cerebri frigidum humorē
diſcutiunt,recipit. quibus pro mor
bo hoc medendo egemus. neq; the-
riacam conferre credo, vt Auicena
dixit. quòd hæc opium ſoporiferū
recipiat. ſi enim in vſu compluri-
ma ſunt, quæ attinuare & diſcutere
valent, quod agere cupimus. neſcio
quis ſane mentis cōſulere audet;the
riaca vti. refrigerantia nempe in fe
bribus à bili notha orientibus,obeſ-
ſe quàmmaxime,antea docuimus.

7. Metho. ¶ Caput horum coctionibus her-
barum in aqua fontana abluere,lau
dare minime audeo. etſi enim ex
herbis calefacientibus & ſiccātibus
coctio fiat.plus nocere frigiditatem
& humiditatem naturalē aquæ: in-
quam ſe reducet ipſa,poſtquàm nō-
nullum tempus trāſierit, quàm pro
deſſe poteſtatiuam calefactionē her
barū reor. faciem quoq; aceto laua-
re, vt Aetius & Auicena & alii præ-
cepere nequaquàm conſulo.quòd fa
cies ipſa adeo inſignis pars corporis
ſit,vt in ea cordis cerebri, & iecoris
vires reluceant, & repreſētentur.
quod aliter fieri neqt,q̄ ab his prin-
principibus membris in faciē ſpiri-
tibus & vaporibus ſuccorum miſsis.
quos aceti vi,vel exſtingues,vel in ca
put repelles,quorum nullū in mor-
bo hoc confert.nam ſpiritus extin-
guere manifeſte nocet, & eorundem
repulſus ſomnum auget, non enim
aliter dormimus,q̄; ſpiritibus in al-
tum corporis retractis.

¶ Quæ ſuffita lethargos excitant. 8.
qualia ſunt lapis gagates, bitumen,
caſtorium, peucedanum, ſulphur,
galbanum,ſagapenum,cornucerui-
nū,hirci ſordes, abrotanū,& ſylphi
um, magis oportune horum narib9
offeruntur.ad humorem diſcutien-
dum.quàm improbatæ capitis lotio
nes. ſternatutoria quoq; educentia
capitis humorem non minus cōdu-
cunt.iis ergo vti,corpore ſufficiēter
vacuato, ſalubre eſt. ac poſt horum
vſum,deraſis capillis capitis, ſyna-
piſmum ex caricis cum ſynapi piſta
tis capiti admouere. non enim ve-
reor ego febrilis caloris augmētum
in febribus his,vt ſæpius dixi. caſto-
rei quoque ac euphorbii oleo caput
inungere prodeſt: idem quoq; caſto
reum cum aceto pauco vtile eſt.

¶ Quæ irā cōcitare in his valēt cō 9.
ducūt. quòd ira à corporis intimis
partibus ad extimas humores edu-
cere nata ſit, quo promedendo hoc
morbo egemus. verum quæ contri-
ſtant repreſentanda non ſunt. nam
hæc potius ad intima ſpiritus & hu
mores

mores trahunt: quàm extra exire ef-
ficiant. aberrauit ergo Auicenæ in-
terpres, qui citato capite tertio fen.
pri. tertii canonis cum medetur ſu-
bet, ſcripſit. ⁜ Et videat res quæ cõ
triſtant ipſum, triſtitia enim in hu-
iuſmodi ægritudinib9 in quibus de
bilitatur cogitatio & extinguitur,
eſt ex eis, quæ cõmouent animam &
reducunt eam ad rectitudinem. ⁜
Nam falſum eſt, quòd quæ cõtriſtãt,
mouere mentem ad cogitandum va
leant: quin oppoſitum efficiunt, i-
deoq; triſtes ſomno faciliter capi-
untur: legendum ergo eſt, videant
ſubetici quæ iraſci faciunt: quoniã
ira in huiuſmodi ægritudinib9 &c.
Belunenſis literam hãc quadam in
ſulſa & falſa lectione corrigit. quæ
eodem modo quo antecedẽs impro-
batur.

Caput. xlix. De phrenitide & paraphrenitide, in quo etiam non eſſe inflammationem cerebri neq; eiuſdem membranarum phrenitidem probatur.

IN præterito capi-
te medelam ſcri-
pſi illius ſæui ſym
ptomatis, quòd ca
taphora Græcis di
citur: quoniam fre
quenter in febribus peſtilentibus id
contingit, vt febres anno præterito.
1556 & præſenti. 1557. graſſantes o-
ſtenderunt; in hoc tamen capite me
delam aliorum duorum ſymptoma
tum etiam obiter exarare videtur:
quòd non rarenter febres peſtiferas
comittentur hæc: alterum eſt, vigi-
lia ſopori cõmiſta, quòd Græci non
nulli typhomaniam, comma vigil
alii dicunt: aliud eſt delirium, quod
phrenitidem Græci, Arabes carabi
tum vocant, horum primum coma
vigil ſcilicet ortum ducit, vt Auice
næ loco citato placet, ex inflamma-
tiõe cerebri facta, ab humore pitui-
toſo & bilioſo ſimul miſtis, vt phre
nitis à ſolo bilioſo ſanguine inflam
mationem gignente, vt idem Auice
na opinatur. at cum falſum ſit, cere-
brum aut eiuſdem membranas in
phrenitide inflammari, vt hucuſq;
opinatum omnibus medicis eſt, hoc
breuiſsime explanare, conuenit, ac
poſtea quaſdã breues genericas me-
thodos horum ſymptomatum ſcri-
bere: exactam tractationẽ huius ne-
gotii in alium locum differendo: cũ
q; compoſiti morbi, & qui à diuer-
ſis ſuccis ortum trahunt, facilius cu
rantur, cum ſimplicium medela ſci
tur: ideo dignum videtur de phreni
tide prius tractare, quàm de vigili
comate, nam lethargi medela in an
tecedentibus exarata, & delirii cum
febre in præſenti loco ſcripta, ſine
labore medela compoſiti affectus in
uenietur.

¶ Excludamus ergo falſam opi-
nionem eorum qui crediderunt in-
flammationem cerebri phrenitidẽ
efficere, & a ſola hac veram phreni-
tidem oriri, de quorum numero Ga
lenus prope finem libri ſecundi de
ſymptomatum cauſis capite ſepti-
mo fuit, dicens. ⁜ Quippe phreni
tis non tantum ex calidis ortum ha
bet ſuccis: ſed ſupra id, etiam phle-
gmonem in cerebro & eius inuolu-
cris excitat. ⁜

¶ Porro ſiue phrenitidẽ phlegmo 1. Ratio.
nem cerebri & membranarum eiuſ
dem voces, ſeu delirium phlegmo-
nem ſequens, neceſſum eſſet, quomo
docũq; phlegmone affecto cerebro,
phrenitidem adeſſe, ſed hoc vulne-
ratæ cerebri membranæ enſe aut a-

lia re incindẽte falſum eſſe docent, ergo aſſertio medicorum falſa erit. ſatis ſufficienter rationem præſentem colegiſſe, in logica facultate periti facile intelligent. veritatem ergo ſecundæ partis antecedentis quã minorem logici vocant probare ſupereſt: quæ, vt dixi, euentibus ipſis vera eſſe oſtenditur. Quis enim chirurgus quantunuis parum expertus ſæpe nõ videt in. 3. aut. 4. die á vulnere cranium & mẽbranas incindẽte illato, in volucra cerebri adeo quãdoq; inflãmari, vt per vulneris ſciſſurã ipſa tumentia phlegmonẽ ſe pati facile nũcient. homine vulnerato, tũc non ſolum non delyrante, ſed neq; febrem ſæpiſsime eodem patiente. quod vt dixi, impoſsibile foret, ſi phlegmone cerebri aut eiuſdem mẽbranarum phrenitis eſſet.

¶ Euadi enim ratio hæc non valet, confitendo in relatis euentibus cerebri membranas phlegmonẽ pati, cerebrum autem ipſum minime phlegmone affici, quorum vtrũq; adeſſe, vt phrenitis fiat, Galenus loco à me ducto dixiſſe videtur. quoniam Paulus quẽ Gal. ſimiã medici vocamus li. 3. capite. 6. phrenitidẽ ſic definit. ⁑ Phrenitis mẽbranarum cerebri quas meningas Græci appellãt inflãmatio eſt. nũc quidẽ ipſo quoq; cerebro ſimul eã experiente, nũc autem calore præter naturã in eo conſiſtẽte. ⁑ In relatis verbis expreſſe docẽdo, nõ eſſe neceſſariũ meningarũ & cerebri ipſius conſiſtentiã perpetuo in phrenitide inflãmari, ſed ſufficere in volucra phlegmonẽ pati. quod Aetius cap. 2. tetrablibi. 2. ſermonis 2. expreſſe ſcripſit. ⁑ Phrenitis inflãmatio eſt membranarũ cerebri cum febre acuta, deliriũ & mẽtis perculſionẽ inducẽs. ⁑ Idẽ Auicena expreſius pri. 3. cap. de carabito dixit. Putare enim ideo delirium in vulneratis deficere, quòd tũc febre acuta ipſi nõ corripiãtur. falſum eſt: cũ ſepiſsime in. 2. aut. 3. die à vulnere inflicto, febris acuta vulneratũ & inflãmatas mẽbranas habẽtẽ etiã corripiat. illo tunc minime delirante, quod neceſſariũ eſſet, ſi inflãmatio mẽbranarũ cũ febre phrenitis foret etiã qui inflãmatas mẽbranas phrenitidẽ eſſe credũt. ab earundẽ inflãmatione febrẽ acutã oriri teſtãtur. ex eorundẽ ergo aſſertione collata euẽtibus, falſum eorundem decretũ eſſe, palã noſcitur. quòd experiamur & ipſi fateantur, inflammatis membranis cerebri, ob vulnus illatum, febrem quandoq; non adeſſe.

¶ Et quòd nõ deſint proterui medici pluſq̃ phrenitici delirantes, vt falſa vetera dogmata tueantur, cauſantes defectum delirii in prædictis vulneribus inflammatis, hiatũ vulneris per quẽ exhalare fumos calidos teſtantur. hos quoq; increpare cogor. nonne ſi fumi & non inflammatio meningarũ deliriũ efficiunt: vt iſti deſipientes fatentur, confitendo delirium ab eſſe poſſe, inflammatis cerebri membranis, & fumis capitis extra exire permiſsis. fumos calfacientes & ſiccantes cerebri conſiſtentiam, cauſam delirii dicturi erant, & non inflammationem mẽbranarum, aut ipſius cerebri. illud enim cauſam alicuius effectus eſſe phyſici credunt, quo poſito effectus adeſt, & quo remoto idem abeſt. ergo cum inflammatione in volucrũ cerebri præſente, delyrium quandoq; abſit, vt probauimus. & ipſa abſente, & vaporibus bilis cerebrum replentibus adſit, vt aduerſi teſtantur, inflammationem relatam minime phrenitidis cauſam eſſe, aſſerturi erant.

¶ Suf-

Alia ratio. ¶Sufficienter exiſtimo improbaſſe euaſiones quibus euadere rationes oſtendentes phrenitidem nõ eſſe membranarũ cerebri inflammationem proterui medici putabant, vt ergo etiam repellamus euaſioné aliorum dicentium neceſſum eſſe, in vera phrenitide cerebri conſiſtẽtiam inflammari, euentus frequenter contingentes quibus quoq; horũ pertinatia refellatur, coram lectoribus præſentare placet. ipſoſq; chirurgos teſtes in fauorem cauſæ noſtræ afferre, quorum nullus inficias ire poterit, ſe vidiſſe quandoq; adeo tumidum fieri cerebrum vulneratũ vt per vulneris os non exigua portio inflãmata ſurſum aſcẽdat, vulnerato minime delyrante: mitto quod ipſe vidi, in vulnerato calce mulæ iuuenis capite qui vixit, & ſine delyrio ſanatus eſt, cerebri inſigni portione, quam linteis appoſitis vix cõtinere chirurgꝰ valuit, per vulneris os defluente: nam huius ſortis nonnulli euentus à Galeno, ac medicis quibuſdam relati ſunt: reluctantibꝰ plurimis lectoribus & nõ eſſe ex ſubſtantia cerebri illud, quod ab huiuſmodi capitis vulneribus exeat proteruientibus. de quo non pauca inſequente opere, Deo concedente, dicemus: quod enim, vt noſtra roboretur aſſertio, conducit: ab omnibus receptũ, vt dixi, eſt. Putà ſæpiſſime conſpici cerebri conſiſtentiam inflammatam vulneris hiatum occupantem, vulnerato minime delyrante, quod contingere minime poſſet, ſi verũ eſſet, quòd cerebri cõſiſtẽtia inflãmationẽ patiẽte phrenitis fiat.

Alia ratio. ¶Vt quoq; aduerſariorum decretum clarius falſum eſſe, oſtẽdamus. membranas cerebri tumẽtes in Gallico morbo & ipſum cranium tumidum ſimul factum, egro minime delyrante, in noſtrum fauorem adduco. quoniam ſi ab inflãmatione à biliosis ſuccis facta in cerebri inuolucribus verum eſt, phrenitidẽ prouenire, vt Galenus, Paulus, & Aetius teſtati ſunt. & ab eiſdẽ partibus à ſucco frigido tumentibus ſopores inexpugnabiles: quos lethargiam nõnulli ex Arabibus, ſubet, alii vocauere, proueniunt, in relatis ægrotantibus ſopores importuni videndi eſſent, quod nullus vnquam vidit. falſum eſt ergo antiquorũ de hoc decretũ.

Alia ratio. ¶Confirmat præterita neminem vidiſſe, aut ſcripſiſſe, per ſaniẽ à naribus defluentem phrenitidem finiri: quod nonnunquàm conſpiciendum eſſet, ſi ab inflammatis mẽbranis aut ab anterioris partis ipſius cerebri conſiſtẽtia, morbus relatus fieret, vt enim acuti aurium dolores, qui ex inflãmatione inuolucri craſſioris cerebri oriuntur. frequentiſſime per ſaniem excretã per ipſius auris foramen terminantur: minime qui malum hoc paciuntur delyrantibus: & concauæ partis iecoris inflammatio per ſaniem cum fece expurgatur. ſic etiam inflammatiões cerebri aut membranarũ delirium ginẽtes. ſanie expulſa, finiẽdi eſſent.

Alia ratio. ¶Neq; imbecillior præteritis ratio quæ ſequitur, eſt. in febribus continuis ſæpiſſime incipere delyria in quinta, aut ſexta, ſiue ſeptima die à morbi initio & nõ antea, quæ vſque in penultimã diem interitꝰ ægri in qua ipſi multoties reſipiſcũt, durãt. quod minime euenturum erat: ſi â tumidis membranis cerebri phrenitis oriretur. nã tunc cũ proximior morti æger fuiſſet. tumor maior futurus erat. indeq; delyriũ ingentius.

Alia ratio. ¶Etiam quis non videt, quòd ſi ab inflãmatione cerebri phrenitis gigneretur. deberet incipiente febre, i-

pſa ſimul adeſſe:vt pleuritis (quæ iu flammatio membranæ tegentis coſtas eſſe dicitur)ſimul cum febre corripit: non enim ego video, cur inflãmatio coſtarũ & ſimul febris ab inflãmatione illa proueniens ſemper iungantur. & inflammatio mẽbranarum & febris ab eadem oriens ſimul incipere non poſsint. paucisſimi nempe ac rariſsimi viſi ſunt, qui cum incipiunt febrire delyrent. delyrio diu perſeuerante: ſed delyrio, quod adeſſe & abeſſe ſit natum, para phrenitidẽ medici illud vocãt, & à vaporibus bilioſis oriri eundem credunt.

Authoris à phrenitidis cauſa decretum.

¶ Cum ergo his & aliis compluribus rationibus & experimentis, quæ adduci poſſent, cõſtet. qui nos præceſſerunt ſcriptores aberraſſe, exprimendo phrenitidis eſſentiam, conſentaneũ erit, vnde delyrium phrenitis nominata ortum trahat, explicare. quod vt detractorum, & eorũ qui nos omnia ſubuertere reclamãt odium vitem: efficere decerno. non me primum inuentorem veræ cauſæ phrenitidis eſſe, ingenuè confitẽdo. ſed ipſum Hippocratem autorẽ dicendorũ fuiſſe, facile oſtendendo.

¶ Referebat nempe.3. de locis affectis Galenus ex fine ſexti libri Hippocratis de morbis vulgaribus ſentẽtiam ſequentem. ※ Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur, & contra morbo comitiali laborantes efficiuntur melancholici, atq; vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc vel in illam partẽ infirmitas repit. ſi enim in corpus, epilectici: ſi vero in mentem melancholici reduntur. ※ Et hanc verbis ſequentibus idem Galenus explicauit. ※ Hoc ſermone primũ quidem declarauit, quòd non ſemper, ſed magna ex parte horũ affectuum alter in alterum tranſit. Quippe nõ ſolum atra bilis, verum etiam pituita morbum comitialẽ cõmittit. igitur ea quam atra bilis conſtituit, in melancholiam tranſit. quæ vero à pituita parta eſt, in alteram affectionem. de qua paulo poſt dictur9 ſum, permutatur. melancholiam vero haud quamq efficit. altera vero Hippocratici ſermonis pars, non paruũ contẽplandi locum deſiderat. Quippe cum anima ſit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipſarum tẽperamento permutetur, bilem cum cerebro veluti parti inſtrumẽtali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obſtructionibus fieri conſtat: cum vero temperamentum mutando, ei vt ſimilari nocet, ad mentem eam repetere dicit. ※ Quibus Hippocratis & Galeni ſententiis liquido patet, quòd bilis atra, aut flaua delyriũ efficiat, & mentem aberrare faciat. non ſeſe meatibus patentioribus, aut occultis cerebri poroſitatibus inſinuãdo, ſed immodicè calfaciendo & ſiccando, aut infrigidando & ſiccando quoq;, quod ego, idem ateſtor. Porro delyria minime à bili tumorem in cerebro aut eius mẽbranis gignẽte fiũt, vt oſtenſum à me eſt, ſed à diſtemperie calida & ſicca, quæ phrenitides & maniæ nominantur, proueniunt. dicuntur phrenitides, quæ vi bilioſæ febris diſtemperies proueniunt. maniæ quæ ab eadem bili, aut à ſe vſta diſtemperies ſine febre impluri- mum oriuntur. cum enim tanta bilis copia in venis cordi proximis redundat. quòd ipſum cogat, febrẽ cõcitare, per modũ à me ſæpiſsime dictum, & etiã ſufficiat cerebrũ adeo calfacere & ſiccare, & ſeſe animalibus ſpiritus eiuſdẽ cõmiſcẽdo, taliter diſtẽperare, vt delyriũ inde proueniat

ueniat,phrenitis nominatur:verum ſi non tanta eſt,aut non adeo proxima cordi,vt febrem facere ſufficiat, ſed cerebro præſens adſit, & ipſum calfaciat & exſicet, ſimulq; ſe ſpiritibus animalibus eiuſdem commiſcendo eoſdem diſtemperet. mania aut melãcholia morb9 ille dicetur.

Requiri vt delyria contingant ſpiritib9 vapores miſceri.

¶ Non immerito dixi, non ſufficere ad frenitidis aut maniæ generationem diſtemperiẽ calidam & ſiccam, ſed neceſſariam quoq; eſſe cõmiſtionem bilis aut atræ bilis cum ipſis animalibus ſpiritibus, quia experior frequentiſsime hecticos, qui febre aſsidua laborant, & cerebrum calidum & ſiccius q̃; phrenitici habent,non delyrare: non alia de cauſa,quàm quòd deficiant bilis,aut atræ bilis tot vapores,quot ſufficiant animalibus ſpiritibus cõmiſti,ipſos taliter diſtemperare: vt inepti maneant, eſſe debita inſtrumenta ad opera rationis exercenda.

Quo vere phrenitis et porraphrenitis differant.

¶ Ex his tandem ſequitur, distinctionem quam medici fingunt, inter phrenitidem & paraphrenitidẽ dicentes phrenitidem fieri inflammatis cerebri membranis, & paraphrenitidem à vaporibus bilis: nullius momenti eſſe. quòd neq; ab inflammatione mẽbranarum phrenitis proueniat: neque ſine vaporibus delyria contingant: vt oſtenſum eſt. Nempè ſi delyria cum febre diutius perſeuerantia phrenitidem veram nominaſſent, & eam, quæ cito deliteſcit, paraphrenitidem dixiſſent, non eis aduerſarer. quòd illa plures vapores bilioſos & difficilius diſolubiles haberet: & hæc poſterior pauciores ac facilius diflabiles. fingere tamen veram phrenitidem inflammationẽ cerebri eſſe, tollerare quis poterit? Si enim vera ſunt ex Hippocrate aducta decreta,vt indubiè ſũt, quòd eo delyria contingant, quòd in ipſam temperiem cerebri,quæ accidens eſt, & quam mentem Hippocrates vocabat (non quòd crederet eam rationalem animam eſſe, ſed requiri ad rationalis animæ operationem) infirmitas repat, id eſt, lapſus intemperatura proueniat. & quia corporis ipſius cerebri meatus per quos ſpiritus animales in membra defferẽdi erant,occludantur, cerebrum ipſum quatiatur, vt humorem obſtruentem à ſe protrudat,vnde totum corpus vibratur, ac pandiculatur, prout epilepticis accidit, non erat cur etiam imbibito quouis ſucco in cerebri aut in volucrũ eiuſdem anfractibus, prout in inflammationibus imbibitur: Galenus & eiuſdem æmuli non dixerint, conuulſiones in illis quoq; prouenire, origine neruorum (cum ingens inflãmatio & eandẽ attingens fuiſſet) contracta, indequè ipſis neruis verſus eandem ire compulſis: de delirio nullam mentionem agentes, niſi cũ temperies alteraretur. ſimulquè ſpiritus animales vaporibus commiſti, mentis operationes impedirent, quod ſi feciſſent, me ab hoc labore taxandi eoſdem liberaſſent, & præcedentes medicos, qui eis fidem adhibendo aberrarunt: in viam veram reduxiſſent. at cum hoc non fecerint. coactus ego ſum, præterita dictare atquè Galeno minimè in hoc veniam dare, quòd locus ille quem ex ſexto epidimion duxi. ipſum reſiſpiſcere coacturus erat, atquè etiam quia ſecando caput phrenitici emortui, conſpicere poterat: nullum phlegmonem in eiuſdem mẽbranis & cerebri conſiſtentia apparere.

Ff 3 Cap.

Caput. I. Breue de medela phrenitidis.

NON adeo imme-
mor ſum: quòd o-
bliuioni tradide-
rim, quæ in initio
medelæ febrium,
excuſando me à cu
ratione ſymptomatum aliquorum
(quod facere indicatis ad hoc capi-
tibus alii authores ſolent) ſcripſi, pu
tà me non velle illorum ordiné in-
ſcribendo ſequi: quoniam cum de
morbis peculiarium membrorum
tractaré, ſperabant animi deliquia,
deliria, graues ſopores, vigilias, &
complura alia febres commitantia
me ipſum medicaturum. verũ quòd
anno præterito ac præſenti multæ
vagentur febres, ſecum ferentes duo
quæ diſcripſi ſymptomata ſimpli-
tia, & vnum miſtum. ideo ſum coa-
ctus mentem mutare, & non ſolum
cauſas eorundem explicare, vt feci,
verum medelam phrenitidis breui-
ter & in compendio quodam ſcribe
re, fuſsã tractationẽ in medelá mor
borum capitis differẽdo. methodos
ergo medicationis exarando, prior
quæ ſequitur erit.

1. Metho. ¶ Indocte quippe agunt, qui phre-
nitidi mederi volentes: ſcopum me-
dicationis primum eſſe putant. pro
hibere ne phlegmone in volucra ce
rebri aut eiuſdem conſiſtentiam oc
cupet. cum cerebrũ inflammari hu-
mida inflamatione de qua Galenus
ſecundo de arte curatiua ad glauco-
nẽ libro meminit, in phrenitide nõ
valeat. vt iã ſupra oſtẽſum eſt. at q̃q̃
ita ſit, illi qui repellẽtibus oleis. qua
le eſt roſatum, pauco aceto miſtum
(oxirrhodinum medici vocauerũt)
in prædictum vſum linteo tenui in
relatis liquoribus madefacto, fron-
ti & ſincipiti admouẽt, prius vacua
ta à corpore inſigni portiõe ſuper-
creſcentis humoris aberrant incope
rando minime. nam etſi non proſit
præſidium illud, vitando quod pu-
tant: prodeſt adſtringendo vias per
quas bilis & eiuſdem vapores in ca-
put deferenda ſunt. ac refrigerando
mẽbranarum & ipſius cerebri conſi
ſiſtentiam (ſi in locum adeo altum
tam exigua vis penetrare poteſt) qui
bus multoties delyria ceſſant.

¶ Innumeros immaturè mortem 2. M
opetere exiſtimo. inſcitia medico-
rum oppinantium prudenter con-
ſulere ſaluti febrientis incipiẽtis de
lyrare, cum præcipiunt ſanguinem
ex vena media cubiti, aut excephali
ca, quæ caput reſpicit, extrahi. putá
tes ſanguinem aſcendentem, & aſcẽ
ſurum ad inflammationem mẽbra-
narum cerebri fouendam, hoc præ-
ſidio inferius reuellendum & vacuã
dum. non animaduertentes falſum
eſſe, quòd phlegmone cerebrũ deli-
rantium afficiatur, & quòd phreni-
tidis deliria non niſi in quinta aut
ſexta a morbi initio die & adhuc ſe
rius incipiant, vt euentus docent, &
Aetius propio capite dicebat. atq;
quod tũc in plurimũ ab ægris, quod
neceſsũ erat ſanguinis extrahere: iã
eductum ſit. & nõ raro vlterior ſan-
guinis vacuatio cauſa augmẽt: phre
nitidis fuerit, bilem quam ſanguis
ipſe moderabatur, & tẽperabat. fer-
uentiorem fieri permittendo. & ca-
put plus ſiccando. imbeciliuſq; ver-
tendo. quibus delyrium quàmmaxi
me creſcit. neq; ob id perpetuum eſ
ſe reor. nulli incipienti delyrare cõ
uenire ſanguinis miſsionem. quin
omnibus illis quibus conueniunt,
quæ Aetius capite ſecũdo citato in
ſequentem modum ſcripſit. Si
quidem

quidem igetur phrenitis cum febre ab initio in prima die, aut ſecunda, vſq; ad quartã irruat,& non extrans mutatiõe alterius morbi ſuccedat, & vrinæ fuerint ſubcruẽtæ & facies rubicundæ, & ætas vigoris, & bona corporis habitudo adſit, & omnia ſigna ſimul indicant ſanguinis multitudinem. ☞ Competere, venam ſeccare, certiſsimum eſſe reor. miror tamen de Aetio ipſo, quòd definiendo phrenitidem, dixerit: eſſe inflammationem membranarum cerebri: & pro ſanguine in eadem mittendo poſcat tot, quot in nulla alia inflammatione peti ſolent. nullus enim vt ſanguinem mittat ab inflãmatione, quæ in bracchio aut crure vel alia parte fit, prærequiri dicit, quòd non vltra quartam à febris initio irruat, neq; ex transmutatione alterius morbi inflammatio ſuccedat, Siue enim in die ab initio cuiusvis morbi tertia, aut quarta, aut vigeſima (exempli gratia) phlegmone aliquam particulam occupare incipiat, ſiue in quauis alia die, niſi vires valde imbecillæ ſint: ſanguinem extrahi ſtatim iubemus. & ſi plurimus eſt, ex oppoſita parte loco affecto eductus reuellitur, atſi paucior, ex eadem educitur, neq; ſuſpicari deſino, Aetium intelligiſſe, quæ ſcripſimus de phrenitidis eſſentia, & ſi aliter phrenitidem definierit, ne Galeno aduerſaretur.

3. Metho. ❡ Lenticulis paluſtribus, frontem & anteriorem partem capitis operire, vtile præſidium eſſe reor, quòd hæ ſui frigore, & humiditate intemperiei calidæ & ſiccæ cerebri phrenitidem patientiũ aduerſentur, & ſomnum alliciant. neq; timenda immoderata earundem frigiditas ſtatis tempore, & in iuuene valido erit. ſecus ſi hyemalis conſtitutio eſſet, & æger ſenex, aut imbecillus valde: nam in his apponi, quæ adeo infrigident: vt relata, aut papaueris cortices, ſeu mandragoræ poma obeſſe, extinguendo ſpiritus animales, crederem. non ideo quòd inflammatæ cerebri mẽbranæ ſint, neq; quia harum inflammatio calidã infrigidãlethargiam vocatam permutetur, vt medici hucuſq; crediderũt, quòd hæc omnia ſatis improbata ſuperſunt, ſed propter cauſam expoſitã. Putà ne animales ſpiritus extinguãtur. illorum enim extinctio & immoderata refrigeratio cauſa eſt, vt animales operationes lentè pigrèq; fiant. ſoporesq; inexpugnabiles proueniant: quos medici decepti crediderũt, ab inflammatione calida permutata infrigidam proueniſſe, vt diximus.

❡ Lac exhibere poſt aluum pharmaco ſubductam, & venam ſectam, ſi vigiliis præmantur phrenitici, vtiliſsimum eſſe reor: præſertim aſininum in his, qui adſtrictam aluũ habent, vel caprinum in aliis: nam cũ delyria, vt antea diximus, non niſi in quinta aut ſexta & vltra inuadere febrientes ſoleant. quando immodica ſiccitas & caliditas vigere in eiſdem conſueuit. quòd ſtatus febriũ tunc adſit. lac bibitum humectãdo, & infrigidando, ac ſanguinem frigidum & humidum gignendo prodeſſe, quàmmaxime ſolet. deuorandũq; matutinis horis: neq; vltra quatuor vncias in primis diebus degluttiendum: ſaccharumq; ei ne aceſcat admiſcendũ præcipio. cumquè dormiendi tempus adfuerit: tribus horis poſt cænam tranſatis: quid pluſq quatuor vncias lactis exhibere conducere ſolet: & in reliquis diebꝰ ſemper nonnihil addendum exiſtimo: neque adeo incautè id faciẽdum, vt 4. Metho

omnibus phreniticis in diſtinctè cō
uenire ſit arbitrandum. non enim
illis, qui valde carnoſi ſunt, aut in
quibus vapores caput petentes plus
ſui multitudine, quàm calore & ſic-
citate nocētes delyrii cauſa fuerint
cōueniet. raroq; hyemis tēpore. aut
cum ex aſſumptione lactis ſingula,
aut bina, nocumentum ingens obo-
riri ſenſerit æger. tūc nēpe ceſſare à
lactis ſuccione vtile eſſe diſiudico.

5. Metho. ¶ Quanquàm bibere lac, vt audi-
ſtis, laudauerim, apponi ipſum capi
ti ad ſomnum alliciendum, & capi-
tis calorem temperandum, non itē
aprobandum reor. quòd lac ſuctum
eas, quas diximus, ferat vtilitates. ex
terius tamen admotum innumera
nonnunq̄; damna trahat. quis enim
nonvidet. quòd lac obſtruendo ſui
lentore cutis poros, obeſſe plus ſo-
leat, quàm prodeſſe refrigerando. cū
vt diximus, delirii potior cauſa ſit,
vaporum aut exalationum cum ſpi
ritibus cōmiſtio, quàm cerebri im-
moderata caliditas. nempe oxyrho
dinū, & lēticularū paluſtriū admo-
tio, & ſi ſui frigiditate cutis poros
obſtruunt, quia nulla viſcoſitate lē-
ticulæ & oxyrhodinū participant,
non nocent. nam etſi anguſtior q̄;
præerat, reditur cutis tranſitus lēti
culis & oxyrhodino, adhuc aliquid
manet, quo tranſmeare vapores poſ
ſint, ipſis lēticulis & oxirhodino ſui
lentore quod ſupereſt foraminis mi
nime obſtruētibus. vt lac occludit.
& quàmq̄; hoc verum ſit, frequens
vſus oxyrhodini & lenticularum
potius obeſſe quàm iuuare etiam cō
ſueuit. certe ſi vllis quandoq; lac ca
piti appoſitum prodeſt, ſoli illi eſ-
ſe ſolent. quibus plurimi vapores in
capite non redundant. ſed potius ca
lore & ſiccitate abundant.

6. Metho. ¶ Securius & abſq; omni noxa cū
inſigni ægri profectu naribus odo-
rāda aqua ex violis, & roſis ſublima
ta, & pauxillo aceto roſato miſta in
principio, approximatur. quòd va-
por ex relata miſtura temperare ce-
rebri calorem poteſt. & aſcenden-
tes humores & vapores repellere.
quæ ambo in præſenti negotio val-
de conducūt. perſeuerare tamē per
totum morbi tempus in eiuſdē ad-
motione nociuum eſſe reor.

¶ Syripum papaueris, dyacodion 7. Me
Græci vocant, conuenire huiuſmo-
di delyrantibus, nemo eſt, qui infi-
cias eat. omnes tamen verētur, ne vi
res imbecillæ tunc ſint. timēt enim
ſtupefacientia. at ego etſi mādrago
ræ, ioſcyami, & opii vſum timeam.
parum vereor noctu vnciam vnam
prædicti ſyrupi exibere. vt ſomnus
concilietur, etſi hæc non ſufficiat:
aliam in ſequente nocte addere. vt
duæ vnciæ ſimul bibantur, vncias. 3.
raro exhibere conſulo. niſi cum iu-
uenis æger ſit, & validas vires habue
rit. & duæ vnciæ parū aut nihil pro
fecerint. cum autem metueris vim
huius frigidi pharmaci. mel roſa-
ceum ei commiſcæ & omnino ſecu
rus eris.

¶ Credentes medici inflammatas 8. M
membranas cerebri aut eiuſdem cō
ſiſtentiam, vel vtrumq; phrenitidē
eſſe, pulmonem arietis recenter ma
ctati capiti apponi iubent. vel in ali
quarum herbarum decocto eūdem
maceratum calidum ſincipiti phre
nitici admouent. alii catulū canis
viuum ad caudam vſq; medium ſe-
cant, & inteſtinis eiectis, capiti ap-
ponunt, nōnulli pullos gallinaceos
non diſsimiliter ſectos eidem ca-
pitis parti approximant. putantes
iis præſidiis calorem actualem ſecū
ferentibus, inflammationem, quam
fingunt, in cerebro phreniticorum

eſſe diſcutiendam, & in vaporẽ dif-
flandam.quod quantum à vera me-
todo curatiua alienum ſit, non ſolũ
illi norunt,qui falſum eſſe phreniti
dẽ ab inflãmatiõe cerebri oriri,præ
cedentibus lectis credũt. verũ quot-
quot medendo mediocriter exerci-
tati fuerint,idem ſcire tenẽtur, etſi
enim verum eſſet, quòd inflammata-
ta inuolucra cerebri delyrii cauſa
futura erant.ſine methodo procede
bant, qui ad diſcutiẽdum humores
inflammatione incluſos. recenſitis
remediis vtebantur,cũ in illis nulla
alia vis diſcuſoria reperiri, poterat.
q̃; quæ à calore actuali & humidita
te oriretur. modo cũ illa exigua &
parũ durans ſit.& cerebrũ in alto ca
pitis ſitum ac tegmine adeo duro ac
craſſo (vt eſt cranium) tectum,nihil
aut parum profectura relata,vero ſi
mile erat.cautius quippe,ſi quem di
ximus curationis ſcopum haberẽt,
præcepiſſent.emplaſtra fieri ex reb9
vim validam diſcutiẽdi & infra cra
nium penetrandi habentibus.quàm
illis,quæ retuli.quorum vſus nullus
eſt.& potius ab indocto aliquo pri-
mum excogitata,vel aſſentatore aut
impoſtore nonnullo inuenta. vt in
admirationem indoctum hominũ
vulgus adſe traheret. quod animali
bus ſectis,vel viſceribus eorumdem
vteretur. quàm à perito medico fie-
ri præcepta. Crediderim ego, nullũ
ex græcis,illis præſidiis in phreniti-
de aut alio vllo capitis affectu vſum
fuiſſe.non nego tamẽ Galenum. 14.
libro methodi medendi. capite vi-
geſsimo ſcripſiſſe. coronariam ſutu
ram odeo laxam eſſe, & craniũ par-
tis illi9 adeo tenue,vt facilius quàm
per aliam corporis partẽ poſsit de-
ferri frigiditas & caliditas in cere-
brum ipſum.quod ipſe in ſeipſo ex-
pertus infuſo in ſincipite frigido ro
ſaceo refert.fatetur enim ſtatim ſen
ſiſſe clariſsimè intro cerebrũ pene-
trationẽ.ſed hoc nobis nõ aduerſa-
tur. nã nos nõ prohibem9 niſi vſum
illorũ remediorũ , quæ nullius valo
ris ſunt,cum ad manũ ſint, quæ pro
deſſe poſſunt,& cranii duritiem vin
cere valent,præſertim quòd ſi medi
ci vtũtur calore actuali & formali
animalium nuper extinctorum. vt
diſſoluatur humor cauſa delyrii no
cere quãdoq; hæc poſsũt. quãdo ani
maliũ ille calor remiſsior fuiſſet,q̃;
phreniticorum cerebrum. eo nẽpe
remiſsiore potius dẽſabitur. quàm
diſſoluetur morbifica cauſa.

¶Etiam vt humorem,quẽ cauſam 9.Metho.
coniunctam inflãmationis eſſe ren
tur medici,vacuent. ex vena frontis
& anarium venulis educi eũdem ſe-
ctis his venis,procurant. in quo quã
maximè aberrant.cum billioſi ſucci
& eiuſdẽ vapores delyrii cauſa ſunt.
ideo quòd ſanguine minus bili ipſa
calido,quo bilis temperabatur,edu
cto, delyrium plus augẽdum quàm
imminuendum eſt. & vigilia proli-
xior reddẽda,humiditate ſanguinis
extracta.quàm ſomnus alliciendus,
quoq; erit.neque cum ſanguis cauſa
phrenitidis reddẽdo ex ſeſe fulgines
putridas,fuerit.illarum venarum ſe
ctiones multum prodeſſe poterunt.
quòd adeo pauxillus ſanguis & cum
adeo magna vi, à venis adeo gracili
bus vt ſunt illæ, quæ ſecari præcipi
untur, educitur. vt plus nocere va-
leat illa ſanguinis miſsio, ob gutu-
ris vinculum, quod venarum ſecto-
res ad impellendum ſanguinem in
venas ſecandas efficiunt, quàm pro
deſſe exigui illius ſanguinis extra-
ctio. certe per relatum gutturis vin-
culum, quod faſcia lintea fit. prius
ſanguis in cerebrum impellitur,
quàm in frontis venas. vt qui periti

in

periti in conſtructione venarũ corporis ſciũt,quo ſanguinis noxii impulſu,quantum damnum phreniticis inferatur, nemo eſt,qui nõ intelligat.

10. Metho. ¶ Non diſsimiliter errant, qui vt cauſam coniunctam phrenitidis educant,vel in alium locum diriuẽt, cucurbitulas ſcapulis,vel poſteriori coli partibus affigunt. & à locis illis ſcarificatis ſanguinis librã plus aut minus extrahunt: quia cum quàmmaximè expediat, poſt vniuerſalem eductionem cauſæ morbificæ vapores & fuligines noxiorum ſuccorũ ſpiritibus animalibus cerebri commiſtas à cauitatibus, quas ventriculos medici vocant,eliminare:atq; expurgare, vt puri ſpiritus animales maneant, ad opera rationis exercenda. cucurbitulæ partibus ſcarificatis affixæ ſanguinem vulnerum trahentes, minime vapores illos expurgare valebunt. quod fortaſsis effeciſſent,ſi eiſdem locis ſanis admouerẽtur: ne enim, extincto cucurbitularum igne,vacuæ ipſæ manſiſſent: vapores carnis proximæ primum,& poſt alii cerebro proximiores, vltimoq; ipſius cerebri fuligines ab eodem expurgarentur: quo æger reſipiſcere poſſet: cum ergo cucurbitulas locis prædictis in relatum vſum imponere cõuenit,loci illi ſcarificãdi nõ ſunt:nã ſi ſanguinem educere cupimus,non à venulis illis adeo diſtãtibus à cerebri vaſis extrahere cõueniet,ſed à magnis brachii vaſis cõſortium cum cerebro habentibus: tunc nempe conueniet, ſanguinem cucurbitulis admotis locis excarificatis educere: cum venæ bracchiorum adeo occultæ ſunt,vt ſeccari nõ valeant: vel propter aliquam aliam cauſam, ſanguinem à ſe inciſis educi,non permittant.

¶ Non plures methodos curatiuas deinceps exarare decerno:quòd quæ potiſsimæ ſint, ſcriptæ in præſenti capite maneant: etiam quoniam ſi quid deeſt, in capite generico de febrium medela: ac in ſequenti opere Deo concedente,ſcribetur.

Caput. lj. De vigili comate quod ſubet Aſahari Auicena vocauit. Paulus autem cathocum nominauit.

EST tanta horum nominum cathocus, cathoca, coma,coma vigil,catalepſis, carus, cõfuſio equiuocatioq;: vt iuuenes, & indoctos medicos facilè aberrandi illa nominum diuerſitas cauſa eſſe poſſet:quam vt tollamus, & emedio extirpemus. vt endum eſſe nominibus inſcriptionum præteritorũ & præſentis capitis ad delyria, & ſomnos enexpugnabiles. atq; exutriſq; cõmiſtas affectiones explicandum, ſuadeo iis, qui noſtra dogmata amplexuri ſunt. cũ ergo cauſa huius affectus de quo nunc agimus. cõmiſta pituita bili ſit. vt Auicena proprio capite, & Gal. de ſymptomatũ cauſis, & Paulus lib. 3. capite. 10. ſcripſere. nulla ſigna diſtinguentia malum hoc à lethargo, vuluæ ſtrangulatũ ſcribere, vt Paulus & Auicena fecere, ſed in aliud opus eadem differre viſum mihi eſt tantum ergo in genere & ſub cõpendio quodam referã, quòd prout pituita magis quàm bilis redũdat, ſic lethargi quàm phrenitidis ſigna ſuperabũt magis, atq; e diuerſo cũ bilis pituitam vicerit. & quàmq̃ hoc pro ſigno morbi huiꝰ

ſuffi

ſufficiẽter exaraſſe videor. ne tamẽ authoritate Aetii quis deceptus putet, nos vocare coma vigil illam cathocã & catalepſim. de qua ipſe capite .4. ſermonis ſecundi, tetrablibi ſecundæ tractat. quia mediam inter phrenitidem & letargũ cathocã de qua ibi Aetius agit dixerit eſſe. vſurpans hoc, vt videtur ex fine capitis decimi citati ex lib. tertio Pauli, ideo lectoribus caueo, nos illud morbi genus putare potius cõgelationis ſpeciẽ quandã eſſe, vt Auicena dicebat capite duodecimo inſcripto. De ſubet a ſahari, quam quidã medicorum nominant ſuccos, aliâs cathocã, ſed non eſt ipſa imo cathocha eſt ſpecies congelationis. quàm commiſtam illam affectionẽ ab Aetio & Paulo ſcriptã. nec temerè in hanc feror opinionẽ. ſed quòd videã ſigna præcipua illius affectus ab Aetio & paulo ſcripta, ſimilima eſſe illis, quibus afficiũtur, qui à cauſa extrinſeca cõgelati in vitæ diſcrimine ſiti ſũt. & inter alia illud Pauli ſimilimum eſt putà. Ob quam cauſam etiam æger, ſi corripitur ſubito, in illa permanet figura, qua correptus eſt, ſtans ſcilicet, vel ſedẽs, clauſis oculis, aut reſpicens. Conſtat enim quibuſuis, eos qui cacumina montium tranſeuntes niuibus & procellis oppreſsi congelati pereũt, conſpici talem ſitum ſemimortui ſeruare, qualem ſors tulit, illos habere, cum à gelu oppreſſi perierunt, vel perire proximi erant.

¶ Tandem vt dixi ſigna vigilis cõmatis ſola commiſtione ſignorum phrenitidis & lethargi diſtingui ab aliorum morborum ſignis, ſic illius medelam nullam aliam eſſe decerno, q; compoſitã ex illorum duorũ morborum curatione. inclinandã q; eſſe plus ad alterum latus quàm ad aliud, prout magis aut minus ſigna phrenitidis q; lethargi vicerint. de his ſymptomatibus nõ plura agere videtur, quòd vt ſæpius promiſi in curatione morborum cuiuſuis mẽbri particularis de omnibus peculiaribus morbis, Deò concedente, tractaturi ſumus. ad medelam ergo febrium redeundo. exarata iam medela earum quæ ab exquiſita bili & a notha originem trahunt. cõſentaneum videtur illarum, quæ à pituita prouenire dicũtur, ſi quæ ſunt curationem ſcribere, aut ſi nullæ tales homines malè afficiãt. errorem prædeceſſorum detegere.

Caput .lij. In quo inquiritur an febres meræ pituitoſæ nonnunq; contingant.

ATq; vt omnes clarè intelligant, quid ſit quod in hoc capite indagatur, ſciendũ, nos hic non dubitare, vtrũ ex ſolius pituitæ redũdantia aliquem morbum gignentis poſsit febris prouenire. puta ex redundantia pituitæ apoplexiam, aut epilepſiam efficientis, aut eiuſdem œdema aliquod in vllo ex mẽbris principibus cõſtituentis, febris ſuboriatur. nam hoc indubitatum eſt. cum vapores a pituita eleuati poſsint, adeo cordis ſanguinẽ inficere, vt cogant ipſum, in magnas veloces & frequentes diaſtoles & ſyſtoles atolli, & deprimi, quibus cor caleſit, & inde ipſum & totũ corpus febrit. cum etiã prohibita pectoris difflatio (adeo quòd motrix vis a cerebro ad pectus ſufficienter deferri in apoplexia & epilepſia ac conſimilibus morbis non valeat) pdſit occaſio eſſe, quòd fumi a cordis

dis & ſpirituum calore in toto cor-
pore eleuati, & minime expirati
aut diſcuſſi, cor proritent, & febrire,
vt dixi efficiãt. quod ergo hic inqui
ritur, eſt vtrum ſola pituita in venis
aut extra venas redũdans aut putre-
ſcens & nullum alium morbum ef-
ficiens poſsit febrem continuã aut
intermittentem efficere: quod ſi à
Galeno, Paulo, Aetio, cæteriſq; græ
cis, ac Arabibus medicis quæratur,
nullus eorũ erit, qui ſuis codicibus
palam non monſtret, firmiſsime cre
didiſſe, duplex genus febriũ ſimpli-
ciũ præter cõpoſitas à pituita oriri,
alterũ intermittẽtiũ. aliud cõtinua
rũ propriiſq; ſignis hæc pituitoſa-
rũ febriũ generã à bilioſis, ſanguine
is, atque atrabiliariis diſtingui, & in
deſtinatis ad hoc capitibus ab eiſdẽ
mederi: cũ tamen verũ ſit: quòd nul
lus medicorum, qui diu in arte me-
dendi doctè & prudenter verſatus
hac tempeſtate fuerit, de quæſtione
hac conſultus, aliter reſpondeat, q̃
ſe nunquàm vidiſſe quotidianam fe
brem à ſola pituita prouenientem,
cum ſignis illis à Galeno ſecundo de
febrium differentiis cap. 4. ſcriptis,
ſed omnes quotquot vidit, quotidie
cum frigore inuadentes, & poſtea in
termittentes, ſigna à notha bili ori-
entium habere, vel triplices quarta
nas vocandas, atq; etiam quòd illæ,
quæ continuè affligunt, cum quoti-
dianis acceſsionibus: de quibus Ga-
lenus libro citato, capite ſecũdo me
minit. & nullum præcipue obtinere
ipſas nomen dixit, prouenire quoq;
ab vllo alio humore q̃, relato pu-
ta bili notha affirmet. Probãt vera
eſſe, quæ de huiuſmodi febribus hi
cordati medici confitebũtur (quorũ
ſententiæ ego aſſentior) tam acceſ-
ſionũ formæ, quæ ſimiles ſunt eis,
quæ ab autoribꝰ de tertianis nothis

ſcribũtur. quàm totius morbi & ſin
gularium acceſsionum duratio non
diſsimilis eiſdem nothis tertianis: ſi
enim quis proteruire volẽs dixerit,
quotidianas febres à pituita exorien
tes non tam prolixas eſſe, vt ſex men
ſes durent, quod accidere nothis ter
tianis Galenus ſcripſit. in promptu
eſt, quod ei obiiciamus: non eſſe cur
plus pituitoſas vocemus, quæ breuio
res ſunt. quàm relatæ à Galeno, di-
midium annum durantes, cum vtræ
q; ſigna atteſtãtia nothã bilem cau-
ſam earundem eſſe, habeant, quãuis
differant, in maiore aut minore co-
pia humoris, aut debiliore, ſeu for-
tiore facultate concoctrice & expul
trice ægri: maximè quòd ſi verum eſ
ſet, vt eſt, notham tertianam tã diu
durare, vt Galenus dixit. Quotidia-
na à pituita ſola oriens prolixior vi
denda erat: quod nullus ſcripſit, nec
vidit. ſupereſt ergo: quòd cum quæ à
plꝰ ſyncera pituita ortum haberet,
diuturnior neceſſario fuiſſet, & nul
la reperiatur prolixioris durationis
quàm quæ à notha bili oritur, nullã
febrẽ pituitoſam in ſenſu ſupra ex-
poſito reperiendam: nempe quòd lõ
gior febris futura eſſet à pituita ſo-
la, quàm ab eadẽ bili miſta, cæteris
omnibꝰ paribus, facile probat. quòd
illud choleræ additũ pro febris oc-
caſione, ablatum de pituita multo
breuiorem febrem eſſet facturum,
quàm pituita ipſa, cum pituita fri-
gida & lenta ſit, quo prolixiores fe-
bres proueniunt: & cholera calida
& tenuis à qua celeres & exiguæ du-
rationis morbi oriuntur.

¶ Euadere enim rationem hãc vt
Gentilis Auicenæ cõmentator, cæ-
teriq; neoterici medici faciunt, ni-
hil prodeſſe, paucis oſtẽdam, primo
in medium illorum ſentẽtiam pro-
ponendo: ac poſt eandem argumen

tis euidentibus confutando:dicebāt quippe gentilis cæteriq; eiuſdē claſſicis authores.ideo cōtingere nothā tertianā plusq̄; quotidiana à pituita oriens durare. quòd bilis pituitæ commiſta conuertēdo in vaporem tenues partes ipſius pituitæ & alias terreſtriores frigidioresq; relinquēdo, aggregatū ex bili & pituita magis terrenum ac frig.dius & craſsius quàm ſola pituita eſt, efficiat. quod vt dixi, falſum eſſe ſequētia probāt.

Improbat quorumdā ſolutio.

¶ Primum quoniam etſi illud verum eſſet, quod ex commiſtione bilis cum pituita eadem craſsior verteretur: aggregatū ex ambobus nullo modo craſsius eſſe, quàm ſola pituita tenebatur: quia plus vinceret bilis tenui ſubſtancia cōmiſtum ex vtriſq; atenuādo. quàm pituita craſſior verſa incraſſando.

¶ Secūdo quia ſi illud quod aduerſi affirmant,verum eſſet. ſequeretur miſtum naturale compoſitū ex terra,& aqua, igne, & aere, frigidius,& craſsius eſſe, quam terra & aqua cōponentia illud,cuius oppoſitum verum eſſe euētus ipſi atq; etiam axioma illud phyſicorum propter vnū quodq; tale & illud magisdocent, ſi enim miſtum frigiditatem & craſsitiem à frigidis elementis habet, elementa ipſa craſsiora & frigidiora futura ſunt, illatio tamen illa prior. putà miſtum ex calidis & frigidis elemētis frigidius eſſe, quàm ſola frigida elementa ex hoc bona eſſe patet, quoniam calida reſoluendo tenues partes frigidorum eadem craſſiora relinquent, indeq;, vt aduerſi fatebātur, notham bilem ob preſentiam bilis craſsiorem euadere quàm pituita fit: ſic & faſuri erant. miſta ex quatuor elementis craſsiora futura ſola terra & aqua: quod vt dixi, mendatium eſt.

¶ Tertio quis non videt,quoniam ſi craſsities pituitæ facta ob bilem vrentem eandem febrem tertianam notham durantem anni medietatē efficere poteſt,vt qui nobis aduerſātur dicunt: quòd alia pituita adeo craſſa,vt eſt illa aqua tertiana notha oritur ab aliqua alia cauſa adeo craſſa verſa:etiam quotidianam ſex mēſes durantem effeciſſet, quod Galenus & Græcorū atquè Arabum nullus ſcripſit neq; nos vidimus.

¶ Quarto ſi extra corp9 bilis pituitæ commiſcetur,aggregatum ex ambobus ſemper minus lētum ac craſſum, quâm ſola pituita ſit, ergo in corpore idem his humoribus commiſtis continget. illatio eſt manifeſte bona,quia ſi dixiſſes,calorē actualem & formalem bilis in corpore exiſtentis poſſe denſare pituitam ſibi commiſtam & extra corpus idē efficere nō valere: nihil proficies obiiciam enim ego, quòd cum hic calor quem in corpore bilis habet, non aliūde quàm a corde & ſpiritibus in eodem genito oriatur:& hic ſemper in viuentibus ſit,quòd nulla pituita corporis humani poſſet minus craſſa eſſe, quam ea, quæ nothas tertianas efficit. illationis huius bonitas ex hoc clare patet, quòd ſpirituum & cordis calor multo maior q̄ bilis eſt, vt Galenus in detemperamentis libro & Auicena prima primi, & reliqui omnes medici affirmant. ſed maiore ac intenſiore calore plus dēſanda & craſsior vertendēda pituita, quam remiſiore erit, bene ergo collegimus ſuperiorem rationem.

¶ Dicet forſam vllus ſpiritus calidiores bili eſſe,ſed nō tantæ vis, quâtæ requiritur, vt pituitam vincant, & ſuperent. ideoq; in ſano corpore adeo craſſam pituitam vt tertianas nothas patientium non reperiri.ſed

hic quoq; decipietur:quia in biliofis
hominibus non febrientibus maior
bilis copia quâm in pituitoſis tertia
nas nothas patientibus redũdat, ſed
in illis pituita à calore bilis craſſa
minime vertitur, ergo nec in pitui-
toſis, etiam enim in biliofis pituita
ſanguini & bili ac melancholiæ in
venis commiſta, proxima & vicina
bili eſt, vt bilis putrecens pituitæ pu
treſcenti in tertianas nothas pacien
tibus.

¶ Porro aberrant, qui putant, pi-
tuitam per actionẽ caloris bilis den
ſandam, cum medicorum methodi
curatiuæ non niſi calefaciẽtibus eã-
dem attenuare, & cõcoquere, curẽt.
Nempe in vaſis contenta pituita,
& aliis humoribus fluidis ac liqui-
dis commiſta, nequaquàm vi caloris
dureſcere, & craſsior fieri poteſt. ex-
tra vaſa tamen, vt quæ in œdemati-
bus aliquarum partium corporis in
cluditur, rebus valde calidis aduren
tibus craſeſcere, poſsibile eſt. pituita
enim in vaſis incluſa à materia & ge
nerante craſsior aut tenuior fit, &
non à calore tenues partes conſumẽ
te & denſante, denſa vertitur, vt neo
terici opinabantur.

Colligit̃ ratio qua probatur quòd à pituita ſola febris fieri nõ poſsit.

¶ Relatis ergo rationibus ſufficiẽ
ter probatum ſupereſt, quòd ſi à pi-
tuita ſyncera in vaſis cõtenta febris
emanare potuiſſet, prolixior & diu-
turnior quàm à notha bili illa fo-
ret. atq; quòd cum nunquàm quoti-
diana à pituita oriens tam diu du-
rans reperiatur ex aduerſorum aſſer
tione, nullam etiam talem reperien
dã: quod probare aggreſſi ſumus. &
quàmq; ſcripta ſufficerent, ad mani
feſtè noſcendum febres à ſyncera pi
tuita non oriri, in ſenſu quem expli
cuimus. vt tamẽ clarius verum hoc
eſſe cõſtet, rationem reddere placet,
cur ab aliis humoribus ſynceris ori
ri febris poſsit, & à ſola pituita ne-
quaquam.

¶ Certe ſanguinem viciatum infi
cientem ſanguinem purum cordis à
quo ſpiritus vitales gignendi erant,
poſſe proritare cor, & cogere ipſum
in magnas veloces ac frequentes dia
ſtoles & ſiſtoles atolli, & deprimi,
vnde febris gignitur, notum eſt. mul
tum quoq; ſanguinem prohibendo
perfectam fieri fuliginum corporis
& cordis præcipue expurgationem,
conſimili modo, vt putridus poſſe
febrem efficere. Nemo etiam dubita
re poteſt, bilis quoq, flaua & alia ge-
nera bilium multitudine aut putre
factione nocentia, ſeipſa aut ſuos fu
mos ſanguini cordis commiſcendo,
& ipſum viciando, poſſe etiã febrẽ
ginere nemo eſt, qui inficias ire poſ-
ſit: atræ quoq; biles omnes ſpecies
eodẽ modo quo præteriti ſucci quã
doq; valere ſanguinem cordis macu
lare: quis dubitare poterit.

¶ Mirum tamen videtur, cum ſcri
pta confiteantur: quotquot medici
præceſſerunt, ac qui nunc viuimus,
fuiſſe me auſum dicere, à ſyncera pi
tuita febrem oriri non poſſe. cum
vt videtur, ipſa non aliter quàm re-
liqui vitiati ſucci valeat, infeſtos va
pores, & qui ſanguinẽ cordis viciẽt,
à ſeſe pellere: vnde febris, vt ab aliis
ſuccis oritura erat. Porro negare nõ
poſſumus, non eſſe faciliter diſſolu-
bile quæſitum hoc, verum cum ſiue
ſufficienter illi ſatisfaciamus, ſiue
id aſſequi non poſsimus, res natura-
les mutari, ac variari minime vale-
ant, credere quilibet potius tenetur,
euentus tales eſſe, quales videt. q̃ a-
lios eſſe, q̃ experitur. quòd cauſam
reddere contingentium neſciat.

¶ Ad rem ergo vt inquiunt, venien
do, ſuppoſito pituitam ſynceram in
corpore humano vocari ſuccũ quẽ
cũq;

cunq; frigidum & humidum, vt Galenus cap. ſexto libri ſecundi de febrium differentiis, & prope finem libri primi de temperamẽtis, & in medio ferme libri ſecundi de temperamentis etiam, & commentario quadrageſimo libri primi de humana natura, & mille aliis in locis refert qui per vlteriorem coctionẽ in ſanguinem verti, eſt natus. vt idem Galenus plurimis in locis præſertim capite nono libri ſecundi de facultatibus naturalibus ſcripſit, dicens.

※ Sane quòd pituitã expurget, natura nullum inſtrumentum condidit, propterea quod frigida humidaquè eſt, ac velut ex dimidio coctum nutrimentum: deſiderat igitur talis ſuccus non vtiq; vacuari: ſed in corpore manens alterari: excremẽtum vero quod à cerebro diſtillat. fortaſſe nec pituitam quis recte appellet: ſed ſicut & nominari ſolet, mucum, & diſtillationem. Græci corizam ſin aliter, quòd ſaltẽ huic vacuando natura recte proſpexit, idquoq; in libris de vſu partium tradetur: quin etiam quemadmodum quæ in ventriculo, & inteſtinis creatur pituita, commodiſsimè ac celerrimè vacuetur, naturæ commentum in iiſdem voluminibus monſtrabitur: quod igitur in venis pituitæ fertur, cum ſit animalibus ex vſu, nulla vacuatione eget: ſane aduertere hoc loco, ac ſcire oportet, tanq̃ ex bilis generibus aliud vtile naturaleq; in animalibus eſt, aliud inutile ac præter naturam: ſic pituitæ, quod dulce eſt, id ſalutare eſſe animanti, & naturale: quod acidum ſalſumq; eſt: acidum quidem omnino crudũ eſſe, ſalſum cõputruiſſe. Porro omni moda cruditas pituitæ intelligenda eſt, quæ in ea coctione incidit, quæ in venis agitur: non autem in ea quæ prima eſt, quæq; in ventriculo perficitur: cum ſi hac deficeretur, ne ſuccus quidem omnino eſſet. ※ Conſonum rationi videtur ob huius humoris redundantiam, febrem à natura nõ concitandam ad eiuſdem diſflationem, & in halitum reſolutionẽ, vel ſenſibilem per ventrem, aut os, vel aliam partem excretionem, vt ad aliorum humorum redundantium augmentum immoderatum efficere ſolet: cum ſatius naturæ eſſet, hũc vlterius coquere, & in ſanguinẽ vertere, ad corpus alẽdum, quam a corpore eundem reiicere, vt mox citatus Galenus dicebat, acida enim pituita et ſi crudior q̃ inſipida ſit, & maiore coctiõe q̃ inſipida, vt in ſanguinem vertatur: egeat non ob id de ſui excretione inditium vllum affert. vt Galen9 prope finem libri de artis medicæ conſtitutione dicebat.

※ Sin pituitæ humor redundet, ſalſam purgare, acidam reditam alterare, opem naturæ ad eius cõcoctionem ferentes tentandum eſt: dulcis autem multo etiam facilius concoquitur. ※ Salſa quippe & quæ putruerit pituita, cum vlterius coctæ minime in ſanguinem nutrientem verti poſsint, hæ neceſſario excerni cupiunt, atq; harum vapor vellicare cor, vt cæterorũ quos retulimus ſuccorũ poteſt, atquẽ cogere ipſum in magnas veloces & frequentes diaſtoles ac ſiſtoles atolli & deprimi, vnde febris oritur, verum huiuſmodi febres non propriè pituitoſæ vocandæ, quòd ſalſa pituita fiat ex commiſtione pituitæ & bilis, aut ex commiſtione partium pituitæ non vſtæ ſiue non putrefactæ cum aliis eiuſdem vſtis vel putrefactis. vt Galenus capite ſexto libri ſecundi de febriũ differentiis & commentario duodecimi aphoriſmi tertii libri & aliis

in locis dixiſſe videtur. & Auicena expreſsius prima fen primi capite de humoribus ſcripſit. putrefacta vero pituita iam pituitæ nomen amittit, & bilis vocatur, vt idem Galenus quadrageſsimo tertio aphoriſmo ſeptimi lib. referebat. quàm quàm hoc vltimum in totum non ſatisfacere aliquis opinabitur. cum etiam ſanguis putrefactus, ſanguis ſimpliciter vocari non poſsit, ſed cum addito & ſecundum quid, vt logici inquiunt: & tamen vere affirmamus à ſanguine putrefacto febres oriri. in quo ſenſu vere etiam ducendum videtur. à pituita putrefacta febres pituitoſas originem trahere: quod confiteri cogeremur, ſi nullum aliud diſcrimen inter pituitam & alios humores putreſcentes quàm prædictum eſſet. Verum cum vltra ea quæ ſuperius retulimus, hoc peculiare pituita habeat, quòd ſyncera in nullo vaſe ſibi deſtinato reperiri valeat, quia natura nullum illi decreuit efficere, vt vtriq; bili ac ſanguini. ſic nihil pituitæ in vaſis corporis putreſcere poterit, cui aliquid alterius humoris commiſtum non ſit, vtraq; bili aut ſanguine ſynceris nonnunquàm putreſcentibus, nec parum conducit ad commiſcendum pituitam cũ aliis humoribus, & notham ipſam efficiendum eiuſdem lentor viſcoſitasq;, qua adeo reliquis ſuccis ſibi proximis hæret, atq; agglutinatur, vt eiuſdem putrefactio ſibi & aliis communis fiat. ex quibus omnibus apertum reſtat, febres mere pituitoſas nullas deinceps vocandas, ſed omnes quotquot à pituita originem traxerint, cum ipſa alteri humori ſemper ſit adiuncta, ſi cõtinue fuerint cum ſignis putrefacti ſanguinis à pituitoſo ſanguine initium habere ſint dicendæ, quippe huiuſmodi lente & inceſſanter infeſtãt, & quæ cum notis alteri9 ex bilium ſpecieb9 apparuerit, cõtinua notha nominabitur. & earum quæ intermiſsionem habent, ſi acceſsiones quotidie aut in tertiis ſiue in quartis diebus inuaſerint, quãdo ſignis vllis nouerimus, plus pituitæ putreſcentis quàm bilis flauæ aut atræ redundare, à notha pituita commiſta alteri ex bilium ſpeciebus naſci confitebimur. Verum ſi plus biles quàm pituita redũdauerint, à notha bili febrem talem oriri fatebimur, quo omnis medela febrium pituitoſarum abſoluitur. nam ſi illis mederi tentauerimus. nullum aliud curationis earũdem caput inquirere ſtudebimus, quàm quod inſcribitur de medela febrium à notha bili orientium, quæ enim à notha pituita originem trahunt: nihilo in medicatione à præteritis orientibus à notha bili diſtant: niſi quòd, quæ attenuant, & diſſecant, valentiora in pituita notha, quàm in bili notha futura ſunt.

Caput. liij. De hepiala & lypiria febribus.

COMPELLOR in præſẽti loco de his febribus agere, quoniã Auicena fen prima. 4. à pituita has oriri credidit & Gal. 2. de febriũ diffe. in exordio ca. 6. & prope finẽ lib. de inæquali intemperie eiuſdem fuiſſe ſententiæ ſaltim in hepiala videtur. hepialã enim nominat Gal. febrem illam in qua ſimul calor & frigus percipiuntur, in partibus adeo coniunctis vt ſenſus diſcernere rigentes à calentibus neſciat: lypiriam illã in qua intus calor & frigus extra percipiuntur

cipiuntur, vt verba eiuſdem Galeni inde inæquali intẽperie libro, quæ hãc ſeriẽ ſeruant, docent. ⁜ In ipſa tamen acceſsionis inuaſione, aliqui febricitantium, tum rigent, tum vero febricitant, tum ambo ſentiunt, frigus immodicum & calorem vnâ. Verum non eodem loco, quippe cũ poſsint, quæ excalfactæ ſunt partes, manifeſtè a refrigeratis diſcernere, nam intus & in ipſis viſceribus calorem ſentiunt, in extremis partibus vniuerſis frigus, tales perpetuæ febres ſunt. & quæ Græce lipyriæ vocantur. præterea quoddam ardentium febrium pernicioſum genus, quod igitur in his maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis, contingit, minutis. in æqualis namquê eſt & harum febrium intẽperies. ⁜ Quippe Auicena aliter ſed perperã harum febrium naturam exprimit: quanuis potius interpreti quam Auicenæ error imputandus eſt, verum quoniam ex Galeni ſententia in nõnullis locis tam libri de inæquali intemperie quàm aliis ellici videtur, poſſe ſimul in eadem vnica particula calor & frigus percipi, quod impoſsibile eſſe in commento libri citati oſtendimus. ideo vnde error ille oriatur vnico verbo explico, ſcilicet ex tanta coniunctione partiũ contrario modo affectarum quòd ſenſus diſcernere vbi intemperies calida aut frigida ſit neſcit, ſi enim dolente mollari dente, æger nonnunquam diſtinguere an ille vel vicinus ſit, qui dolet, quid mirũ quòd in partibus corporis dentibus multo paruioribus diuerſo modo affectis, idem cõtingat. vi certe morbificæ cauſæ adeo confunditur tangẽdi facultas, vt diſtinctè partem calore affectam a parte frigente diſtinguere neſciat. Porro quamquam Galenus dicere videatur huiuſmodi febris gen9a vitrea pituita originem trahere. ego qui ea tantum quæ expertus ſum, & rationi conſona videtur, in noſtris libris ſcribere decreui, nullique authori tantum fidere, quòd mihi diffidam, propoſui. ateſtor nonnunquam oblatas mihi has febres fuiſſe, non tamen a mera pituita vitrea aut alterius ſpeciei ipſas oriri, ex ſignis compluribus intelligiſſe. ſed vel in nothis tertianis continuis vel intermittentibns hoc accidere, quod frequẽtiſsimum eſt, vel quandoque in mere bilioſis cum contingit vi febris pituitam a capite in vniuerſos dorſi neruos diſtribui, diffundique. nec ſuſpicor ego frigiditatem, quam febriẽtes hi ſenciunt, a pituita oriri, quia in innumeras corporis partes diſtribuuenda erat, & in tot calidas bilis. quod fieri eximia induſtria non poſſet, quanto magis caſu & fortuna. ſed frigiditatem, quæ ſentitur, prouenire. quoniam ex defluxu, vt dixi, pituitæ vel nothæ bilis in neruos dorſi vel in medullam eiuſdem (a quibus partibus muſculi omnes qui ſub capite ſunt, & etiam mandibulæ oriuntur) nonnullæ partes illorum & medullæ inæqualiter male afficiuntur, quæ retrahi ſpiritus ſuarum propaginum in muſculos vniuerſos corporis diſperſos ad ſeſe fontes & origines cogunt. quo particulæ illæ frigidæ linquuntur, deficiente calore ſpirituum, a quo toti9 corporis actualis calor emanat, aliis a quibus ſpiritus retracti non ſunt, quia illarum partium origo a pituita vel bili non ſit vellicata, calidis febrili calore manentibus. nam cuiuſuis nerui naſcẽtis a dorſi medulla partes in adeo plurimas ſecãtur, & in muſculos & alias partes

corporis diſtribuuntur, vt vix dici, poſsit. Harum ergo innumerarum in æqualiũ diſtemperierũ cauſa eſt vnius nerui orientis à dorſi medulla vel ipſius medullæ etiam in æqualis diſtemperies. Nec adeo pertinax ſum, quòd ſi aliquis opinaretur febres hepialas fieri à pituita bili miſta in venis totius corporis contenta, quãdo vapores eleuati ab vtriſq; contrariis humoribus, in poroſitatibus membrorum incluſi, parietes pororum infrigident: bilis vaporibus nequeuntibus infrigidationi reſiſtere, quòd citiſsime tenues cũ ſint in halitum diſcutiãtur, partibus ſolidis, quæ intercipiuntur inter quãtumuis coniunctos poros: calidis febrili calore emanante ab arteriis & à corde frequenter & velociter moto, manentibus: ego, vt dixi, ſic opininanti reſiſterem, aut aduerſarer, quia ſcio illud poſsibile eſſe: & nobis non contradicere: nos enim tantum dicebamus, difficile eſſe credere pituitam lentam glutinoſamq; poſſe ſecari ac diuidi in tam innumeras & minutas partes corporis queles ſunt, quæ frigiditatẽ ſentiũt, & in tot his proximas bilem calidã diffundi. vaporem tamen pituitæ in innumeras corporis poroſitates includi, eaſq;, vt retuli, infrigidare: quis negare poterit.

¶ Lipyria febris, vt Galenus loco ſuperius adducto ſcripſit, eſt illa, in qua interiora ardẽt, & exteriora frigent: quod cum frequentiſsimũ eſt, tam in febribus omnibus peſtiferis, quoniam natura ſpiritus vniuerſos extrinſecarũ corporis partium ad interiora vbi noxiꝰ humor ſedet, retrahat: vt illis eundem per ſenſibiles vel inſenſibiles partes à corpore excernat, quàm etiam in aliis febribus homines debiles male afficientibus: quia in his paucos ſpiritus habẽtibus, calor ad interiora retractus exteriora deſtituens eadem frigeſcere efficiat, quod in validis hominibus habentibus copiam ſpirituum tam pro extrinſecis quàm intrinſecis partibus non accidit. nõ eſt, cur medelam peculiarem pro extirpandis his febribus exaremus, vt Auicena citato loco fecit, cum id lapſus non exiguus foret, quem Auicena cõmiſsit tunc, cum perperam eſſentiã & medelam earundem expreſſit: neceſſarium certe erat in medicatiõe haberrare qui naturam morbi non intelleget. Quippe hepiala febris à notha pituita oriens, non niſi præſidiis parum calidioribus, quàm febrium exorientium à bili notha medenda erat. Lipyrias vero febres vocatas nequaquàm ſub vno capite cõprehendi poſſe. manifeſte docebat Galeni ſententia aſſeuerans peſtiferas & alia febrium genera lipyrias vocari, hæ ergo ſi peſtiferæ fuiſſent, in capite peſtilentium febrium medicandæ erant, ſin vero alterius modi cum cuiq; ſpeciei febrium particularis medela ſit exarata. inibi medicarentur, vbi certis ſignis nouerimus eas ſingulari capite eſſe cõprehenſas. tandem vt dixi, cauere oportet, ne aliquis nitatur Auicenam in medicatione harum febrium ſequi, quoniam in vitæ diſcrimen impellet ægros.

Caput. liiij. De febribus à melancholia exorientibus & ſignis earundem.

PRædiximus in ſuperioribus nõ neceſſarium eſſe, febres à melancholia orientes per quaternos dies accedere, ſed eſſe poſsibile, quotidie

tidie & per tertios dies infeſtare, & vltra ea quæ ſuperius diximus, hui9 rei inditium nō exiguum afferimus falſum ſcilicet eſſe febribus ſine ordine acceſsiones habentibus, ideo quaternas ſubſequi, quòd humores diuerſi vſti: quartanam ſubſequentem procreent: cū tam ab vnius ſpeciei febre diu durante, & tanto tempore quanto diuerſarum ſpecierum febres durant: febris quartana gignēda eſſet, prout à diuerſis febribus, quòd pares ambæ fuiſſent in cineribus relictis (ſic enim medici vocant melancholiam reſtantem à putreſcentibus humoribus) quod nō experimur. cum notha tertiana per ſex menses durans in quartanā non trāſeat: inde ergo frequentiſsime cōtingit huiuſmodi febribus ſine ordine acceſsiones facientibus, quartanas ſubſequi, quòd à principio melancholicus ſuccus omnium illarū diuerſarum acceſsionū cauſa fuerit. qui cū craſsior cæteris & magis ſua frigiditate & ſiccitate quàm alii naturæ inimicus ſit. ipſa ab eodē prorritata nōnunquàm quotidianam febrem gignendo, aliàs tertianā, quandoq; continuam à corpore excernere eundem procurat, quod cum conſequi minime poſsit, propter humoris, vt dixi craſsitiem. eundem quandoq; in diſtātiora corporis vaſa protrudit: a quibus poſtquàm febris finita eſt, idem humor diſcedere nitens in venas & arterias corporis totius præſertim in maiores ad cor tēdentes diffunditur (paratiores nempe ſuſcipere ampliores minus amplis & calidiores min9 calidis ſunt) e cuius in cor diffuſione cor iterū febrem concitare cogitur. Verum nō ante quartum diem implurimum, quòd totum illud tempus in reditu a partibus a corde diſtantibus vſq; ad cor ipſum melācholicus humor abſumit. neque abs re hæc in præſenti loco aducūtur, ſed vt cauſam reddam, cur caput præſens de febribus quartanis non inſcribitur, vt Galeni & cæterorum medicorum capita inſcribuntur, ſed de febribus a melācholia orientibus.

¶ Nothas atrabilarii humoris febres efficientis ſcripſit Galenus ſecundo de febrium differentiis capite quinto ſub his verbis. ※ Tertiū febrium intermittentium genus eſt exquiſita quatarna, quando ex ſolo atræ bilis humore generatur, qui frigida ac ſicca conſtat temperatura. ſuccenditur autem paulatim, veluti lapis aliquis, aut teſta aut os aut tale aliquid huiuſmodi corpus frigidū & ſiccum, vbi vero aliqua ex eo flamma fuerit aſcenſa, nihil fumidum aut ſemicombuſtum in acceſsione relinquit. atque idcirco in hoc humore copioſiores ſunt euacuationes q̄ in pituita, atquè intermiſsio exquiſitæ pura videtur: quoniā & hic quidquid atræ bilis fuerit accēſum, exhauritur atquè diſpergitur idcirco & in eis talis eſt rigor, qualis his qui vehementi gelu frigeſcūt, haud quaquam ei ſimilis, qui a ſole peruſtis aut laſis; aut ex medicaminibus aliquando calidis, aut cum ſuper vlcera ponitur mordentibus. fieri conſueuit. neceſſe autem eſt hanc febrē antecedere, quæcumquè atram aggregant bilem in vitæ exercitiis, ac totius vitæ ratione, & temporis ſtatu, & parte anni, ac regione, ſic & laborantis naturam & ætatem atrabile abundare: huius autem febris acceſsio temporis ſpatio eſt ſimilis tertianæ. nonnunq̄ & longior, cum adhuc exquiſita perſeuerat. vt quæ ex frigidiore humore conſiſtit. eundē vero in hiſce febribus atquè aliis omnibus

mnibus eſt cauſa, quæ differentiam facit longitudinis acceſsionum, quẽadmodum paulo antediximus. in exquiſitis tertianis, ex multitudine humoris ac qualitate, vigore inſuper, atq; imbecillitate potentiæ, ac præterea ex ipſius ægrotantis diſpoſitione diuerſitatem aſſumens. ⁂ Quæ quidem inditia eſſe febrium ab humore melancholico orientium certum eſt: quamuis nõ verum ſit, illud de intermiſsione longiore in his febribus quàm in pituitoſis. ideo ſcilicet puriorẽ intermiſsionẽ ipſas habere: quia atrabiliarius humor, qui in vnica acceſsione accẽditur, in totum vratur, & à corpore diſcutiatur & in pituitoſis non. nam falſum eſſe febres fieri, quia humor à putredine calfactus cor calfaciat, in ſuperioribus oſtendimus. ex quo ſequitur, nõ ideo quòd in totum vratur, qui febrem facit humor. pura intermiſſio contingat: ſed quia omnino à cordis venis vbi ſanguinem materiam ſpirituum inficiebat viciatus aut multꝰ humor à natura in partes corporis, a corde diſtãtiores ſeiũgatur, & mũdiorem cordis ſanguinem linquat. vt inmunda intermiſsio ab oppoſitis cauſis fit. videlicet cum neq; longe à corde ſeiungi humor valet: neq; in totum cor expurgari à viciato ſucco poteſt, vt in pacientibus pituitoſas febres propter humoris tenacitatem contingit. non quòd putrefactio abſumere omnino pituitam non valeat, vt Galenus referebat.

An quarta na cõtinua. vt tertiana continua cõtingat.

¶ Scripſit quoq; idem Galenus eodem ſecundo libro de febrium differentiis prope finem capitis ſecundi ſequentia verba. ⁂ Eſt & tertium genus febrium continuarũ quæ per raro tamen eueniunt, quarum acceſſiones quartanarum figurã progredientes oſtendũt. neq; in in febricitatione terminantur ſicuti autem febris tertiana aliquando fit duplex, aliquando triplex. ita hæc nõ modo duplex ſed etiam triplex euadit. ⁂ Quorũ ſẽtẽtia triplicẽ ſenſũ habet, alterum quòd quãdoq; & ſi raro cõtingant febres cõtinuæ ſine vllis ſenſatis frigoribus aut rigoribus quarta die inualeſcentes in totum tertianis continuis tertia die inualeſcentibus ſimiles, quod à me viſum nunq̃ eſt. alium contingere aliquando febrem quartanam inuadentem cum rigore vel frigore adeo prolixam in ſingulis acceſsionibus, vt acceſsio prior in infebricitationem non ante finiatur, quàm ſecunda quartana die quarto cum rigore vel frigore ſuperueniat. tertium quòd prout tertiana duplex quotidie cum rigore vel frigore inuadit: ſic quartana triplex quouis die cum frigore aut rigore vel horrore infeſtet, vocaturq; quartana & ſi quotidie vt duplex tertiana inuadit, quoniam in duplici tertiana tertia dies cum prima in inuadendi hora & duratione acceſsionis, & quarta dies cum ſecunda certam proportionem ſeruant. & in ſequentibus diebus eadem norma ſeruatur. in triplici autem quartana: quarta dies cum prima, & quinta cũ ſecunda, & ſexta cum tertia, in plurimum in inuadendi hora & duratione omnino ſimiles aut parũ diſſimiles ſint. reliqui quoq; dies omnino eundem ordinem ſeruare viſuntur, neque hoc perpetuum eſt, ſed vt dixi, in plurimum ſic contingere experimur. nam non raro quartanas triplices & tertianas duplices nullũ mutuo ordinem habere videmus: quas non alio euidentiore ſigno tertianas aut quartanas eſſe dicernimꝰ quàm quòd tertianæ per tertios die

infeſtas

infeſtare inceperint,& primæ quartane per quartos,& ſi poſt,perſeuerã tibus his morbis,duplices aut triplices factæ ordinem amiſſerint.in his ergo duobus vltimis ſenſibus accidere ſæpe quartanas continuas,hoc eſt nunquàm deſinentes, quoniam non ante prior deſinat, quàm ſecũda vel tertia cum rigore vel frigore ſuperueniat, veriſsimum & frequentiſsimum eſt,vt in priore,vt retuli, nunquam à me viſum ſit.

Vtrũ homo bis à quartana capiatur.

¶ Dixerat quoq; Aetius ſermone primo tetrablibi ſecundæ cap.83.ſequentia verba. Quartana exquiſita omnem ætatem inuadit,præcipue tamen inclinatam. Hippocrates autem in libro de ſeptenario vigoris ætatem dixit, idem aſſerere videtur,eundem hominẽ nõ bis quartanam febrem incidere, verba eius ſunt. Primum quidem quartana febre idem homo bis neq; capitur, neq; vnquam captus eſt, neq; de cætero corripietur,ſi ſemel ſanus fiat, & hoc propterea iuxta propriam vniuſcuiuſq; hominis naturam, & ætatis vigorem contingit. neceſſe enim eſt vigentem hominis naturam in hoc tempore quartana febre corripi, præterito autem vigore, exolutã eſſe & à quartana & ab inuaſiõe. Quam ſententiam Aetius neq; prorſus palam taxat,neq; approbat. Hoc enim quod Hippocrates aſſeruit in vigore ætatis quartanam corripere manifeſte vituperat. cum dicat exquiſitam quartanam omnem inuadere ætatem præcipue inclinatam. de reliquo nullum decretũ promere videtur. nos autem vtrumquè falſum eſſe frequentiſsimis euentibus nouimus, neque me petulantem eſſe, qui hæc legerit, exiſtimet, quòd adeo clare mentiri Hippocratem fatear. nam in meam conſcientiam teſtor) audatiæ aut temeritati meæ id non adſcribẽdum. ſed ne iuuenes & indocti ſenes decepti tãti viri authoritate fidem verbis Hippocratis (ſi eiuſdem ſunt) dent, & decepti ita euenturum,vt ipſe dixit, credant.

¶ Quod ego pluries vidi eſt, tam pueros, quam puberes, & vlterioris ætatis homines, ac ſenes, quartana nonnunquam corripi, neque dicere auderem, vllam ex relatis ætatibus frequẽtius alia a quartana capi, ſed ferme pariter,& indifferenter per omnes quartanam vagari. et quãquã ratio ſenum ætatem,quæ frigida eſt & ſicca, frequentius aliis a quartana inuadendam ſuadeat. vt Aetius ſcripſit.nullam tamẽ fidem rationi illi adhibeo:quoniam, vt dixi, oppoſitum obſeruaui. & quia ſciam antecedentes ſenectutem ætates nõ paucum melancholiæ vſtæ aggregare. quo æquare & ſuperare ſenectutem valent. Certe ſi perpetuũ fore, quod mihi medẽti accidit, crederẽ, auderẽ referre iuuenes a.14. anno vſq; in primã ſenectutẽ. Puta quinquageſimũ annũ frequẽtius quartana corripi quam aliarum ætatum homines. reliquum autem de febre quartana non bis hominem eundem infeſtante, in vniuerſum verum non eſt. & ſi certum ſit, quòd ii, qui ſemel quartanam paciuntur, & ſani poſt per vnũ aut duos ſeu plures annos durant, ac quartanam paciuntur, nõ vltra quatuor aut ſeptẽ acceſsiones vel quod rariſsimum eſt vndecim ſubſtineãt. dixi, quòd ſi ſani per vnum aut duos annos vel vltra durant, nunquã poſt quartanam tranſgredientem vndecim acceſsiones patiantur, vt in experti ſciant, ſæpiſsime contingere illis qui primas quartanas patiuntur, in brumali ſolſtitio aut parum poſt vel ante, quartanas ſpõte ſua deficere.

re.ipſaſq; in ianuario menſe ſequentis anni iterum redire, & non raro iterum diſcedere, ac toties iterũ infeſtare donec æſtas accedit. vbi in totum diſparere conſueuerunt, à quibus diſcedentibus & redeũtibus, nõ ego dico ſanos euaſiſſe quartanarios donec ſine quartana per vnum aut duos annos, vt retuli, perdurent.

¶ Scripta palam docent, quàm exigui momenti ſit illud, quod, ſe feciſſe gloriabundus iactat Galenus. in libro de præcognitione ad poſthumum, cum hiſtoriam refert eudemi peripatetici quartana febre in autumno vexati, cui Romæ degentes medici conſuluerũt, quòd in hyemis initio theriacam parum ante q̃ acceſsio quartanæ aduentaret, biberet. ipſe autem Galenus vetuit. quòd ſciebat, ex intẽpeſtiuo theriacæ potu quartanam ſimplicem in duplicem ac triplicem vertendam, quod vt prædixerat, ceſsit: & in media hyeme theriaca ab eodem eudemo Galeni iuſſu bibita à tribus quartanis in totum liber euaſit, nã ſi verũ eſt, vt indubie eſt, quartanam in brumali ſolſtitio (vbi hyems incipit) vel parum poſt: ſponte ſine medicamentorum vſu auferri plurimosq; quartanarios in ianuarii menſis ſequentis anni fine, aut parũ ante etiã à quartana ſine ope medici liberos euadere, quid mirum fuit, ſi etiam epota theriaca ſanaretur eodem tempore eudemus. parum enim ante finem ianuarii media hyems incipit. cũ vndecima vel duodecima die decembris vel parum ante aut poſt hyems incipiat, quæ vt cætera tria anni tẽpora nonaginta diebus finitur. ſed hæc mittamus, ne noſtris æmulis anſam demus, ſuſpicãdi gratiſsimum nobis eſſe, Galenum inſectari, quòd à noſtro inſtituto alieniſsimum eſt; quando enim eundem taxamus, coacti facimus: quòd cõſcii ſimus in eo negotio aberraſſe, & quòd niſi à nobis error detegeretur, cauſa aberrandi aliis foret.

¶ Atquè cum ex præcedentibus pateat, cauſam quam Hippocrates expoſuit, cur quartana non niſi ſemel in tota vita eundem hominem corripiat, nullam eſſe. ipſe nempe putauit, quartanam ſolum ætatis vigorẽ cuiuſuis homnis inuadere, & non anteriorem neq; poſteriorem: atq; hoc in cauſa eſſe, vt cum non niſi vnicus ætatis vigor ſit. quòd non niſi ſemel eundem hominem aggrediatur, euẽtibus oppoſitũ docentibus. ideo ad huius admirãdi effectus veram cauſam inquirẽdum accingi tenemur.

¶ Quod admirationem in præſenti euentu inducit, id præcipue eſt. experiri frequentiſsimè, qui ſemel tertianam per menſem, exempli gratia, patitur, iterum eadem poſt multos annos etiã per menſem vel plus quandoq; affligi, & qui cõtinuam febrem paſſus eſt. etiam poſt annos aliquot altera conſimili continua febre nonnunq̃ infeſtari, & qui pleuritidem ſæuam patiebatur. alio in tẽpore tam ſæuam pleuritidem pati. & idem aliis morbis ægrotantibus cõtingere, & diſsimilẽ his eſſe quartanam. vt enim qui bilem tantam ſemel aggregauit, vt non ante mẽſem, tertiis diebus febre infeſtante, abſumere eandem poſsit. poſt nonnullos annos nõ minorem copiam reagregare, iterum valet. & qui tãtum ſanguinis nonnunq̃ genuit, vt quartamdecimam diem continuè febriendo duret, iterum non minorem copiã procreat, quæ conſimilem & adhuc grauiorem nonnunq̃ febrem continentem efficit: & nõ diſsimilis aliarum febriũ ſucceſſus ſit. quid vetat

Cur quartana ſemel cũ dẽ hominẽ infeſtet & ia quo ſenſu verũ ſit.

melan

melancholiam tantam ac adeo putrefactam gignere illum, qui ſemel à quartana fuit infeſtatus, vt poſsit iterum per tot menſes quartana febrire, vt prius. Ego quippe inſolubile eſſe hoc quæſitum Galeni ſectatoribus exiſtimo: quòd illi opinentur, febrem putridam non aliud eſſe, q̃ calorem ex putridis humoribus in cor productum, quem iterum toties vt pri9 poſſe gigni neceſſario fateri coguntur. quando æquã melancholiæ quãtitatẽ, vt cum pri9 quartanã æger paſſus eſt, poſſe iterum fieri, negare non valeant. at nobis, qui verã febrium cauſam inuenimus, non adeo difficile eſt, vt nõ niſi multis verbis originem diſcriminis inter quartanam & alios morbos explicare valeamus. Porro cũ putem, omnibus hæc legentibus iam noctum eſſe, febrẽ fieri, proritata facultate expultrice cordis à vitiatis ſuccis ſanguinem cordis inficientibus. quo cor ipſum in magnas veloces & frequentes diaſtoles ac ſiſtoles atollitur ac deprimitur, vnde etiam arterias cõſimiliter moueri neceſſarium eſt, & tã cor q̃ arterias ex illis motibus immodice calfieri (quod febrire nominamus) contingat. vero ſimilimum eſt, ex diuturna duratiõe febris quartanæ primum inuadentis, quendam gigni habitum in corde, quo promptius idem fit, vt à minori cauſa proritatum, q̃ prius, in magnas veloces & frequentes diaſtoles ac ſiſtoles atollatur. vt enim, qui vomere quotidie cõſueuit, à quauis læui cauſa vẽtriculus eiuſdem vellicetur, etiam vomit: eodem modo contingit aſſueto per annũ, aut tres vel quatuor mẽſes à melãcholico ſucco in quartis diebus ſic moleſtari, vt febrire cogatur. quòd promptitudo quædam ei acquiratur, à leuiuſcula cauſa etiam eiuſdem cor ſic, vt primitus à forti, cogi in magnas veloces ac frequentes diaſtoles ac ſiſtoles atolli, & deprimi, quod eſt febrire. cum ergo qui nunq̃ quartanam febrem paſſus eſt, non niſi ab immodica ac viciata melancholia febriat, quoniam exigua cor ipſius proritare, vt pauca acris bilis non valeat, inde contingit, qui primum quartanã patitur, prolixiorem multo, q̃ ſecundo febrientem tollerare: cũ hic ſanitati in totum reſtitutus: quia quidquid melãcholiæ ſuperfluum erat, à corpore abiecerit, & ſanus per vnũ aut duos vel plures ãnos mãſit, habitũ acquiſiuerit talẽ, vt à minori melancholiæ copia proritatus, ſtatim febrem per modum explicitum producat, vnde accidit, vt hic non tantum melancholiæ aggregari permittat, vt vltra ſeptem acceſsiones, aut rariſsimè vltra vndecim durare ipſa valeat. hem cauſam euentus adeo mirabilis à nobis clare expoſitam, quia veris hypoteſib9 innitamur. à nullo noſtrorum prædeceſſorum exprimi potuiſſe, quòd mendatium ſuæ opinionis vero euentui non quadret, vt veritas noſtræ cum eodem conſonat. certe tertianæ halitum talẽ vt quartanæ non gignunt. quòd tantum durare, vt quartanæ non ſint natæ.

¶ Adecẽs quoq; eſt, cauſã reddere, cur à bili flaua, & ſanguine, ac notha pituita poſsit febris cõtinua proportionalis oriri: & a melãcholia febris cõtinua cõſimilis iſtis nunq̃, vt ſupradiximus viſatur, cuius euentus nullam aliã eſſe occaſionem reor, q̃ quòd tanta quantitas melancholiæ quanta pro febre continua gignenda requiritur: aggregari nullo modo, manente vita, poſsit: aut ſi non nunq̃ ob facultatis expultricis imbecilli-

becillitatem tanta,viuente homine
aggregetur: eiuſdem a corde ſe iun-
ctionem talem,qualem febres conti
nuæ efficere ſolent, non vltra tertiũ
diem facere, naturæ hominum di-
ferant. non enim adeo benignus eſt
humor melancholicus, quòd natu-
ra humana tolerare, vſq; in quartũ
diem poſsit, totũ vel tantam eiuſdẽ
portionem à corde ſeparare, quòd
minus febrire, manifeſte noſcatur.
hem quòd hic quoq; ſoluendi pro-
blema præſens modus,ſic nobis,atq;
illis qui noſtram doctrinam ſequu-
ti fuerint, cõceſſus eſt,vt nullis aliis
ex his,qui cum Galeno conſentiunt

In quo anni tẽpore quartanæ incipiant.

¶ Aliud quoq; peculiare quarta-
nis ſcribere, non abſre videtur. ſola
quippe hæc incerto anni tempore
primum incipit,nunq̃ enim à me vi
ſa eſt quartana in homine, qui ean-
dem prius non fuerat paſſus,à decẽ-
bri menſe vſq; ad iunii finem inci-
piens.primi enim quartanæ cõgreſ
ſus & frequentiſsimi in auguſti men
ſis initio & parum ante ac per totũ
hunc menſem vſq; in finem ſeptem
bris in Hiſpania contingunt.rari in
octobre (præſertim in eiuſdẽ fine)
ac in initio iulii viſuntur. huius rei
cauſam inueſtigare,nõ facile eſt, mi
rũ certe videtur, quòd omnes mor-
bi omni in tempore infeſtare homi
nem valeãt. vt Hippocrates decimo
nono aphoriſmo tertii libri refert,
& ſolæ quartanæ interdicatur . in
certis anni menſibus homines pri-
mum corripere.vt enim frequentiſ-
ſimè experimur, quartanam in fine
æſtatis aut in autumno incipiẽtem,
in hyeme,& vere, aut æſtate anni ſe-
quentis adhuc durare,& eſſe tunc cũ
durat, melancholiæ copiam ſuf-
ficientem plurimos quartanos cir-
cuitus efficere. ſic poſſe etiam vide-
tur in eadem hyeme,aut vere vel ini
tio æſtatis,æquam melancholiæ co-
piam in eo, qui nunq̃ quartanã paſ-
ſus eſt,aggregari, & febrem produce
re. Nempe ſi rationi fides adhiben-
da eſt,etiam ſi euentibus aduerſetur
credere,quod videmus, non tenebi-
mur.Verum cum hoc delirare eſt,&
qui ſanæ mẽtis ſunt, ſuo ingenio de
fidunt,vt ſenſum & ea quæ experiũ-
tur,non negent. cauſam quoq; præ-
fati negotii ſcribere neceſſarium e-
rit:quæ nulla alia eſt,q̃ quòd hyeme
& vere tẽporibus humidiſsimis tan
ta & talis melancholiæ (quæ frigida
& ſicca eſt) quantitas aggregari non
poſsit, quæ ſufficiat febrem quarta-
nam primum gignere,eſt enim adeo
ſiccus humor melancholicus, quòd
vt quammaxima eiuſdem quãtitas
& tanta quòd ſufficiat humanũ cor
proritare, & in febrem pellere pro-
creetur. ſiccitatem æſtatis antecedẽ
tis, & autumni præſentis vel alterũ
ex his prærequirit, quæ in nullo ex
antecedẽtibus anni temporibus.pu-
tà hyeme & vere gigni poteſt. quo-
niam relata duo tempora potius hu
mectare corpora,quàm ſiccare ſunt
nata.nulla nempe æſtas ac nullus au
tumnus adeo humida eſſe poſſunt,
quòd ſiccitate non ſuperent hyemẽ
& ver quantumcunq; ſiccisſima, cũ
enim in aphoriſmis & aliis locis ver
& hyems non naturaliter ſe haben-
tia ſicca vocantur, & æſtas & autum
nus humida,non ſimpliciter & abſo
lutè talia dicuntur. ſed collata ſibi
ipſis naturam propriam ſeruanti-
bus. tandem vt quæſitum abſolua-
mus, quoniam deeſt, vt diximus, in
hyeme & vere copia melancholiæ,
quæ requiritur, vt ab eadem cor tã-
tum vellicetur,quòd cogatur in ma
gnas veloces & frequentes diaſtoles
ac ſiſtoles atolli, vnde febris oritur,
ideo in eo tempore nunq̃ viſitur in
homine,

homine, qui alio in tempore eandẽ
non paſſus eſt. rationiq; qua oppoſi-
tum ſuadetur, experiri in relatis an
ni temporibus, quartanam infeſtare
eos, qui ab eadẽ prius correpti ſunt
in quibus adeſſe melancholiæ quan
titatem ſufficientem febrem facere,
inficiari non poſſumus. reſpõdem9.
negando parem requiri melancho-
liæ quantitatem ad proritandũ cor
in aſſuetum à melancholia ſic velli
cari, quòd febrire cogatur, & aliud
iam conſuetum à melancholia fe-
brire. cũ multo maior abundantia
melancholiæ requiratur ad primas
quartanas concitandum, quàm po-
ſteriores efficiendum. vt enim ad vo
mendum ille, qui incõſuetus eſt, nõ
niſi a forti & vehementi cauſa indu
citur, & conſuetus a quauis leui ali-
menta deuorata vel humores a ven-
triculo per os excernit. ſic ille qui
nunq̃ quartanam febrem ſenſit, cũ
primum eandem paſſurus eſt, quan-
titatem grandem melancholiæ con
tinere in proprio corpore oportet
(a pauca enim non adeo proritatur
vt febrire cogatur) quæ nunquam
hyeme & vere aggregatur. iam vero
cum ſemel habitũ ex multiplici fe-
briendi actu cor acquirit, a leuiuſ-
cula cauſa eodem genere febris affi-
ci, mirum non eſt. inde ergo accidit
quòd primi quartanarii non niſi æ-
ſtate aut autumno vbi plurimũ me-
lãcholiæ vſtæ ab immodico calore
& ſiccitate aeris redũdat, contingãt.
ac etiam quia cum melancholia eo
in tempore magis moleſta homini
eſſe ſoleat, quòd nõnihil igne facul
tatis habeat, quàm aliis temporibus
humidis, tunc plus ab eadem homi
nes proritantur, quàm alio in tẽpo
re. aſſueti vero diu quartana febrire
quouis in tempore & ſi melancho
liæ multo minor portio redundet

aut putreat, febriant. & cum nos ſuf
ficienter hoc, tertium quæſitum ab
ſoluerimus. & Galeni ſectatores cau
ſam huius problematis inueſtigare
non poſsint. ſupereſt Galeni opinio
nem in cauſis febrium falſam eſſe,
ac noſtram veram.

¶ Modum nempe nullum ex cogi
tare illi poterunt. quo argumento à
nobis ſoluto ipſi reſpondeãt. ſi enim
a melancholia putrefacta, & ſuo ca
lore calefaciente cor, febris quarta-
na oriretur. vt illi putant, quid pro-
hiberet ab vnciis decem (exẽpli gra
tia) melancholiæ putrefactæ in æſta
te aut autumno febres quartanas du
rantes annum prouenire, & in alio
homine a quinq; vnciis putrefactis
in vere aut hyeme, quartanas per di
midium annum perſeuerãtes oriri.
nihil certe. non enim euadere ratio
nem hanc poterũt Galeniſtæ, ſumẽ
tes ex ſimilitudine noſtræ ſolutio
nis modum. atq; proteruiẽtes quòd
qui primum quartanam patiuntur,
non niſi a decem vnciis melancho
liæ putrefactæ poſsint febrire. quòd
eorum cor validius tunc ſit, quàm
poſtq̃ quartanam per aliquot tem
pus paſsi ſunt. & aſſueti iam febrem
quartanam pati, a leuiori occaſione
afficiantur. idq; eſſe in cauſa cur nõ
niſi æſtate & autumno in quo decẽ
vnciæ melãcholiæ aggregari (exem
pli gratia) queunt, febres quartanæ
primum videri poſsint, & in aliis tẽ
poribus in quibus nõ tanta aggrega
ri valet, primæ quartanæ non viſan
tur. his enim dictis, eorundem aſſer
tio aduerſatur. inquiũt enim iſti, in
quauis acceſsione febris intermittẽ
tis certam portionem humoris pu
treſcentis in totius corporis ambitũ
protrudi, illũq; eſſe rigorum, & fri-
gorum, & febrium cauſam, vt in an
tecedẽtibus proprio capite diximus.

Nullius valoris ſolutio quædam improbatur.

Hh ſi er-

ſi ergo acceſsio quartanæ prior ab vntia vna, verbi gratia, melãcholiæ putrefactæ cor calefaciente fit, tam in eo qui alias nouem vncias in corpore continet, quàm in alio cui quatuor tantum reſtant (vna ex quinq; acceſsionem faciente conſumpta) ſentienda febris quoq; erat. nihil enim cõducunt ad calorem vnius acceſsionis producendum nouem, aut quatuor reſtantes vnciæ, quas antecedentem cauſam Arabes vocãt, cũ negent illi, ab alioq̃; ab eo humore putrefacto, qui in tempore acceſsionis expanditur in corporis extrinſecas partes, cor calefieri, & febrire. reſiduo humore nedum putreſcente.

Quodã cauillũ proponitur.

¶ Si etiam vt deleant medici cauſam illam, quam nos redimus huius euentus, cauillentur. quòd experiamur pluries, quartanam incipientẽ in æſtate, vel autumno, durare duos & quãdoq, tres annos, quod fieri nõ poſset, niſi in huiuſmodi hominib9 tanta melancholiæ quantitas congregaretur, quæ ſufficeret febrẽ per vniuerſum illud tempus prorogare. Et cum non totam ſimul aggregari in æſtate vel autumno: in quibus febris incipit, ſed in antecedẽtibus tẽporibus veriſimile eſt, ſupereſt, in vere & hyeme antecedentibus tantum melancholiæ eſſe aggregatum, quantum ſufficeret, quartanam vnius anni adminus efficere. ſed ex cõfeſsis à nobis, cum tantum melancholiæ cõgeſtum in æſtate vel autumo fuiſſet, quòd durare ſolum per dimidium annũ febris ſuffeciſſet, febris quartana fieret, ergo à fortiori, vt logici inquiunt, ſi tam plurimum eiuſdẽ aggregatũ fuerit, quod durare per annum poſſet, febris quartana in hyeme aut vere inceptura erat.

Soluitur cauillum.

¶ Porro cauillum hoc faciliter dupliciter diſſolui valet, primo negando nos dixiſſe, ideo duntaxat in æſtate vel autumno quartanas incipere. quòd ſolum in illis temporibus tanta melãcholiæ moles aggregari queat, quæ ſufficiat, primũ cor in aſſuetum quartanam pati vellicare, & ad procreãdum febrem impellere. ſed ideo quòd etiam in æſtate, & autumno ſimul iungatur melancholiæ maior vis proritandi cor propter calorem & ſiccitatem adurentem, quàm in aliis anni temporibus. & cum in hyeme & vere quamquam adeſſet illa melancholiæ quantitas, quam arguens probare conatur, deficeret adhuc vis illa pungendi, & vellicandi cor. ideo reſpondere poſſemus in illis temporibus quartanam nunquã incipere. vel aliter etiam quæſito reſpondebimus. negando quòd cum quartana prolixiſsima incipit, tantũ melãcholiæ ſit aggregatũ, quòd vnius vel duorũ annorum durationi ſufficiat: ſi enim tantum eſſet in præcedente tempore paulatim congeſtum, rationi conſonum eſſet multo ante eandẽ incepiſſe ſuſpicamur certe, quòd à mala victus ratione patientis quartanam, melancholia poſt aucta, quartana prolixior, q̃ eſſe nata erat, fiat. Omnes enim qui naturam eiuſdem recte caluerunt, ſaluam & non vltra annũ perdurantẽ ſcripſere. coniectantes quòd non plus aggregari melancholiæ ſimul poſſit. quàm quãtũ durare per annũ febrem efficiẽdo valeat. dixit enim Auicena fen pri. 4. cap. ſexageſimo. ⁂ Et ſecũdũ plurimũ eſt ægritudo ſalua, & quãdo nõ accidit in ea error nõ addit ſuper annũ. ⁂ Hipp. in fine lib. de genitura hominis nõ adeo abſolute & diſtinctè vt Auice. hoc idem ſcripſit, cum dixit. ⁂ Quòd autẽ quartanæ febres atræ bilis participes ſint, vel hinc cõdiſcere licet.

autumno enim maximè homines à
quartanis corripiuntur, & in ætate
à quinq; & viginti annis, vſq; ad qua
drageſimum quintum, hæc enim
ætas præ omnibus aliis maximè a
bili atra infeſtatur. & autumni tem
pus omnium anni temporum ad
eadem aptiſsimum eſt. quicunq; au
tem extra hoc tempus & ætatem a
quartana corripiũtur. pro certo ſci
re oportet eam febrem non fore diu
turnã, niſi quid aliud grauioris ma-
li hominem infeſtauerit. ⁂ Quaſi
his verbis Hippocrates (ſi huius li-
bri pars hæc genuina eſt) ſentẽtiam
aliam à nobis aductam quam Ae-
tius ex eodem citat, moderetur & li
mitet. ne medici decipiantur, credẽ
tes eundem opinaſſe, nõniſi in vigo-
ris ætate quartanam contingere.

Poſt pilorũ defluuium quartana nõ vltra annũ durat.

¶Reliquum quod idem hippocra
tes ſexto de morbis popularibus ſe-
ctione ſexta ſcripſit, putà. ⁂ Poſt
pilorum defluuium quartana febris
non vltra annum. ⁂ Nõ adeo pro-
lixum morbum hunc eſſe, vt vltra
annũ duret dicere videtur, quàmq̃
ideo quòd non ſimpliciter ſed in il-
lis tãtum, qui paſsi ſunt alopetiam,
non tranſgredi annum quartanam
dixit. non videtur expreſſe ſenſiſſe,
longiorem morbum hunc non eſſe,
quin oppoſitum. quod etſi ita ſit, nõ
nobis illud aduerſatur. cum etiam
nos fateamur, à mala victus ratione
multo longiorem poſſe prouenire,
quàm quæ per annum quartana du-
rat. ſupereſt tamen cauſam reddere
cur alopecus quartanam non tran-
ſgredientem annũ patiatur. quam
nullam aliam eſſe reor. niſi quòd a-
lopetia in plurimum ab atrabila-
rio ſucco originẽ trahat vt qui mor
bum Gallicum patiuntur, & eadem
communiter infeſtãtur, teſtimoniũ
exhibent. pẽdere enim à melancho-
lia morbum Galicũ, innumera ſym
ptomata eiuſdem palam docent. vt
cũ de morbo hoc ſcripſerimus, Deo
cõcedente, referemus. cunq; potior
pars melancholiæ in cutaneo illo
morbo abſumpta ſit. credibile eſt pa
rum eiuſdem ſupereſſe ad longiorẽ
quâm vnius anni quartanam pro-
creandum.

Peſtilentes quartanæ quãdo viſe.

¶Porro obſeruaui quartanas pe-
ſtilentes graſſantes per maiorẽ Hiſ-
paniæ partem anno. 1545. & anno
1546. à me & aliis medicis viſas. qua
rum innumeræ iuuenes & ſenes cõ-
plures interfecerunt. non cum pri-
mum inuaſerunt. ſed nonnullæ poſt
annum aliæ poſt decem menſes, re-
liquæ in breuiore, & longiore tem-
pore. vocauiq; has peſtiferas. quoniã
per quendam in cõſuetum modum
febrientes interimebãt. ſolent enim
quartanæ ob immodicũ aquæ potũ
in ſplenis & deinde iecoris obſtru-
ctiones & in aſcitẽ trãſire. ac quoq;
ſic ægros interficere. quod frequẽtiſ
ſimũ eſt. ſolent quoq; in pleuritidẽ
ob ſanguinem quàm maximè vicia-
tum in fine hyemis aut veris initio
terminari, quod non adeo frequens.
aliæ etiam ſcabie: & plures ſine vllis
aliis morbis ſponte vel medici adiu
torio quandoq, finiri. verũ hæ quæ
in relata tempeſtate inuadebant. cũ
vltimo ægros interficiebãt. ſola qua
dam febricula continua finiebãtur,
& intra triduum vel ſeptimam diẽ
ægros munus vitæ peragere coge-
bant. mortuus certe eſt ex hoc gene-
re febris ſecundũ meam ſententiã il
luſtris ille vir, & merito fœlix dicen
dus, Franciſcus à cobos à libellis ſe-
cretis Imperatoris Caroli quinti v-
nicus.

Am verum ſit æſtiuas quartanas eſſe febres.

¶Hippo. lib. 2. aphoriſ. 25. dicebat,
æſtiuas quartanas plerunq; fore bre
ues, autumnales longas & maximè

hyemi proximas . quod verum non
eſſe innumera experimenta ac non-
nnullæ rationes me docuerunt , e-
go certè per totam vitam , vt ſupra
dixi,obſeruaui . quartanas propè fi-
nem æſtatis & in autumni princi-
pio , aut per triginta dies poſt eiuſ-
dem autumni initium incipere , &
nullas poſt incipientes à me viſas. e-
tiam experimenta docent , quarta-
nas non ante finem veris omnino de
ſinere.et ſi quãdoq;, vt ſuperius ſcri
pſimus , in media hyeme nonnunq̃
pauſent,ſed non taliter, vt non mul
tos poſt dies non reuertantur . cum
ergo breuior omnium quartanarũ
primum hominem inuadentium
exitus ſit ver anni ſequentis.ille pro
lixiores erunt , quæ prius incepere.
ſed æſtiuæ prius , quàm autumnales
& quæ hyemem attingunt:incipiũt.
ſupereſt ergo æſtiuas omnibus aliis,
quæ eodem tempore , quo ipſe finiũ
tur: longiores fore. quin ſi ipſe con-
ferantur incipientibus prope hye-
mem,longiſsimæ æſtiuæ, neceſſario
ob rationem ductam futuræ ſunt.

¶ Item relatus Hippocrates trigeſ
ſimo quarto aphoriſmo ſecundi li-
bri ſic inquit. * In morbis minus
periclitantur quorum naturæ , aut
ætati, aut habitui, aut tempori ma-
gis congruit morbus . quàm quibus
ſecundum nihil iſtorum congru -
it. * Et cum æſtas calida & ſicca
non ſic congruat quartanæ frigidæ
& ſiccæ.vt autumnus qui eandem tẽ
peraturam cum melãcholia habet.
ſupereſt magis periculoſam quarta
nam æſtiuam futuram , quàm autu-
mnalis. & etiam cum quartana peri
culoſior , aut ſaluior non ſit , niſi ex
maiore aut minore duratione (qui
enim quartanam prolixiſsimam pa
tiuntur , ii vel lienem aut iecur aut
vtrumq; viſcus obſtructum habent)
reſtat quoquè æſtiuas quia prolixæ
ſint,periculoſas vocari . nequè Gale
ni in expoſitione huius aphoriſmi
ratio vllius valoris eſt . ſi enim ideo
putat æſtiuas quartanas breues,quia
calore æſtatis humores inutiles fun
duntur , & per totum corpus delati
diflantur. eadem ratione vſum the-
riacæ aut mitridati in æſtate, & cũ
primum incipit quartana, approba
turus erat.cuius oppoſitum in libro
de præcognitione ad poſthumum
dixit.ibi enim,vt ſupra retuli, vitu-
perat medicos theriaca vtentes in
quartana vſq; ad mediam hyemem,
quando iam morbi materiam co-
ctam eſſe ſuſpicamur . quanto ergo
magis vituperabit illos,qui in æſta-
te , in qua quartana incipit , theria-
ca vterentur . & quòd ratio par ſit,
manifeſtum eſt . cum calore mithri
dati, & theriacæ humores diffundẽ
tur & diflabuntur . conſimiliq; ra-
tione Galeni probare liceret, etiam
balneum calidarum aquarum con-
uenire inexordio quartanæ.vt quod
diffundat humores in totum cor-
pus , & eoſdem per halitũ diſcutere
valeat . quod tamen idem Galenus
vetuit.nempe nõ animaduertit Ga-
lenus , quòd in æſtate per relatam
diffuſionem humoris melancholi-
ci incocti augaetur ipſe , & maioris
mollis quàm erat fiat. Nequè conſi-
derauit , quòd ſi ſua expoſitio ali-
quid valeret,falſus eſſet aphoriſmus
Hippocratis ab eodẽ expoſitus.quo-
niam quartana & pituitoſi morbi
æſtate inuadentes ob idquè tempo-
ri non congruentes minus periculo
ſi ob rationem redditam à Galeno
fuiſſent , quàm ſi autumno aut hye-
me temporibus ſimilibus morbis
inuaderent. Porro aphoriſmus ille
ſecundum meam ſententiam vitia-
tus à Galeno, aut alio antiquo medi
co

co fuit. litera enim vera hanc ſeriē erat ſeruatura, æſtiuæ quartanæ magna ex parte longæ autumnales vero breues, & maximè quæ hyemi attingunt. quæ irreprehenſibilis fuiſſet. cum morbus conſimilis tempori à minori cauſa oriretur, quàm diſſimilis, ideoq; citius auferendus credendus eſt.

Improbatur [illegible]tio quędam.

¶ His noſtris obiectionibus contra Galeni expoſitionem reſpondebat quidam medicus ſatis doctus atq; noſter amicus. non ſolum ob rationem à Galeno ſcriptam contingere æſtiuarum quartanarum breuitatem. Verum potiſsimè quòd hæ oriantur à melancholia ex bili vſta, quæ facillimè diſcuti in halitum, aut excerni per ventrem poſsit. ſed hoc parum prodeſſe vel ex hoc liquet. primo quòd tam æſtate incipientes quartanæ, quàm quæ autumno vel hyeme incipiunt, non ante hyemis finem & ad huc mediū ver omnino deſinant. quod euenturum non erat, quin oppoſitum putà æſtiuas in æſtate ipſa, aut autumno, vel initio hyemis omnino diſcedere, alias vero diutius durare. Secundo quòd breuitatem quartanæ Hippocrates (ſi ipſius foret aphoriſmus ille ſic viciatus) non tribueret tempori ſed humori rectiusq; dixiſſet, à bili vſta orientes quartanæ magna ex parte ſunt breues, & ab aliis melancholiæ ſpeciebus longæ. quàm vt ſcriptum inuenimus. certe cum vt ſupra ex eodem citaui omnes morbi omni in tempore contingant, potius expreſſurus erat cauſam breuitatis materiam bilioſam vſtam quæ vniuoca eſſet, vt ille retur, quàm æquiuocam tempus ſcilicet. Tertio quòd neq; quia æſtas calida & ſicca ſit, potius ſuſpicari licet, quartanas à bili vſta in eodem oriri, quàm ab aliis humoribus crematis. cum vero ſimilius ſit, in æſtate quartanas à pituita, aut melancholia naturali vſtis oriri. quàm in alio anni tempore. quia humores adeo frigidos, nullum aliud tempus poſſe vrere videtur quàm æſtas.

Quædā de quartana hippo. ſenten.

¶ Referebat Hippocrates ſectione ſexta libri ſexti de morbis popularibus. ⁂ A quartana correpti à magno morbo non corripiūtur. ſi vero corripiantur prius, & ſuccedat quartana liberantur. ⁂ Quā ſententiam exponens Galenus dicit, morbum comitialem ſeu epilepſiam ab Hippocrate & veteribus Herculeū nominari. non quòd Hercules eum paſſus ſit. ſed vt eius fortitudinem explicent. eademq; ratione magnum morbum eundem vocari. hunc ergo ſuperueniente quartana mederi. & correptos quartana non infeſtare, certum eſſe Hippocrates teſtatur. Auicena autem fen prima quarti. non ſic intellixiſſe aphoriſmum illum Hippocratis videtur. ſed magnum dixiſſe Hippocratem morbum, hoc eſt, grauem & diu durantem, atquè a melancholia orientem. Verba enim Auicenæ ſequentia ſunt. ⁂ Et quartana quæ ſalua eſt, liberat ab ægritudinibus malis melancholicis, ſicut melancholia & epilepſia & in ea eſt ſecuritas ab eſpaſmo. ⁂ Nempe quòd ego hucuſq; verum eſſe expertus ſum tantum id eſt. epilepſiam patiētem liberari ſuperueniente quartana. Ingenuū enim virū Ludouicū Aluarez Scobarium maritū ſororis meæ Annæ Pereiræ: qui per annos viginti & duos epilepſiam paſſus fuerat. liberatum à tam ſæuo morbo adueniente quartana quæ per an

quæ per annum fermè integrũ durauit. omnes huius noſtri oppidi incolæ noſcimus. neq; ſtatim vt ipſa ceſſauit, acceſsiones epilepticæ prorſ9 euanuerunt: quin potius per duos ac tres annos nonnunquam quibuſdã leuibus acceſsionibus epilepſiæ corripiebatur. donec omnino diſparuit morbus ille ſæuus, & hodie ab vtroq; malo liber, cum quinquageſſimum ſuæ ætatis annum agat, iuueneſcit. & floret magis q̃ cum quadraginta annorum fuiſſet. cæterum delyrium ex melancholia pacientem, & conuulſione correptum, aut elephantia morbo nullum euaſiſſe, ſuperueniente quartana, recordor.

Quartanas ab indurato ſplene multo aliis longiores.

¶ Aetius capite. 8. ſermonis primi tetrabibli ſecundæ authoritate rufi quartanas orientes ab ſplenis obſtructionib9 diuturniores aliis eſſe, referebat: addebatque ſigna harum quartanarũ ac dicebat. ※ Fiunt autem manifeſtæ ex colore, & cruditabus, & quòd venter nõ facile egerit, & ex ſplenis tumore, & quòd ad ſiniſtrum latus magis ſe reclinent ægri, eſt autem periculum ne progreſſu temporis etiam in aquam intercutem hi incidãt. ※ Quod manifeſte docet: hinc potiſsimum originem trahere quartanarum pariter incipientium diuturnitatem, & breuitatem, quòd ſine ſplenis obſtructione contingant, aut cum eadem. quæ enim cum indurato ſplene coniunguntur, longas eſſe Aetius aſſeuerat, & nos experimur. vt lienem reſeratum habẽtes breues. Certe nõ recordor patientem quartanã abſq; ſplenis aut iecoris obſtructione ante maii finem nõ euaſiſſe ab eadem. quo docemur verum eſſe quartanã cum ſplenis aut iecoris vel amborũ viſcerum obſtructione longiorem neceſſario fore quauis alia in eodem tempore, quo ipſa incipiẽte, falſamq; illam, quam ex viciato Hippocratis aphoriſmo. 25. ſecũdi libri Galenus expoſuit.

In doctorũ medicorũ quæſitum.

¶ A nonnullis parum doctis medicis quæri ſolet. quomodo poſsibile ſit, quartanas incipere, tertianis aut continuis non præcedẽtibus, dubitandi ac interrogandi occaſionẽ hinc ſumentes, quòd agẽtia naturalia, nata ſint prius agere in paſſa minorem vigorem habentia, q̃ in ea: quæ vigoroſiora ac rebelliora ſunt. & cum bilis à qua tertiana oritur, & ſanguis a quo continua pendet. min9 rebellia melãcholico ſucco ſint. videbatur iſtis calorem putredinalem prius humores illos tenues oppreſſurum, quàm adeo craſſum, vt melancholia eſt. non perpendentes calorem putredinalem non eſſe aliquam ſubſtantiam extrinſecam ab humoribus putrefactis, vt ignis ac ſol quæ calfaciunt prius ac magis ea quæ minus reſiſtunt: quàm quæ plurimum ſe defendunt. ſed ab indecenti humorum temperatura oriri eoſdem putreſcere, aut non. atque cum ſæpiſsime contingat. bile & ſanguine ac pituita ſuam temperiem ſeruantibus, melancholiam diſtemperari. inconueniet nihil, quartanam a melancholiæ intemperie incipere, aliis humoribus innoxiis exiſtentibus.

Qui nuper vxores duxerunt, ſepe in quartanã incidunt.

¶ Nec obliuioni tradendum, frequentiſsime contingere his, qui nuper vxores duxerunt, & immodico vtuntur coitu, in quartanas incidere quoniam immoderatum coeundi exercitium refrigeret ac ſiccet. cuius temperiei melancholia eſt.

Caput.

Caput. lv. De ſignis quartanæ.

SIGNA exquiſitæ quartanæ, quam lõgiorem ſpuria eſſe, niſi cũ obſtructione coniungatur recte dixit Galenus octauo capite primi libri de arte curatiua ad Glauconem, potiſsimum in arteriarum motu conſiſtere Galenus retulit. At ego contemnenda hæc exiſtimo. primo quòd parum interſit, in prima die cognoſcere expulſu, an quartana aut tertiana ſit (quòd ſe feciſſe forte inſolenter gloriatur Galenus) quoniam et ſi vſq; in quartam diem in qua iterum febris inuadet, eiuſdẽ dignotio differatur, periculum nullum ægrotãti imminet. etiam quia expulſu tantum, cognoſcere genus febris, quanto magis ſpeciem, falſum eſſe, certe credo. ibi quoq; exiſtimat, ſenilem ætatẽ potius quam iuuenilẽ à quartana infeſtari: quaſi hoc aduerſari Hippocrati velit. paucaq; & nullius valoris ſigna poſt hæc ſcripſit. Aetius tamẽ proprio de quartana capite dilucidius hæc ſub his verbis retulit. ⁜ At vero naturæ corporum magis atrabiliariæ hanc febrem perferunt. & ex temporibus autumnus, & præſertim vbi ipſe ſeipſo fuerit frigidior. ac ſiccior & inæqualis. edulia item, & potiões, & totius vitæ victus ſiccus & frigidus tempore exiſtens. quartanarum febrium ſignum eſt. & lienes aucti. hæc autem febris non ſtatim à prima die omnino irruit cum rigore, ſed aliquando ex aliis in hanc fit transmutatio. ex his quæ erroneæ ac inordinatæ vocantur. verum in progreſſu rigor accedit & cum augente, etiam rigor augetur. ſenſus autem ægrotis contingit, non velut pungatur & ſtimuletur cutis velut in tertianis contingit. ſed & per frigerantur vehementer. & velut franguntur vſq; ad oſſa. Proinde audire eſt ægros dicentes. quòd oſsium laſsitudine tenentur. & carnem confringi imaginantur. pulſus porro ſunt parui, obſcuri, ac tardi, ac rari, in principiis acceſsionum. velut in nulla alia affectione. etenim iuxta inuaſiones quartanarum arteria tibi ligata eſſe videbitur. & in trorſum trahi. ac prohiberi à regreſſu. quare etiam ſi iuuenis fuerit æger, tamen ſenilis extremæ ætatis motum arteria immittatur. ſi enim ægrotantis naturalem pulſum noueris, aut in principio exacerbationis alterius morbi affueris, nihil aliud expectaueris, quo minus pronuncies, irruentem à principio febrem quartanam eſſe. adeo immenſa quædam mutatio pulſus ad raritatem & tarditatẽ fit. vrinæ vero his in principio quidem albæ ac tenues & aquoſæ, nimirum propter materiæ craſsitudinem percollatæ, progrediente vero morbo. pro ratione coloratiores fiunt, & ſubſidentiã habent craſſam. Sequitur autem ſudorum copia circa exacerbationis declinationem. ⁜ Hæ ſufficienter quartanam oſtendunt. quamq̃ ipſa ſatis nota ſine his, cum ſimplex eſt, ſit. ad medelam ergo eiuſdem tranſire tempus eſt.

Caput. lvj. De medela febrium à melancholia omnium quæ ſæpiſsime per quartos dies accidũt. ideoq; de quartanæ medela nuncupatum.

Hippo-

HIppocrates ſecundo de morbis libro medelam quartanæ vt referam diſpoſuit. Cum febris quartana ex alio morbo non purgatum apprehenderit, pharmacum deorſum purgās bibendum dato. deinde caput purgato, poſtea rurſus infra purgato, ſi vero his factis non ceſſet, interpoſitis duabus inuaſionibus poſt purgationē infernā, multa calida ipſum lauato, & ſeminis hyoſciami milii magnitudinem, & mandragoræ tantundem, & ſucci ſilphii trium fabarum magnitudinē, & trifollii tātundem, in vino meraco bibat. at ſi firmus et ſanum ſe eſſe putans ex laſitudine, aut profectione febre correptus, ad quartanam deueniat. fomentis ipſi adhibitis, alliū dato, in melle tinctum. Deinde lenticulæ decoctum bibat, melle & aceto ammiſtis. poſtquàm autem repletus fuerit uomat, poſtea calida lotus vbi frigidus factus fuerit, cyceonem ex aqua bibat. veſperi cibis mollibus & non multis vtatur. altera vero exacerbatiōe, vbi multa calida laueris, & ſtragula ipſi inieceris. donec exudet. ſtatim veratri albi radices trium digitorum longitudine, & trifollii dragmam. & ſucci ſilphii duarum fabarum magnitudinem, in vino meraco bibat. & ſi vomitiones ipſum vrſerint, vomat. ſin minus, poſt caput purgatum. cibis autem vtatur quàm molliſsimis & acerrimis, cum vero exacerbatio ipſum inuaſerit, ieiunus medicamentum ne bibat. Hanc curationis quartanæ normā cum lego non parū admiror, ſi Hippocratis genuinus liber hic & alii de morbis ſunt. cur à Galeno & aliis medicis anterioribus & poſterioribus annotati iā, vt qui exoleuerint, non ſint, & lectores moniti, ne fidē illis ſententiis dent, quibus quartanarios innumeros in vitæ diſcrimē pellicient. at ſi eiuſdem non eſſe credūtur. cur quoq; inter expurios iſti, & alii annumerati, ſeorſum non excuduntur, & venduntur. & nō ſimul cum germanis: vt nunc fit. neſcio enim medicum vllum adeo indoctū reperiri nunc poſſe. qui palam non intelligat, quantum à vera methodo curatiua, illa, quæ ab Hippocrate recenſita eſt, diſtet. quid enim abſurdius, quàm quòd ſi alius morbus putà tertiana, aut cōtinua febris, vel quiuis alius in quartanam permutetur. & æger prius in aliis morbis purgatus nō ſit, quòd ſtatim per ventrē purgetur quartanam patiens, & poſt quæ caput purgant, dentur. ac mox iterum venter ſoluatur. Nempe cū humores, qui precedentes morbos genuerunt, iam in halitum vel per aliam ſenſibilem vacuationem a natura excreti ſint. & ſolum melāncholicus ſuccus quartanam gignens ſuperſit. non video ego, cur ſtatim humor adeo coctioni rebellis bis per ventrem ſit ſubducendus. & non ſit eiuſdem expectanda concoctio, quæ in autumno & quandoq; vſq; ad mediam hyemem non perficitur. etiā quid cōferat capitis purgatio quartanariis: in quibus origo ab ſplene ferme ſemper eſt, ignoro. Lauare aqua calida; quod idem eſt, cum deſcendere in balneū aquæ calidæ: quātum noceat quartanam patiētibus, niſi cum in totum humor cōcoctus eſt, nullus ignorat, neq; cauere hoc Galenus oblitus eſt. cum primo de arte curatiua ad Glauconem capite citato ſequētia ſcribat verba. Et ſi omnino poſſent a balneis abſtinere, ſolis contenti frictionibus, quàm

plurimū

plurimum ex eo iuuamen admitterent. Medicamentum etiam illud recipiēs hyoſciami ſemē,& mādragoram,quod bibere poſtq̄; aluus ſubducta eſt,Hippocrates præcipit. iā quòd prodeſſe valeret. nō alio in tempore q̄; in eo in quo vſus theriacæ approbatur.putarem ego.Porro in antidotario Nicolai,quod cum libro meſues.venditur ſcribitur quodam medicamentum vocatum muſa enea, non diſsimile huic compoſito ab Hippocrate in medela quartanarum,nam illud Nicolai etiam hyoſciamū & mandragorā vt Hippocratis recipit. & alia calida ſimplicia non diſsimilia facultate ſilphio,& trifollio,ac vino.vſus huius frequens erat cuidam medico impoſtori.qui veteres & recentes quartanas ac tertianas ſe medicaturū promittebat,eiuſdem deglutione.plurimoſq; à tribus aut quatuor acceſsionibus quartanæ aut diuturnæ tertianæ,tātū bibita muſa illa, liberabat. & numis,quos cū ægris. quibꝰ medebatur pro ſolutiōe pepigerit receptis,indiſtās oppidū diſcedebat. neq; multos poſt dies ſæuior febris inuadebat & deteriꝰ eoſdem vexabat ægros, qui ſe illuſos eſſe ab impoſtore nō ſine animi dolore fruſtra cruciabātur.nēpe opiū,hyoſciamū,mādragora,& ſimilia ſui immenſa frigiditate arterias & venas adeo conſtringunt.vt humor plurimꝰ viciatus & nedum,coctus qui a corde ſeiunctus erat,& febrē tūc nondū producebat in cor repere ab illis medicamentis prohibeatur ne occaſio febris eſſe valeat.vt ante aſſūptionem medicamēti poterat. at cū diu per tres aut quatuor acceſsiones prohibitus humor, in cordi venas proximas & in ipſū cor diffūdi, alios humores ſibi proximos viciet.ipſeq; craſsior & rebellior a medicamentis dictis ſit cōuerſus,& vires ægrotantis imbeciliores venenoſa qualitate ſint verſæ. cū maiore vi prorūpēs ipſe, qui cohibitus erat humor,deterius q̄ prius cordis ſanguinē inficit: ac inde validiores febres fiūt.& nō raro in mortē æger impellitur:neq; minus indoctus q̄; præteritꝰ.alius quoq; eiuſdē Hippocra.in ſupradicto loco ordo medēdi quartanas eorū, qui priꝰ nullū alium morbum paſsi ſunt,eſt.vt qui rectam curationis normā infra ſcribendam legerint, clare intelligent. ſed Hippocratis ſentētias de medela hac taxare deſino. vt ad Cornelii celſi Galeno antiquioris decreta de re hac examinandum deveniam. Et quoniam caput de curatiōe quartanæ in hoc authore pendet a capite antecedente de medela tertianæ. neceſſum eſt,vtrumq; tranſcribere, nō nullis interiectis verbis, quæ Cornelii ſentētias obſcuras planas reddāt, ac poſtea noſtrā de febre hac ſententiam in medium ponere.Dicebat ergo Cornelius libro tertio capite. 14.

Cornelij de tertianę curatione ſententia.

SI TERTIANA vero quæ ex toto intermittit,aut quartana eſt mediis diebꝰ,id eſt,in illis,q mediāt inter priorem & ſequētem acceſsionē. & ambulationibꝰ vti oportet.aliisq; exercitationibꝰ & vnctionibꝰ. quidā ex antiquioribꝰ medicis Cleophantus in hoc genere morborum multo ante acceſsionem caput ægri multa calida aqua perfundebat. deinde vinū dabat.quod quāuis pleraq; eiꝰ viri præcepta ſecutꝰ eſt Aſclepiades, recte tamen præteriit. eſt enim anceps (id eſt dubium)præſidiū

illud

illud. ipſe Aſclepiades ſi tertiana fe
bris eſt, tertio die poſt acceſsionem
(hoc eſt, ſtatim vt acceſsio ſecunda fi
nitur) dicit aluum duci, oportere.
quinto poſt horrorem vomitum el-
licere, deinde poſt febrem ſicuti illi
mos erat, adhuc calidis febre dare ci
bum & vinũ. ſexto die in lectulo de-
tineri. ſic enim fore idem referebat.
ne ſeptimo die febris quarta acce-
dat. id ſæpe fieri poſſe veriſimile eſt.
Tutius tamẽ eſt, vt hoc ipſo ordine
vtamur. tria remedia vomitus alui
ductionis, vini potus, per triduũ, id
eſt, die tertio, & quinto, & ſeptimo
tẽtare. neq; vinum niſi poſt acceſsio
nem die ſeptimo bibat. Si verò pri-
mis dieb9 diſcuſus morbus nõ eſt. in
ciditq; in vetuſtatẽ, quo die febris ex
pectabitur, in lectulo ſe cõtineat æ-
ger, poſt febrẽ perfricetur. tũ cibo aſ
ſumpto bibat aquã. poſtero die quo
cibo vacat (hoc eſt non comedit) &
ab exercitatione vnctioneque aqua
tantum cõtentus conquieſcat. & id
quidem optimum eſt. ſi vero imbe-
cillitas vrgebit, & poſt febrem vinũ
& non aquã, vt ante præcepi & me-
dio die (id eſt, in qua febre caret) Pau
lũ cibi debebit aſſumere: neque ſola
aqua contentus, vt iuſſeram eſſe re-
nebitur.

Verba Cornelij cel-
ſi capitis. XV. de curatione quar
tanæ.

EADEM in quartana faciẽda
ſunt. ſed cum hæc tarde admo-
dum finiatur niſi primis diebus di-
ſcuſa eſt, diligentius ab initio præci
piendum eſt. quid in ea debeat fieri.
igitur ſi cui cum horrore febris ac-
ceſsit. eaq; deſiit, eodem die, & poſte
ro, tertio quoq; continere ſe, ſeruan
do ſequentem ordinem debet. aquã
tantummodo calidã primo die poſt
febrem ſumere. biduo proximo (hoc
eſt in duobus diebus poſt primam fe
brem) quantum fieri poteſt, ne hanc
quidem bibere. ſi quarto die cũ hor
rore febris reuertitur, vomere debet
ſicut ante præceptũ eſt. deinde poſt
hanc ſecundam febrem modicum
cibum ſumere, vini quadrantẽ (hoc
eſt vncias tres) bibere. poſtero tertio
q; die, id eſt, in duobus diebus ſequẽ-
tibus ſecundam febrem) abſtinere: a-
qua tantummodo calida ſi ſitis eſt,
aſſumpta. ſeptimo die (in qua tertia
quartana acceſſura eſt) balneo frigus
præuenire (hoc eſt, anteq̃; frigus in-
uadat, balneari. abſtinere & contine
re ſe debet, & aqua tantũmodo cali-
da ſi ſicciet, vti. ac tũ ita alio ſequen
ti ſeptimo die quæ decima tertia
morbi dies eſt. balneo frigus præue-
nire. ſi febris poſt relata duo balnea
facta (ſeptima & decima tertia die)
iterũ reddierit ducere aluum expe-
diet. vbi ex eo alui ductu corpus con
quieuerit, in vnctione vehementer
perfricari, eodem modo ſumere ci-
bum & vinum, biduo proximo ſe à
vino & alimentis abſtinere, frictio-
ne ſeruata, decimo (poſt ſextam ac-
ceſsionem) die (quæ vigeſsima quin
ta morbi dies eſt) rurſus balneum ex
periri: ſi poſtea (tranſata nona quar
tana) decima febris acceſsit, æquè
perfricari, vinum copioſius bibere,
ac ſi proximum eſt (vt febris aufera-
tur) quies tot dierum, & abſtinentia
cum cæteris, quæ præcipiuntur, fe-
brem tollét. Si verò nihilominus re
manet, aliud ex toto ſequendum eſt
curationis genus: idq; agendum, vt
quod diu ſuſtinendum eſt, corpus fa
cile ſuſtineat. quominus (hoc eſt vt
non etiam) curatio probari Eracli-
dis Tarentini debet. qui primis die-
bus ducendam aluum deinde abſti-
nẽdum vſq; in ſeptimum diẽ dixit.

quod vt ſuſtinere aliquis poſſet. tamen etiam febre liberatus vix refiꝯtioni valebit. adeo ſi febris ſæpius acceſſerit, concidet, ideſt morietur. igitur ſi tertio decimo die (poſt decimam quartanam, putà quadrageſsimo à febris initio) morbus remanebit, balineũ neq; ante febrem, neque poſt eam tentandum erit. niſi interdum (id eſt quandoq;) iam horrore diſcuſo. horror ipſe per eadem, quæ ſupra capite duodecimo huius tertii libri præſcripta ſunt, expugnandus. deinde poſt febrem debet vngi, & vehementer perfricari. cibum, & validum, & fortiter aſſumere. vino vti quantum libebit. poſtero die cũ ſatis quieuerit. ambulare, exerceri, vngi, perfricari fortiter, cibum accipere ſine vino, tertio die abſtinere. quo die vero febrẽ expectabit, ante ſurgere, & exerceri. dareq; operã nõ oportet, vt in ipſam exercitationẽ tempus febris incurrat (quin ſi fieri poſsit, prius exercitatio facienda) ſic enim ſæpe illa diſcutitur. atſi in opepere (quoniã aliter fieri non potuit) febris occupauit, tum demum ſe recipere (hoc eſt intorum ſe ducere oportebit) in eiuſmodi valetudine medicamenta ſunt. oleum, frictio, exercitatio, cibus, vinum. ſi vẽter aſtrictus eſt, ſoluendus eſt. ſed hæc facile validiores faciunt. ſi imbecillitas occupauit ægrũ pro exercitatione geſtatio eſt. ſi ne hanc quidem ſuſtinet, adhibenda tamen frictio eſt. ſi hæc quoq; vehemens onerat, intra quietem & vnctionem & cibum ſuſtinendum eſt. dandaque opera eſt, nequa cruditas in quotidianam id malum vertãt. nam quartana neminem iugulat, ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt. in malis æger eſt. quod tamen niſi culpa vel ægri, vel curãtis nonnunq; fit.

Verba Cornelij capitis decimiſexti de medela duarum quartanarum.

ATSI duæ quartanæ ſunt. neq; hæ quas propoſui, exercitationes adhiberi poſſunt. ſed ex toto quieſcere opus eſt. autſi id dificile eſt, leuiter ambulare, conſidere poſt ambulationem, diligenter inuolutis pedibus & capite. Quoties febris acceſsit, & iam deſiit, cibũ modicũ ſumere, & vinum: reliquo tẽpore, niſi imbecillitas vrget, abſtinere à vino, aut ſi duæ febres pene iungũtur, poſt vtramq; (ideſt tranſatis ambabus) cibum ſumere. deinde vacuo tempore (hoc eſt cum febris abeſt) & moueri aliquid, & poſt vnctionẽ cibo vti. cum vero vetus quartana raro niſi vere ſoluatur. vtiq; eo tẽpore attẽdẽdum eſt, ne quid fiat quod valetudinem impediat. prodeſtq; in vetere quartana mutare ſubinde victꝰ genus à vino ad aquam, ab aqua ad vinum, à lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes trãſire, eſſe radicem (id eſt, comedere raphanum) deinde vomere. iure ve pulli gallinacei ventrem reſoluere, oleum ad frictiones adiicere, calefacientia ante acceſsionem ſorbere. vel aceti cyatos duos (hoc eſt ſextarii partem ſextam) vel vnum ſynapis cum tribus Græci vini ſalſi, vel mixta paribus portionibus, & aqua diluta, piper, caſtoreum laſer, myrrã. per hæc enim ſimiliaq; corpus agitandum eſt. vt moueatur, ex eo ſtatu, quo detinetur. ſi febris quieuit, hoc eſt aufertur. diu meminiſſe eius diei quo infeſtare ſolebat conuenit. eoq; die vitare frigus, calorem, cruditatem, laſsitudinem facile enim reuertitur, niſi à ſano quoq; aliquamdiu timetur.

Verba Cornelii capite decimo ſeptimo.

¶ATSI ex quartana quotidiana facta eſt, cum id vitio cruditatum aliquarum inciderit. per biduum (in quo ſi ſimplex quartana foret intiger & ſine febre futurus erat) abſtinere oportet. frictione vti, aquam tantummodo veſperi potui dare (tertio die quæ quarta eſt, computatione facta, à quartana immediatè præcedēte. tertia vero ſi cōputetur à biduo ancedēte) ſæpe fit, ne febris accedat, ſed ſiue febris fuerit, ſiue non fuerit, cibus poſt acceſsionis tempus eſt dādus (id eſt, expectare oportet, quòd tempus tranſeat, in quo quartana ſolita erat, inuadere) atſi febris manet, per biduum abſtinentia quanta maximē imperari corpori poteſt obſeruanda, fricatione quotidie vtēdum eſt.

Decretum authoris in Cornelii ſententias.

¶PLACVIT poſt ductam ex Hippocrate ſententiam de quartanæ medela, hos quos legiſtis ex Cornelio contextus explicare, tū vt qui ob nimiā huius authoris in ſcribendo breuitatem, & elegantiam, eundē intelligere nō valerent, noſtris additionibus poſſent, tum vt cūctis hæc noſtra commentaria lecturis pateret, quàm rudis & inculta medica facultas parum ante Galeni tempora fuerit, ac plurimum quod ipſi ac cæteris poſterioribus qui eandem plus & amplius extollunt, debeatur; vt quoq; ſtudioſi viri & aucupādæ gloriæ cupidi, non ſatisfeciſſe putent, cum Platonem, Ariſtotelem, Galenū, cæteroſq; veteres ſcriptores calēt. ſi eorundē lapſus, quorū nō pauci paſsim nos offendūt, annotare (ne indocti tyrones in eoſdē impingāt) nō valuerūt. atq; nōnulla veteribus ignota nō addiderint, quibus ſcientiæ quæ primum humiles & ignotis parentibus ortæ. obſcuræ erant, illuſtres rederentur. & quæ iam ſplendorē acquiſiuerint, nouis inuentis amplisſimè fiant, & tandem per hominum doctorum manus ſcientiæ quotidie auctæ perfectum decorem aſſequantur.

¶Neq; minus cōſiderandum ſe offert, quantum in hac medicinali facultate indoctis aberrare liceat, ægris & vulgo imperito medicorum errata ignorantibus. cum enim veræ methodi curatiuæ quartanæ infra exarandæ non tantum differant ab iis, quas ex. Hippocrate & Celſo retro duximus, verum omnino illis aduerſentur: neceſſum eſt. antiquos illos medicos paſsim iugulare quartanam patētes, ægris ipſis accerſire ſuos carnifices iubentibus, numiſq; & donis necē propriam ignaris mercantibus. quod quanuis ita, vt retuli ſit, non peculiare huic arti eſt, incōſtantiſsimam eſſe, vt falſo Plinius eidem tribuit, cum tam naturalis & de moribus phyſica. quàm legum & armorum peritia inconſtantiores medicina fuiſſe, veterum ſcriptorū monumenta probant. ſi enim lycurgi Lacedemoniorū Regis inſtituta horum temporum iuris peritis mōſtrarentur, non ſolum ipſa vituperarent, verum ab ſtolido quopiā facta indubie crederent. quæ enim lex ſtultior nobis offerri poſſet, quàm vnius reipublicæ agros & reliquas hominum facultates, pariter in diuites, & pauperes: ignauos & ſolertes: continentes, & voraces. lege diſtribui: quam tamen Lycurgus, vt Plutar-

Plutarchus in vita eiuſdem refert, vt ſanctiſsimam ſanciuit. ſuiſq; ciuibus obſeruare compullit. neq; minora monſtra in platonis repub. & Ariſtotelis politica. qui ea legerit inueniet: certe ab Imperatorum temporibus vſq; ad hæc noſtra ſecula eaſdem leges toties permutatas, interdictas, & permiſſas. vt ſcribere nefas ſit: incoſtãtiorem omnibus ſciẽtiis hãc eſſe dillucide quoq; probat, naturalis etiam facultas, quæ quòd de inuariabili natura tractet, immobilis futura erat. in quot ſectas, per diuerſorum temporũ curricula ſit partita, ſectarum nomina ſtoicorũ, Academicorũ Peripateticorum, & aliorum quæ vix referri poſſunt, palam oſtendunt. Quanto quoq; diſsideant Macedonum priores falanges acuneis poſterioribus Romanorum, & horum in militia ordo, ab ea quæ, poſt ab hunis Vuandalis, Gothis, & aliis barbaris vſitata eſt, omnes audiuimus. verum quòd multó diligẽtius nunc quàm ante, hæc pugnandi peritia exculta ſit, tormentaria ars parum antequam geniti nos ſumus inuẽta probat: quo nõ minus quàm præteritis docemur, debellandi ſciẽtiam non plus conſtantem præteritis fuiſſe, ſed hæc mittamus, vt quod ſcripſimus, putá Cornelii methodis potius interimi, quàm curari tertianam & quartanam patientes oſtendamus.

Improbantur Cornelii decreta.

Quod vt ſine multis verbis clare doceamus, id prius ſupponere expediet. genericas methodos curatiuas morborum hiſce temporibus obſeruatas, quibus falſæ antiquorũ ſunt exploſæ. fœlicibus euẽtibus, & firmis rationibus, quæ hic non ſcribuntur, eſſe fulcitas. cum ergo vomitionem fieri præcipere, priusq̃ à totius cotporis vaſis humorum copia vena ſecta, ſit extracta, aut per aluũ ſubducta, aduerſetur illi generali præcepto medicinæ, quamlibet vacuationem tanto prius alia exercendam, quanto vniuerſalior illa ſit, & indocti pariter ac docti fateantur, venæ ſectionem & alui purgationẽ vniuerſaliores vacuationes vomitionibus eſſe, clarum ſupereſt, mutaſſe ordinem Aſclepiadẽ primum per aluum expurgans tertianam patientem, & poſt per vomitum, è contra faciendo, errorem notiſsimum eſſe. nequè minorem tam Aſclepiadis q̃ Celſi iudico, quòd ſtatim, vt febris deſinit, adhuc febrientis viribus nõ refectis, ventrem ſubducere iubeant cum poſsint ſubductionem in diem ſequentem differre. in qua æger integer & ſui iuris eſt, potenſq; pharmaci nocumenta corrigere, & ſufferre. etiã quid indoctius, quàm de ſanguine mittendo mẽtionem nullam in hoc capite agere & remedium adeo generoſum quo ſolo debite exercito ſæpe à medicis: febris tertiana aufertur. obliuioni traddere. & ſolo ſuo præcepto capitis decimi libri ſecundi, in ſequentem modum iubẽte. ※ Ergo vehemens febris vbi rubet corpus, plenæq; venæ tumẽt, ſanguinis detractionem requiri. ※ Tacere, experientibus nobis in lentis febribus, & vbi corpus pallet. & venæ plenæ non ſunt. ſanguinis miſſionem ſæpiſsime tertianas auferre. non quia multus ſed quoniam vitiatus ſanguis in illis ſit. Aqua calida lauare caput multo ante acceſsionem Cleophantus præcipiebat. quod clare aduerſari videtur Hippocratis aphoriſmo quadrageſsimo tertio ſeptimi libri dicenti. ※ Si febris nõ ex bili habeat, multa aqua calida capiti ſupinfuſa, ſolutio febris fit. ※ Nam tertianas in plurimum à bili

pendere, omnes fatemur. Nempe cui fundamento innitatur Hippocratis & Cleophanti decretum illud, de lauando capite per aquam calidam in febribus à bili vel ab alia cauſa pendentibus, ad ea de quibus agimus non expectat. ſat eſt innuere, quòd non vt cutis totius corporis à frigore obſtructa reſeretur, neque ad laſsitudinem vllam medendum proficiat, vt Galenus in comento dicebat. Quoniam ſi id Hippocrates vellet, balneari febrientem, vt ſæpe ſolet, & non capiti tantum aquam ſuperinfundere iuſiſſet. niſi propteruias, vt Galeni expoſitionem defendas, balneas temporibus Hippocratis non aliter fieri, quàm ſupra caput aquam calidam in totum corpus deſcendentem infundendo. quod falſum eſſe clarius eſt, quàm probari indigeat. Tam quòd multi morbi ſint, in quibus à clauiculis vſque ad pedes balneari corpus conuenit, capite nequaquam madefacto. quàm quòd vbi crura & bracchia laſsitudinem paterentur, parum prodeſſet, capiti aquam ſuperinfundere. vero ſimilius ergo eſſet Hippocratem & Cleophantum opinatos fuiſſe, vniuerſas corporis venas oriri à capite. niſi veritas ipſa, & Galeni ſententia commentario ſecundo de humana natura non cauiſſet, & clare probaſſet. commentationem illam de venis in loco citato ſcriptam à quopiam indocto fuiſſe libro illi de humana natura inſertam. ſed hæc annotaſſe inter alia multa, quæ etiam poſſem, in breui illo capite de tertianæ medela ſufficiet.

Errores cor ne. in quarta nę medela.

¶ Tranſſeamus ergo ad monſtrandum non pauciores, neque minores eſſe lapſus in quartanæ medela quã in antecedente. inter innumeros enim hic exiguus non eſt. in die in qua tertia quartana acceſſura eſt, iubere quartanam paſſuro, vt in balneum deſcendat, materia incocta, & nedum euacuata exiſtente. etiam in decima ſexta die à morbi initio corpus pharmaco expurgare, ſatis à methodicum eſt, cum humor atrabiliarius quartanæ nequaquàm poſcat tam celerem vacuationem, vt poſt in vera medela eiuſdem docebimus. ſola aqua quoque calida alere in prioribus tribus diebus febriẽtem quartana, morbo adeo prolixo. & in quatuor ſequentibus vnica cibatione cogere ægrum contineri. poſt etiam in ſequentibus aliis ſeptem diebus nõ ſolidioribus neque pluribus alimẽtis ægrum ali. quàm in prioribus. non tantum a veris medicinæ methodis præcipientibus, quòd vbi ſtatus morbi ſerius expectatur, ibi à principio vberius reficiendum corpus ſit, eſt alienum. verum & ſuſpitionem inferens ne forte ante morbi finem deficiat æger. illud Eraclidis Tarẽtini decretum in huius morbi medela ſatis à veritate diſtat. vt Cornelius inquit. Vt quoq; præſcribẽdo cõueniẽtẽ horũ victus rationem dementia Eraclidis dementiam Cornelii excellit, quamquàm hic non ſine æqua labe alium vituperet. plures annotare ex Cornelii capitibus errores ſuperfluum mihi videor. cum nihil eoſdem plus patefaciat, quam capitis ſequentis cum præcedentibus collatio. ordiamur ergo veram quartanæ medelam, quæ in ſequentem modum habet, exarare: quo etiam ſiquem Galenus commiſit lapſum, facile oſtendetur.

Cap.

Caput.lvij. De vera medela quartanæ ſimplicis intermittentis in methodos curatiuas per victus rationem vt aliarũ febrium diſtincta.

NON multis præceptis huius febris medela abſoluēda vt aliarũ erit, quoniã etſi prolixior præcedentibus eſſe ſoleat,cum ſalubrior illis ſit,non tot ambages vt curetur poſcit. vt cũ pharmaca quibus eſt medenda ſcripſero,docebo.certe vt reor,nullus à quartana moreretur. qui ſeptuageſſimum non eſſet tranſgreſſus annũ, aut duos aſſecutus fuiſſet. ſi decenti victus ratione maxime in aquæ aut vini potu,vteretur.quapropter hæc vna ſit prima & maxima curatiua methodus in die in qua quartana acceſſura eſt. nihil bibere ſex horis ante quàm frigus aut rigor ægrum corripere ſolet.neque quatuor poſtquã febris,ſublato iam frigore, incepit, quàmmaximè quartanariis obſeruare conuenit.ſi enim in fœlices exitus quartanam patientibus contingunt,frequentiſsimè inde ſunt,quia in induratum ſplenem. & aquam intercutem incidunt. cumque ambo hæc mala aquæ potu creſcant, & foueantur, vitare eandem, ſalubre erit,& ea indecēter vti,pernicioſum

2. Metho. ¶ Nec minor cuſtodia in aſſumptione alimentorũ adhibenda quàm in aquæ potu erit.non quòd adeo alimenta noceant, vt aqua. ſed quod ab eiſdem craſsis vel lentis, iecoris & lienis obſtructiones formidandæ originem trahant,vt ab aqua.etiam quod in die in qua quartana acceſſura eſt,parum minus noceat,alimentum,quod imminente iam frigore, aut rigore pranditur. quàm aqua eodem tempore bibita.ſalubre ergo erit,ſi febris in hora prima,aut ſecunda, ſiue tertia poſt meridiem eſt acceſſura, febrientem ieiunum & ſine alimento,& potu,& ſomno,abſtinētem per totam illam diem detinere. donec rigor & frigus pertranſeant, & febris ſtatum aut declinationem ſit aſſecuta. tuncque cortices radicum bugloſæ cum ſaccharo conditas, aut cucurbitam eodem modo confectam tempore veris & æſtatis ac in autumni prioribus menſibus mandendas febrienti dare. in hyeme autem cortices mali medici, vt præcedentes confectæ vel alia bellaria parumper calida exhibere. & poſt ſi à ſiti moleſtetur æger, non multum aquæ decoctæ bibat.verendus enim adeo eſt aquæ potus. non ſolum cum rigere aut febrire incipit quartanarius, ſed cum nedum febrit,vt nihil plus. ablata iam febre, carnem pulli galinacei decoctam cum folliis borraginis & noſtro cõmuni petroſelino in calidis temporibus, aut caponis ſeu gallinæ infrigidis mandat. vinumque album tũc bibat. quòd ſi febris ſerius ventura eſt,putà in quinta aut ſexta poſt meridiem hora. & æger tollerare famem quia ſenex, aut puer, ſiue imbecillus eſt,non poſſet, ſanum conſilium eſt, poſtquàm à lecto ſurrexit. ventrem exonerare, parumq; ambulare,ſtatimq; iecur gallinæ aut pulli gallinacei, ſeu eorundem pauxillum aſſum comedere,& vinum lymphatum bibere. aut ſi validior æger fuerit,ſolum florem borraginis, aut

cortices bugloſæ, autaliudconſimi
le cum ſacharo confectum iantare,
& parum vini, vt dixi, bibere.& per
totam diem ſine vllo alio alimento
aut potu, aut ſomno, febrem ſpera-
re.in qua eadem quæ ſupra præcep-
ta ſunt, obſeruare conueniet.in aliis
diebus in quibus æger nõ febrit, car
nes & alimenta in.4. methodo ſe le-
cta comedere ac cœnare præcipio.

3.Metho. ¶Cum non omne vini genus. neq;
aqua quæuis quartanã pacienti con
ueniat. neceſſarium eſt, quæ ex vinis
vtiliora ſunt, atque ſi aqua decocta
ſemper ſit bibẽda, quæ ſalubrior ſit
exprimere. neq; non herbas quibus
eſt aqua coquenda monſtrare. de vi-
nis ergo eſt noſtra ſententia, quòd ni
gra & rubra, quia craſsioris conſiſtẽ
tiæ q̃; alba ſunt. minime his conue-
niãt.neq; omnia alba.illa enim, quæ
dulcia ſunt, & obſtructiones gignũt,
ac pontica & noua minime conue-
nire illis exiſtimo. quapropter ex vi
nis noſtratibus putà Methinẽſibus,
nullum primi anni bibere conſulo,
quoniam illi qui aſſeruari vltra an-
nos duos non valẽt immaturi ſunt.
&cũ in primo anno hibibũtur quar
tanariis nocẽt. reliqui vſq; in finem
duorum annorum aut anni vnius &
dimidii incocti permanent.neq; ge
neroſa vina ſex aut ſeptẽ annorum
vtilia in initio quartanæ ſunt, ſecus
in fine. huius ſententiæ Galenus de
medela quartanæ primo de arte cu-
ratiua ad Glauconẽ fuit.quem Pau-
lus & Aetius cæteriq; Græci ſunt ſe
quuti. aquam crudam neq; interdi-
cunt. neq; permittunt Græci medi-
ci. fortaſsiſq; cum dicunt. ⁂ Vino
vtendum eſt pauco, albo, & tenui, ac
moderate calido. ⁂ Intelligere vo
lunt, tantum vinum albũ aqua cru-
da lymphantum eſſe tamdiu biben
dum, q̃; diu quartana perdurauerit.
ſiue per menſes ſex aut per annũ du
ret.& ideo moderatè calidum per a
quæ ſcilicet commiſtionem lauda-
uerint.quod autẽ obſeruare in aquæ
potu conuenit, id eſt. nunq̃; crudam
aquam quartanarius ſi poſsibile fue
rit, tã in diebus intermiſsionis, q̃; in
diebus in quibus febrit, bibat. ſed de
coctam cum ſemine, aut herba, aut
arboris foliis, aut cortice vim mo-
deratè calefaciendi, & apperiẽdi ha
bente.neq; in hũc vſum vtilior aqua
eligenda erit, ſi hæc ingratior ægro
fuerit. ſed maxime grata procuran-
da.cum enim morbus hic adeo pro-
lixus eſſe ſoleat, vt annos duos quan
doq; tranſgrediatur, à principio ma
xime cuſtodire virium robur conue
niet.ne viribꝰ deiectis æger ſubcum
bat.& cum ingratus aquæ potus ap-
petitum ciborum ſæpe tollat.hic q̃;
maxime vitandus. præſertim in pri
mis duobus mẽſibus à quartanæ ini
tio, in quibus faſtidium ingens adeo
moleſtare quoſdam quartanarios ſo
let, vt à lectis præ imbecillitate ſur-
gere non permittat.ſunt ergo ſemi-
na pro dequoquẽda aqua vtilia ane-
ſi, fœniculi, apii, & aſparragi, vrticæ,
herbæ aſplenum, quam ſcolopen-
drion vocant. hyſopum, adiãtum,
quam capilum veneris iuniores di-
cunt. agrimonia.neq; in hunc vſum
vtilem eſſe myricã ſeu tamaricẽ pu
to. quòd ea immodica adſtrictoria
vi polleat (vt ex facultatibus eiuſdẽ
ſcriptis a Dioſcoride libro primo
capite quadrageſsimo nono facile el
licitur) quæ in totum contraria eſt
ſcopo curationis morbi huius, putà
reſerandi quæcunq; obſtructa ſunt.
decipiuntur ergo medici, cum myri
ca in quartanæ medela vtũtur: quia
in citato capite Dioſcorides de ea-
dem

dem dixerit. ⁂ Lienē abſumit. ⁂ Non conſiderantes quòd quæ aſtrictoriam vim habēt, vt aqua calibeata & tamarix nō aliter ſplenicis proſunt, quàm lienem adeo conſtringēdo, poſtquàm à totius corporis vaſis craſsi & lenti humores ſunt excreti, vt quidquid in eo contentum eſt, extrahant. ceu qui aquā à madida ſpōgia, quæ non diſsimilis ſpleni eſt eādem comprimendo ellicit. modo vt relata vtilia ſunt his, qui tantum in liene melancholicum ſuccum habent. ſic noxia erūt illis, qui in toti9 corporis vaſis, vt dixi, illum continēt. nam adſtringādo venarum & cutis oſcula, rebellem eductioni eūdem reddūt. toto ergo tempore, quo febris quartana perdurat, vſus hui9 arboris vitandus eſt, quoniam in venis melancholiam cōtineri, certi ſumus. poſt vero eiuſdem ablationem ſi ſplen inflatum manſerit. decocto illius, & aqua, ferrata vti, niſi quid aliud obſtet, licebit. cæterū cortices radicis bugloſi, quæ expurgandi melancholicum ſuccum vim habēt, vt ex. 112. capite libri tertii Dioſcoridis ellicitur, tam quòd ſcribat. ⁂ Aiūt eam quæ tres thyrſos emittit, cum ſemine & radice tritam, potamque, contra tertianos horrores prodeſſe. quæ quatuor ad quartanos. ⁂ Tū quòd in fine capitis prædictis adiūgat. ⁂ Quod in vinum deiectum animi voluptates auget. ⁂ Vtiles ſunt, vt ex his aqua decoquatur. cinamomum etiam vtiliter aquæ infunditur, maximè vbi ventriculus quartanarii plurimum laxus eſt. glycyrrhiza etiā eſt vtilis. ex his ergo omnibvs & aliis eiuſdem facultatis eligenda ea ſunt, quæ ægro plus grata ſint, & aqua his decocta bibēda. aut ſi nullum ex prædictis tollerare febrientis guſtus valet. aquam tantum modo coctā bibat, eiuſq; quàm minus poſsit.

¶Ex alimētis vtiliora ſunt. quæ calidam & humidam temperiem habent, dummmodo concoqui habita ſint. & tenuem gignant ſanguinē. quapropter vitanda erūt omnia frigida & ſicca edulia etiā porcinæ carnes, quoniam craſſum ſanguinē gignunt, vt Galenus in medela quartanæ primo de arte curatiua ad glucon... præcipiebat. Verum ſi ciborū appetitus adeo adiectus eſt, vt parū comedere æger valeat, vt in primis menſibus huius morbi contingere, vt dixi ſolet, permittere ægro vt pauxillum ex carne porcina ſalita aut recēter mactata comedat, vtile eſſe iudico. hanc enim ſæpiſsime conceſſi his febriētibus, & fœliciter ceſsit. nam illi qui comedere relatas carnes cupiunt, ſimul aliorum laudabilium alimentorum aliquid coniunctum cum porcina carne deuorant. quo deiectæ vires fouētur. tandē carnes gallinarū, & pullorū earundē, ac iuuenū perdicū, & faſianorū, & omniū montanarū paruarū auiū, vtiles ſunt, & ouorū earundē lutea. noxia autem auium in paludibus degētiū caro. vt arietum anniculorum & vitulorum proficua. ex piſcibus ſolos Galenus permittebat, concoqui faciles, molles carnes & nihil tenax habentes. quales ſunt parui in fluminibus degentes, præſertim qui ab Hiſpanis, bermejuelas, nominantur. etiam turtures piſces, non genus illud piſcis marini, turtur & paſtinaca vocatū, quod in cauda venenum præſentiſsimū habere, inquiunt, ſed quod nos, truchas, ſermone vernaculo vocamus. murenæ in fluminibus piſcate (lampreas Hiſpanum vulgus nominat) carnem mollem habent, quæ in aliquorū veutribus non 4. Metho.

difficulter coquitur, cum ergo comedere has quartanari qui ab aliis alimentis abhorrent, appetunt. ego id non veto. dummodo pluries non faciant, neq; niſi parum ex eis cum nuce muſcata & pipere in vino, vel cum pane in artocreate decoctas comedant. quo deiectus appetitus reſurgat. ex fructibus appenſæ vuæ & etiam non appenſæ vtiles ſunt, ficus quoq; & ceraſa matura & dulcia, nuces iuglandes, & auelanæ, perſica, & mala punica dulcia, poma quoq; odorifera (camueſas noſtri vocãt) permittuntur: dũmodo non immodica eorũ quantitas ſumatur: non enim adeo vereor ego Galenũ loco citato ſequut9 vſum horũ recẽtiũ fructuũ in quartanã paciẽtibus, vt in aliis febribus. quoniã atrabiliarius humor ſiccus & frigidus cum ſit, neq; humiditate horum creſcit. neq; proprio calore fructus feruere, & in ſucci viciati naturam verti, facit. Vt in bilioſis & ſanguineis febribus contingit. Nempe aberrant ſcriptores medici, qui febrientes faſtiditos fructus relatos comedere prohibent, quorũ vſu ciborum appetentia deiecta ſæpiſsime reſurgit. certe malum cotoneum, omphacium, ſorba, glandes, caſtaneas, lentes, rizum & alia ſuccũ craſſum, ac flatulentum & aſtrictoriam vim habentem vitare ſalubre eſt. qua propter pira aſtringẽtia qualia ſunt, quæ hiſpanie, verdeñales, vocant, inutilia etiam iudicantur. tandem quartanariis cõcedemus ex fructibus eos quos dulcem ſaporẽ nulli ponticitati cõmiſtum habere ſenſerimus. cinamomũ quoq; & piper, ſinapi, & allium, & alia quæ immodicè calfaciunt, in quartanæ initio ego non concederem. & ſi Galenus permiſsit, quoniã vererer, ne incocta materia his adeo calidis alimentis, durior ac ſiccior, tenuibus eius partib9 reſolutis, reddatur: paululũ ex relatis, quod parum calefaciet, ſumere non veto, plurimum autẽ aut ſæpe ob redditã rationẽ prohibeo.

¶ Excernendi quotidie aluum, cura ingens habenda eſt. quæ ficubus, & caricis, ac conditis capparis, & decoctis borraginis foliis, eſt procurãda, damaſcena pruna in fine autumni aut hyeme vitanda, tam quòd vẽtriculo nocua ſunt, vt Meſues inquit, quàm quòd bilem flauam purgant, quod indecere in hac febre exiſtimo. quoniam calida bili extracta corpus frigidius manens facilius ab atrabiliario ſucco vincitur. ſi tamẽ vſu reliquorum vẽter exonerari nequeat. glandibus & cliſteriis vtendũ quamq̃ in his prolixis morbis vſum relatorum quo ad poſſum, vitare ſoleo, ne venter aſueſcat, his deficientibus detineri. 5. Metho.

¶ Matutinus ſomnus perq̃ vtilis quartanariis eſt. & quòd ſomnus humectet, velut vigilia ſiccat. & quod coctionem adiuuet, quæ in alimentis, & vitiatis ac crudis ſuccis eſt maxime expetenda, poſt meridiem autem minime prodeſſe ſolet, niſi in his, qui in illa hora dormire conſueuerũt. in vtriſq; tamẽ nocet ſomnus tribus horis priusq̃ frigus aut rigor inuaſura ægrum ſunt. ac niſi poſtq̃ febris inclinari incepit, dormire permittendus febriens non eſt, ſi imbecillus non fuerit, hic enim etiam in ſtatu febris dormire valet. 6. Metho.

¶ Locus in quo febriens recumbit, feneſtras auſtrum conſpicientes habeat, neq; ſuper ſolidã terram eiuſdem torus aſsideat, nequè ſolo tecto tegulas ſuſtinente operiatur, ſed triclinium in quo quartanarius recubuerit. Contignationem ex lignis fabricatam à ſolo per mediocrem diſtan- 7. Metho.

ſtan-

ſtantiam eleuatam cui lectum inſi-
deat,& conſimilem,qua tegatur, ha
beat.at ſuper vtraſq; tectum tegulas
ſubſtinens ſtet. hoc tricliniorum ge
nus Hiſpani, entreſuelos , vocamus.
fugiẽdusq; boreas,& fœneſtræ boreã
aſpicientes claudendæ. immũdus &
craſſus aer vitãdus,vt qui obſtructio
nes gignere eſt parat9. quæ maximè
in morbo iſto verentur.

8. Metho. ¶Nullum febris genus adeo poſcit
febrientem moueri, vt quartana. tũ
quòd duos intermiſsionis dies ha-
beat.in quibus valet quartanarius a-
miſſas in die febris vires reſtituere.
& cõſueta munia exercere, tum etiã
quòd melancholicus ſuccus calore
motus moderati cõcoquitur & edu
ctioni paratur.etiam quòd ſecurio-
res ab hydrope,quã veremur, qui e-
xercẽtur ſunt, quàm qui quieſcunt.

9. Metho. ¶Triſtitiam & aſsiduã meditatio-
nem cauſam eſſe,vt melancholia in
corpore redundet,clarius eſt, quàm
probari egeat. vulgus enim Hiſpa-
norum rude triſtes melancholicos
nominat , mærorẽ ergo & plurimũ
meditari,fugere oportebit, vt ride-
re lætumq; ægrum eſſe, quouis mo-
do procurandum.à venere etiam ab
ſtinere. quammaximè his cõueniet.
ſolo enim immodico euiſdẽ vſu ſo
lent iuuenes in quartanam,vt ſupra
dixi,incidere, hæc de victus ratione
dixiſſe ſufficit. & ad medica phar-
maca accedẽtes curationem in me-
thodos partiamur.

Caput.lviij. De methodis obſeruandis cum quartanæ pharmacis aut venæ ſectione medemur.

HAEC quæ in exordio me
delæ quartanæ methodus
proponitur adeo mẽte te-
nenda ab omnibus medi-
cis eſt,vt nullam in medicatione po
tiorem eſſe credant.nẽpe cum mor-
bi huius materia quæ occaſio febris
eſt,valde craſſa frigidaque ſit ſimilis
naturæ terræ,qui ſapit medicus , nõ
ante euacuare pharmaco eandẽ, ten
tare debet,quàm eiuſdem potiorem
partem coctam eſſe ſciat. atq; cum
nunquam in æſtatis fine aut autum-
no ſiue hyemis principio (quibus tẽ
poribus priores incipiũt quartanæ)
melancholicus ſuccus perfecte con-
coqui,valeat. inde ſequitur non an-
te hyemis finem , aut ſaltim mediã
hyemẽ quartanarium purgandum,
priuſq; vacuationem tentare perni-
cioſum valde eſſe. neque huius me-
thodi veritas aliter roborari, quàm
innumeris euentibus quibus in fœli
citer ceſsiſſe illis,qui oppoſitũ exer-
cuerunt, poteſt.certe ſi rationib9 in-
niti quis procuret , & ſufficienter ſe
rationem colligere putet. cum dixe
rit.ſenex imbecillus quartanam pa-
tiens poteſt in fine hyemis, aut veris
initio melancholiã, quæ occaſio fe-
bris eſt,concoquere,ex à me aſſertis,
ergo iuuenis robuſtus duplas vires
habens,poterit in duplo minore tẽ-
pore eandem etiam coquere. & qui
triplices in triplo , & ſic procedẽdo
in eadem hebdomada in qua quarta
na incipit , extirpare ipſam melan-
choliam pharmaco educẽdo,medi-
cus poſſet.hic nempe palam decipie
tur.quòd credit melãcholiæ coctio
nem à ſolis robuſtioribus viribus ce
leriorẽ fieri,tẽpori nihil tribuẽdo.
cũ tamẽ res multo aliter habeat. nõ
enim quantumuis validæ vires quar
tanarii iuuenis poſsunt melancho-
li.m incipientem primam prorita-
re quartanam ante tranſlatum vni-
uerſum autumnũ coquere, quòd ſic
citas & frigiditas autumni plus co-
ctioni reſiſtant , quàm vires validæ

profint:certe ſi ratio aduerſi aducta
vllius valoris eſſet, eadem probare-
tur: poſſe triticum in autumni ini-
tio ſeminatum in fine octobris cre-
uiſſe,& germinaſſe, ac ſemen perfe-
ctum genuiſſe. colectionis paritas
patet, quia etiam dicerem ego. ſi in
agro parum pingui, parumq; ſterco
rato,raro irrigato, quotanniſq; fru-
ctum redente. triticum autumno ſe
minatũ ſolet in æſtate, ſequenti per
fecte adoleuiſſe, & ſemen maturum
ac ſponte defluens procreaſſe. er-
go in agro pinguiſsimo,ſufficienter
q; arato,& ſtercorato, quod in innu
meris retro annis feriatum, & vacãs
à germinando permanſit: poterit
in octobris fine fructum perfectum
reddere.quod tamen nõ efficit:cum
nunq̃ id accidere experiamur. ergo
vt huic ſecundæ collectioni reſpon
debimus. magis obeſſe autumni &
hyemis intẽperiẽ ad tritici in autũ-
no aut heyme, vel veris principio
germinationẽ. q̃ quæ relata ſunt ad
eiuſdẽ celerẽ adoleſcentiã: eodẽ mo
do dicemus de melãcholia incocta
durante in autumno & hyeme.

a.Metho. ¶Neq; pariter de ſanguine mittẽ-
do, vt de ventre exoluẽdo præceptũ
præſcribendum eſt, licet enim in iu
uene aut parũ ſene validas vires ha-
bente, & rubram vrinam aut rubrã
& ſpiſam excernente,ſanguinem an
te decimam quartanam educere, in
quo alui expurgatio per pharmacũ
noxia ſatis,vt diximus eſſet. neq; hu
ius differentiæ cauſa obſcura eſt. cũ
enim ſanguis natura humidior cæ-
teris noſtri corporis ſuccis ſit,vt aer
cui ſanguis ſimilis exiſtit, inter ele-
menta eſt humidiſsimus: autumnus
& æſtatis finis quibꝰ tẽporibus quar
tanæ primum incipiunt. non adeo
rebellem natiua ſiccitate ipſum me
lancholicum ſanguinem efficere va
lent. vt alias melãcholiæ ſpecies ab
vſtis humoribus originem trahen-
tes.indeq; contingit: poſſe à natura
fecem ſanguinis vinci & in medio-
crem conſiſtentiam duci. vt per ve-
næ ſectionem extrahi ſit habilis, &
quòd aliarum ſpecierum melãcho-
liæ eductioni per ventrem, aut per
ſectam venam in toto autumno &
hyiemis initio reſiſtant. donec me-
dia hyems aut ver accedit. has duas
methodos Galenus primo de arte
curatiua ad Glauconem innuit, q̃q̃
non adeo expreſſe vt nos, ſequutiq;
Galenum,Paulus & Aetius ſunt. ver
ba Galeni in citato loco ſequentia
ſunt. ⁂ Deinceps de quartanis di-
cemus, quas etiam ab initio medio-
criter ac leuiter tractare oportet
nullum forte medicamen, aut eua-
cuationem exhibentes,niſi forte ſan
guis vehementer ſuperabundans ap
pareat, & ſi vena inciſa, is qui fluit,
niger videatur, ac craſſus (præcipue
vero in his qui liene laborant huiuſ
modi viſitur) audatius mittendus
eſt.quòd ſi flauus aut tenuis apparue
rit,ſtatim ſupprimendus.venam ve-
ro ſeccare oportet, vel interiorem,
aut eã quæ eſt in ſiniſtro cubito me-
diam. ⁂ In quibus nihil aliud ocul
te dixit,q̃ quòd nos in antecedenti-
bus methodis expreſſe. ex qua quoq;
aſſertione Galeni alius reſpondẽdi
modus ellici poteſt. quo abſoluere
dubium illud cur alui expurgatio-
nem nocere in quartanæ initio, &
venæ ſectionem proficere experia-
mur. Putà quòd ſanguinem mitta-
mus,non quia occaſio febris ſit,& fe
bris cauſa cõiuncta vocetur.ſed quo
niam paratum in melãcholiam cõ-
uerti ſuſpicemur. quem anteceden-
tem cauſam qui Arabes exponunt,
vocant,promptitudinemq, relatam
per inditia craſicei & ingredinis ſã-
guinis

guinis oſtendi fatemur. & alias me-
lancholias per aluum non extraha-
mus.quia vt diximus,ille cauſa con
iuncta febris ſint. & eductioni ante
veris initium aut parum prius reſi-
ſtant.quoniam nedum maturæ ſint.
quo etiam ſufficienter reſpondebi-
mus cuidã obiectioni, quam aduer-
ſus opponere nobis valeret, ſcilicet
fruſtrà præceptum eſſe ſanguinem
mitti in initio quartanæ. ſi ex aſſer-
tis à me ipſo, nunquàm quartana in
principio mederi valeat. nã nos di-
cere poſſemus. nõ mitti ſanguinem
quartanarii, vt in totum medeatur
ipſe, ſed ne quartana à ſanguine in
melancholiam conuerſo grauior fa
cta,diuturnior quàm foret, fiat. vel
quòd nos non diximus, quartanas il
las ver attingere,quæ ex ſanguine in
melancholiam cõuerſo gignuntur.
ſed omnes alias. quàm̃q ſi quod ex-
pertus ſum:vere fatear,nunquâm vl
lum quartanarium ex his à quibus
miſſus eſt ſanguis, in initio quarta-
næ ſanũ vidi,potius quam alios. au-
diui tamen quoſdam:qui olim quar
tanam paſsi non fuerant: ſanguine
miſſo:liberatos à quartana in initio
octobris fuiſſe aliosq; alio in tempo
re.

Reſpondetur cuidam dubio.

¶Reſpondere quoq; alteri dubio:
vt nullus lectori ſcrupulus maneat,
tenemur. illud eſt. vero ſimile non
eſſe. ſi medela quã de quartana Cor
nelius celſus ſcripſit, ventrẽ in quar
tanæ initio vacuando: & vomitum
proritando.aliquando fœliciter nõ
ceſiſset.ab eodẽ fuiſſe exaratam.ſi e-
nim ſemper experiretur Cornelius
per illam medicationẽ nullũ quar-
tanarium ante mediam hyemẽ aut
initium veris ſanari.inconſulte egiſ
ſet: eandem nobis obſeruare: iuben-
do. ſed huic dubio reſpõderem ego
verum eſſe: indocte à Cornelio iuſ-
ſum illum curationis ordinem à no
bis improbatum:cum nocere ſæpiſ-
ſime ſoleat: & prodeſſe nunq̃. ſi quã
do enim Cornelio aut eiuſdem dog
ma æmulanti contigit: quartanariũ
in initio febris ſanari,nõ ei qui nun
q̃ olim quartanã paſsus fuerat: acci
diſſe ſuſpicor. ſed illi: qui aliqui-
bus retro tranſatis annis. quartana
laborauerit: & ſanus factus eſt. ac
poſt duos vel tres aut plures annos:
iterum eadem febre fuit correptus:
in quibus ſuperius prædixi. etiam
quartanam ſine medici præſidio an
te duodecimam quartanam finien-
dam. Tribuet nempe indoctus Cor-
nelii ſectator: atq; idem Cornelius
medicationi ſuæ quartanæ ablatio-
nẽ(quia præſagium illud de breuita
te redeuntium quartanarum igno-
raret) cum naturæ morbi illud tri-
buturus erat.Porro ex aſſertis à Cor
nelio verum hoc eſſe ellici facile po
teſt. inquit enim in primis verbis ca
pitis de medela quartanæ. ※ Eadẽ
in quartana facienda ſunt: ſed cum
hæc tarde admodum finiatur: niſi
primis diebus diſcuſa eſt: diligẽtius
ab initio præcipiendum eſt: quid in
ea debet fieri. ※ Vbi iam fatetur:
hãc febrem tarde admodum vel in
principio: putà ante. 13. quartanam
finiri:ac infra cum modum curatio
nis in initio quartanæ exercendum
ſcripſit: non vltra vigeſimum octa-
uum diem, in qua decima quartana
inuadit. tranſire ſic medendo præci
pit:vt ex ſcriptis à nobis retro in cor
nelii curatione quartanæ patet. qua
ſi aliquando expertus eſſet: quarta-
nas quæ olim moleſtarunt: in ſepti-
ma aut decima quartana finiri:ideo
id præceperit. deſperans deinceps
quartanis mederi poſſe.quoniã nul-
las relatum terminum tranſgrediẽ
tes ante mediã hyemẽ aut ver abla-
tas

tas eſſe viderit, cum deprimum inci
pientibus tales forent. & non de his
quas diximus iam diu accidiſſe. fre-
quens nempe euentus de quartanis
poſt ablationem redeuntibus igno-
tusCornelio fuit ſi enim ſciuiſſet ex
preſsiſſet, & mederi quartanis illis
deſpiceret: quòd ſciret, ſine ope me-
dici auferendas.

¶Valetium quoq; de Taráta qui
alio nomine philoniũ nominatur.
in eundem errorem incidiſſe ſuſpi-
cor, cum ſeipſum curatum fuiſſe à
quartana in initio autumni refert.
nã id credo ſibi accidiſſe. quia olim
quartanam paſſus fuerit.

3.Metho. ¶Non tãtum interdicitur in prin
cipio quartanæ vſus fortium phar-
macorum vim expurgandi melan-
choliam habentium, verum & debi
lium, quæ vacuando bilem, ventrem
exoluant, ſolent enim nonnulli me
dici pillulas raſis, ex aloe & myrrha
ac croco cõfectas in intermiſsionis
diebꝰ quartanariis exhibere. & ipſos
in vitæ diſcrimen per frequẽtem ea
rundem vſum ponere. quoniã in co
ctam melancholiam moueut, & bo
nis ſuccis commiſcẽt. etiam quia bi
lem educunt, qua melancholiæ fri-
giditas reprimebatur. deinceps ergo
has vitare ob incõmoda quæ ad ha-
rum vſum ſequi ſolent conſulo.

4.Metho. ¶Quanuis Galenus & Paulus neq;
non Aetius curationẽ quartanæ nõ
diſtingant in quatuor medendi for-
mas, prout quatuor melãcholiæ ſpe
cies eſſe dicuntur, quædam quæ fex
ſanguinis vocatur. reliquæ ab aliis
tribus humoribus vſtis pẽdentes. ve-
rũ tamẽ eſt, hanc differẽtiam in to-
tum contemnendam non eſſe.

4.Metho. ¶Galenus & Paulꝰ ac Aetius & cæ
teri medici curationẽ huius febris
pharmacis vim purgandi melãcho
liam habentibus facere cum atrabi
liarius humor concoctus eſt, præci-
piunt. at quoniã indocti medici cre
dunt, ſatis per vrinarum ſedimenta
coctionẽ atra biliarii humoris cog-
noſci, quod incertum eſt, ideo fidem
vrinis quartanarii in relata cogni-
tione per hanc methodum abroga-
re conſulimus. & ſolum valentibus
medicamentis melancholiam pur-
gare eo tempore quo prima metho-
dus iuſsit. vtile cenſemus. Porrò etſi
tyrones medici, viſis vrinis, ſedimen
ta alba tenuia æqualia in morbi ini
tio habentibus, decipi queant, ſuſpi-
cantes ab vniuerſa melancholia con
cocta portionẽ illam, quæ infundo
vaſis vrinarii ſedet, abſciſſam eſſe.
qui iam diu eſt, quòd rem medicam
tractauerit. facile callet, ſedimẽtum
illud haud à propria morbi mate-
ria oriri; ſed ab alia quapiam com-
muni, autſi à melancholia ſola oria
tur, exiguum melancholiæ eſſe con-
coctum, à quo ſedimẽtum viſum ex
cerptum eſt. reliquumq; incoctum
permanere. neq; huius febris ſtatus
atq; inclinatio facilius quàm vrina
rum coctio cognoſcitur. cum ſæpe
declinare has febres, & minoris du-
rationis, atq; mitiorum ſymptoma
tum fieri experiamur. & poſt paucos
dies ſæuiores præteritis alias ſucce-
dere conſpiciamus. quia hominis fe
brientis natura defeſſa à magnis &
velocibus cordis & arteriarũ ſyſto-
lis ac diaſtolis, quæ cauſa ingentiũ
febrium ſunt, quieſcat. & mitiores
febres efficiat, cor non adeo veloci-
ter & frequenter, vt ante mouendo.
& iterũ, poſt reſtitutas vires febres
validiores quàm prius faciat. to-
tieſq; relatæ varietates contingant,
vt quantunuis exercitatus medicus,
perpenſa tantum febriũ harũ mag-
nitudine, certum ſtatum morbi to-
tius minime cognoſcere poſsit. niſi

temporis computationem his adiũ gat.

6.Metho. ¶ Priuſquam melancholiæ purgatio valentibus pharmacis à medicis tẽtetur, vtiliſsimum eſſe experimur omnibus quartanariis præcipere, vt cum rigor & frigus inuadunt, vomere procurent. quod ſi difficulter exerceant. aut quoniam ventriculus vacuus ab alimentis, eo die (noſtris præceptis ob temperando) exiſtens, vomere nequeat. ſiue quòd febriens à natura difficulter vomat. in intermiſsionis diebus, in quibus largius comedere quartanariis permittim9 vomitum tentare poſt varios cibos ſumptos vtile eſſe exiſtimamus. idq; ſæpe agere conſulimus, donec os vẽtriculi vomere ſine moleſtia aſſueſcat. vt in hora rigoris efficere idem poſsit. quo frigora & rigores, quæ febrem antecedunt, & febris ipſa ſemper inminuuntur, & non raro in totum tolluntur. neque hunc eleboro & fortibus medicinis bibitis procurare conſulo: ſed vnctuoſis, ac oleaginoſis, & diuerſis cibis deuoratis efficere præcipio.

7.Metho. ¶ Quanuis aliquibus bibentibus, cum rigent, aliquod ex pharmacis cõpoſitis ad frigus & rigorem quartanæ propellendum fœliciter, his bibitis, nõnunquam cedat. ſecurius exiſtimo, has potiones dimittere, quæ iam quòd nullum aliud dãnum inferant, apetitum comedendi auferendo, in morbo adeo prolixo non paucum nocent. & dorſi ſpinã oleis actu & facultate calidis, qualia ſunt anetinum, & irinum, ac cyprinum, ſiue ſicyoniũ, vel maſtichinũ inungendo, a quartanæ rigore ægrũ liberare. minimeq, ſecurum eſſe exiſtimo, quod Aetius in hunc modum præcepit, dicens. ⁂ At vero morbo in vigore conſtituto, apparente manifeſtiſsima concoctione, nullo viſcere læſo, aſſuetis tempore ſanitatis, etiam aquam frigidam exhibui duarum heminarum menſura, inſtante iam prope inuaſiõe, & reuera à multis rigorem prohibui. ⁂ Quoniam quantumuis coctus ſit atrabiliarius humor, potu aquæ frigidæ adeo inſpiſari cum craſſus ipſe ſit, poſſet: vt obſtructio quæ non erat, fiat.

¶ In tertia methodo præcepimus non contemnendam eſſe differentiam melancholiarum, a quibus febres quartanæ pendẽt, vt rectius medela febris pẽdentis ab atrabiliario ſucco perficiatur. Hic ergo qui iam coctionem huius humoris procurare, media hyeme tranſſata. Puta in fine ianuarii menſis iubemus: ſyrupos concoctrices diuerſos conficere in diuerſis melancholiæ ſpeciebus conſulimus. & ad coquendum melancholiam ex vſta pituita (ſi qua in noſtro corpore eſt, nã hãc iam manardus medicus ſatis doctus libro. 9. epiſtola ſecunda fieri poſſe negauit) conuenire exiſtimamus oximelitẽ, & ſyrupum. 2. vel quinque radicum ex ſacharo vel ex melle & aceto confectum, ſi parum craſsior humor ſit cum aqua ſublimata a fæniculo, aut a radicibus petroſelini, & iringi, & apii, ac ex decocto aliarum conſimilium apperientium & inſcindentiũ medicinarum. cum autem melancholia naturalis, quæ fex ſanguinis eſt, in cauſa fuerit, ſyrupo borraginis, & fumariæ, & aqua fumariæ humorem conquoquemus: bilẽq; vſtã ſolo borraginis ſyrupo, & aqua ex borragine ſublimata expulſioni parauimus: neq; ab vſto ſanguine melancholiam, alio quam prædicto ſyrupo coquemus: cumq; relatis ſyrupis ſufficienter quod cupimus, aſſecuti fuerimus. Alios componere, vt 8.Metho.

aliquid

aliquid nouum feciſſe medicus dicatur, in caſum videtur: præſertim quòd valentiores ſyrupi adeo ingrati ſaporis eſſe ſolét, vt nullus ſit, qui eoſdem bibere poſsit.

9.Metho. ¶ Vacuationem poſt relatos ſyrupos ſumptos molliri pharmacis melancholiam educere valentibus, neceſſum eſſe reor, inter quæ elleborũ nigrum potiorem multi antiquorũ & iuniorum medicorum eſſe affirmant. at ego nequaquam hoc ſolo neq; eodem raphano in dicto vtor: quoniam violentius multis aliis quibus vti poſſum pharmacis elleborũ iudico. etiam quia vomitionem id faciliter proritet: quo aluus expurgari ſæpiſsime prohibetur: eademq; ratione ab vſu lapidis lazuli & armeni ægros coerceo. vtorq; epithimo & polipodio, & ſene, ac agarico. neq; obliuioni myrobalanos indos trado, quos cum eſcamonio ſemper adiungo: tam vt his ventriculus roboretur: & exoluendi aluum ſcamonii immodica vis reprimatur, q̃ vt myrobalanorum aſtrictoria facultas ſcamonio coerceatur. ſerum ex caprino lacte extractum ad eundem vſum vtile eſt, & inter medicamenta compoſita confectio medicaminis amech, qua ego frequenter vtor, valde proficua eſt, vtiliorem tamen ipſam eſſe reor: quæ myrobalanorum eandem componẽtium ſubduplam portionem, quàm vt nunc fit, admitteret. quoniam frequentiſſimè quartanarii obſtructiones ſplenis patiuntur, quibus ingens myrobalanorum quantitas nocet: ergo medicus pharmacopolæ præcipere debet. vt cõmunem diſcreptionem relatæ confectionis, quæ in Antidotario Meſues reperitur, componat: & etiam pro pacientibus obſtructiones aliam, à qua dimidium myrobalanorum pondus auferat conficiat. vt cum ipſe iuſſerit, confectionem medicaminis amech dari. illam Meſues pharmacopola exhibeat. cum autem ſcripſerit confectionem medicaminis ſubduplum ex myrobalanis ſuſcipiens hæc noſtra intelligatur.

¶ Poſtquàm iis, quæ dixim9, prout ſibi videatur, medicus vſus fuerit, ſi febris adeo valida vt ante aluum ſolutam manſerit, vẽtrem iterum ſtatim purgare, nequaquam decernere debet: ſed per menſis ſpacium feriatus ab vſu medicamentorum æger maneat. atq; eo in tempore non oſcitanter conſiderare oportet, an ſanguis mittendus an necne ſit, quòd ſi febriens iuuenis aut in priore ſenectute conſtitutus fuerit. & obſtructionem in liene aut iecore vel vtroq; viſcere patiatur: viresq; validas habuerit in fine martii, in quo menſe vernale æquinoctium accidit; aut parum poſt aprilis initium ſanguinis miſsionẽ medicus exerceat. maxime ſi vrinam rubram quartanarius habuerit, & hydrops nulla iam febrientem occupare inceperit, neq; ab hoc veto, ſanguinem mittere ab illis, qui malo corporis habitu (cachexiam medici vocant) laborant, dũmodo ſãguinẽ dominari aliis humoribus medici intelligant. ſcio ex Arabibus medicis principẽ id facere fen. 14. tertii metuiſſe. quod mihi obſeruanti infœliciter ceſsit, quapropter lectores moneo: vt cum ſigna præfacta adfuerint: ſanguinem extrahere non timeant. 10.Metho.

¶ Poſt hanc venæ ſectionem, vtile eſſe exiſtimo, ſtatim ſyrupos ex reb9 apperiendi obſtructiones, attenuandiq; humores vim habentibus bibẽdos ægro dare: ac poſtea pharmacis in nona methodo ſcriptis ventrem 11.Metho.

ſoluere

ſoluere.vt viciati ſucci, qui ſanguinis miſsione commoti ſunt, pharmaco educantur. quo ſolet quartana febris in fine aprilis aut maii initio pauſare.

11. Metho. ¶Verum ſi neq; iis febris auſertur. aut in tantum imminuitur, vt veriſsimili coniectura credi poſsit, ipſam ſine vllis aliis medicamentis auferendam. non iterum pharmacis aluum purgantibus curationē exercebis. nam merito tunc ſuſpicatur medicus, ob craſsitiem & lentorem humoris incocti febrem perdurare, quem ſi pertinaciter vacuare tentaremus, magis crudum, ſubtili extracto, efficeremus. ſi quid ergo cōuenire ſine noxa exiſtimamus, lienem & iecur vnguentis reſerantibus obſtructa inungere, linteoq; lotio ægrotantis madido ſuper lienē ponere erit. & parum ante ſtatis initium ſi adhuc febrem vigere nouerimus tertio pharmaco aluū ſubducere. quòd ſi neq; proficiat, per totam æſtatem quieſcere conſulo, ſolisq; relatis in vnctionibus vti poſt primi pharmaci aſſumptionem vſq; in initium autumni præcipio. ſolet enim non laceſsita medicamentis natura vincere morbos, à quibus ſæpius prorita ta ſuccumbit.

13. Metho. ¶Certe quòd ſciā, nullus hæc, quæ ſcripta ſunt, obſeruando ante annū ſanus non euaſit. at quia impoſsibile non eſt, vltra febrem durare. quod potius indecēti victus rationi ægrotantis, quàm morbi naturæ tribuere conueniet. methodo vnica harū prolixarum febrium curationē abſoluo, ea eſt non niſi bis in autumno ſemel, & vere iterū, quartanarii hi purgandi erunt. reliquo tempore ſola conuenienti victus ratione degere debent, & conſueta munia efficere permittendi ſunt.

¶Neq; obliuioni traddo theriacæ vſum poſt coctam materiā ſed hanc non tanti valoris eſſe vt Galenus credidit, exiſtimo. neq; immerito quòd ſciam medicamēta hæc opium ſuccipientia raro in his febribus prodeſſe. quod etſi per aliquot dies febris his ſumptis ceſſet. poſt maiore cum vi reddire ſoleat. euentus enim quem refert Galenus in libello de præſagatione ad poſthumum eudemo contigiſſe, de quo ſupra meminimus. non theriacæ tribuo, ſed naturæ quartanæ. quæ ſpōte ſua ſæpe media hyeme, vt dixi, auferri ſolet. Porro morbus hic, cum à craſſo humore pendeat, nequaquam adeo aptus eſt, per ſudorem, quem theriaca concitat, vacuari, vt per ventrem, aut vomitum. 14. Metho.

¶Frequentiſsime baiulis, & agricolis, ac aliis hominibus quartanam patientibus, immodicisq; laboribus vexatis cōtingit, in fine hyemis aut veris initio, pleuritide vexari, à qua ſi liberantur, nō tātum ſani à pleuritide euadunt, verum & à quartana ſecuri fiunt. hos ergo ſanguinem mittēdo curare auſpicor, quem per quàm vitiatum ſemper extrahi video. neq; ſi valde corruptus ſit, vltra quàm ter vel quater venā ſecare iubeo. quòd virium imbecillitatē per morbi diuturnitatem timeo. hoc ergo medicus agere non contempnat. nam ex huius methodi contemptu non pauca vitæ pericula contingere ſolent. 15. Metho.

¶Scio a diuerſis autoribus diuerſa remedia quartanā proprietate pellētia ſcribi, vt a Dioſcoride cimices lecti, hypericon, heliotropion, pentaphilon, araneus, bugloſon, & multa alia. a Plinio fœniculi & aniſi ſeminis quod tribus digitis capi poteſt in aceto & mellis cyatho vno. 16. Metho

Tlepolemi autoritate laudatur. anemona quoq; & glycirrhiza quin ca. pi.14.li.22.hæc Plini9 ſcribit. ※ Autumnalis vrticæ radice alligata in tertianis ita, vt ægri nuncupentur, cũ eruitur ea radix, & dicatur quæ & cui & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. hoc idẽ contra quartanas pollere. ※ Idem quoq; li.25. ca.8. de cynogloſo dixit, ※ Aiuntq; quæ tres thyrſos ſeminis emittat, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe, quæ quatuor ad quartanas. ※ verũ etſi hæc & plurima alia huius ſortis præſidia a medicis herbarijs referantur ego nullam fidem illis adhibeo. ſuſpicor enim vel ab impoſtoribus vllis hæc ficta eſſe, vt ab innocentibus ægris numos expinguentur, vel aliquibus forte fortuna vllis ex his medicamentis vtentibus contigiſſe febres tunc auferri. quæ etiam ſine ipſis auferendæ forẽt. indeq; exiſtimaſſe vi herbæ febrem ablatam eſſe. nõ animaduertentes. non niſi ex pluribus conſimilibus actibus certa experimenta euadere.

7. Metho. ¶Neq; puto ego vanam eſſe miſsionem ſanguinis factam a manu ſiniſtra ex vena inter anularem & magnum digitum ſita parum ante horã in qua ſperatur acceſsio quartanæ. cum non defuerit author Valeſcius de tharanta ſcilicet, qui plurimos à ſecuratos hoc præſidio viderit. id enim nõ oculta proprietate ſed manifeſta fieri poſſe, certum eſt. quod prodeſſe exiſtimarem ego, dummodo hoc ſeruetur quòd nedum frigus aut rigor cũ vena ſeccatur inſtet. aut in alio tempore quam hyemis fine aut vere fiat.

Caput. lix. De febribus à ſanguine orientibus quas ſinochos ac ſinochas & continentes medici vocant.

CVM in antecedentibus negotium de febribus a bili & pituita, & atra bili tractauerimus. & medelã harũ omniũ ſcripſerimus. conſentaneũ erat iam nunc de febribus à ſanguine ortum trahentibus mentionem agère. præſertim quòd hoc febrium genus frequentiſsime hominibus contingat. & idem non paucas lites medicis pepererit. cum enim fuerint medicinæ profeſſores nõnulli, q ſanguinem nihil aliud eſſe opinati ſunt, q̃ pituitam, bilem flauam, & atram in venis commiſta. quod ſenſiſſe Galenus in commento ſecundi aphoriſmi quarti libri videtur. cum loquens de vacuationibus viciatorum humorum de pituita & vtraque bile mentionem egit, de ſanguine re ab his diſtincta nullam. etiam quoniam ſi alius eſſet ſanguis a reliquis tribus ſuccis rationi cõſonum erat, naturam genuiſſe aliquod medicamentum eundem expurgans, quod non eſt hucuſque inuentum. tertio quòd vt in lacte tãtum ſunt tres ſubſtantiæ butiroſa, ſeroſa, & caſeoſa, & præter has nullum aliud lac conſpicitur. ſic in ſanguine quem ſæpe Galenus inde elementis ac humana natura libris lacti cõparat, præter tres relatos humores nullus alius eſſet conſpiciendus, hi omnes præfatam ſententiam veram eſſe credentes, neceſſario aſſerturi ſunt. à ſanguine quarto humore a trib9 diſtincto febrem nullam oriri poſſe. ſed vniuer-

vniuerſas ab aliquo ex tribus naſci.
& nedum iſti ſed ipſe Galenus in in
numeris locis à putrefacto ſangui-
ne febrem non poſſe procreari fre-
quentiſsime affirmat, à multo enim
& ſupercalfacto ephemeras oriri i-
dem opinatus eſt, à putredo vero bi
lioſas aut atrabiliarias fieri in ſecũ-
do de febrium differentiis capite. 9.
dixit ſcribens. Ex omnibus vero
quæ ſuperſunt, nulla eſſet cõtempla
tio præſtatior, quàm illa in qua que
ri poteſt. nunquid quemadmodum
in vtraq; bile & pituita fiunt quædã
febriũ ſpecies, ita & in ſanguine pu-
trefacto ſolent accidere febres. ſiqui
dem ephemeras eo tantummodo ca
lefacto. non autem putreſcente fieri
dicebamus. in putrefactionibus au-
tem (nam & ſanguinem quandoq;
putreſcere eſt neceſſarium) quæren-
dum quæ nam ſit harum febriũ ſpe
cies. hoc autem inueniri poſſe putã-
dum, ſi prius cognouerimus quo pa
cto ſanguis putreſiat. nam recte ſen
tire videtur Ariſtoteles ab aliena ca
liditate oriri putredinem. vocat au
tem alienam externam, non inſitã
atq; natiuam, in quocunq; genere re
rum. nam hæc coquere apta eſt, ex-
tranea autem corrumpere, quod eſt
putreſcere. calor autẽ extrinſecus
ſanguinem opprimit, & in ſolis deu
ſtionibus & peſtilenti aeris ſtatu, at-
q; vt ſimpliciter dicam in febribus
vniuerſis quacunque ex cauſa origi-
nem traxerint. ſed & quando in ali-
qua corporis parte ſanguis plurimꝰ
aceruatus, eiuſdem corporis oppri-
mit vim. corrumpi cõſueuit. ac tum
præcipue cum in paruis vaſis pro-
pter craſsitudinem obſtruitur, aut
propter multitudinem impingitur.
quemadmodum in inguinũ tumori
bꝰ. ac collectiõibus, atq; vt vniuerſa
liter dicatur, in inflammationibus
vniuerſis. nã in huiuſcemodi affecti
bus duplicem ob cauſam corrumpi
tur ſanguis, & quia ſcilicet nõ diffla
tur & quia à natura non conuinci-
tur. quod ea vero quæ non difflatur
putreſcere ſoleant, indicant exterio
ra omnia, quemadmodum fructus,
& ſemina, veſteſq; præterea, eius ve-
ro quod dicitur, fidem facere poteſt
id etiam quod in laterũ inflamma-
tionibus cernitur, nã quidã in ipſis
ſpumeum, quidam pallidum, quidã
rubeum expuunt liquorẽ. quod ni-
hil aliud eſt, q̃ ea humoris pars inflã
matione exuperantis, quæ retineri
non poteſt. ſed præ tenuitate ſudat
exterius. nonnunquàm vero & niger
liquor ille conſpicitur non ſtatim
ab initio, ſed poſtea quãdo vt pluri-
mũ pallida ſputa anteceſſerint, quæ
bilis exuberantis erant inditia, quẽ-
admodũ ſpumea quidem pituita, ru
bida vero ſanguinem indicant. qua-
re non procul à vero eſt exiſtiman-
dum, ſanguinem ipſum nõnunq̃ in
his quæ inflammationem patiũtur
particulis ſubire putredinẽ. ex qua
ſimplitiores quidem quàm ex aliis
humoribus febres fieri, ſimilem ve-
ro acceſsionum proportionem aſſũ
mere. qualem tertianæ maximè fe-
bres oſtendunt. nam ita in his qui la
terum inflãmationes patiuntur ob-
ſeruatum, quo tempore maxime ra-
bidũ expuunt, quòd ſi ſanguis ſupra
modũ aſſetur pars quidem eius ſub-
tilior ac pinguior omnino in flauã
conuertitur bilem, quæ autem craſ-
ſior, in atram. Quibus innitẽtes
cõpluresmedici proterue aſſeuerare
audẽt. à ſãguine putrefacto nequaq̃
vllam febris ſpeciem oriri: ſed aut
ephemeras eſſe, quæ à ſanguine in-
flãmato oriantur. aut eas quæ à pu-
trido fiunt bilioſas: aut ab atrabili
oriẽtes dicendas. ſed hæc omnia me

ræ nugæ ſunt, quæ & multa alia Galenus exacte phiſicæ ignarus in doctorum mentibus inſeruit. certe ex his, quæ in aductis contextibus ac in ſequentibus vſque in finem citati libri ſecundi leguntur, facile prudens medicus intelliget, ipſum nõ ſciuiſſe quæſitum ſufficienter abſoluere. ideoq; multa impertinentia & quæ ad ſoluendum quæſitũ de febribus ſanguineis parum conducebant. vt puta de inflammationibus à ſanguine prouenientibus, & demodo quo ſanguis & alii humores putreſcunt. etiam de laterum inflammationibus interſeruiſſe. vt etiam parum infra aducta, in vndecimo capite iterum retractat modum per quem febres putridas fieri in libri ſecundi initio ſcripſerat: cum ſtercorum putredini febrium intermittentium humorem putrentem comparat. ſed hæc mittamus, vt ea quæ ad rem de qua agimus attinẽt, paucioribus quàm poſsimus explicemus.

Am ſit ſanguis quartꝰ humor ab aliis tribus diſtinctus.

¶ Primumque quod examinare conuenit, eſt ſcire, an ſanguis tantum dicatur flaua bilis atque atra, & pituita inuenis commiſta: an etiam ſit alius quartus humor ſimul cum relatis in venis cõtentus. quod ne diu immoremur, ſequenti aſſertione abſoluimus. ſanguis proprie dictus in animalibus omnibus ſanguinem habentibus quartus humor diſtinctus à pituita & vtraque bili eſt. vt aer elementum diſtinctum à terra & aqua & igne, cum enim animalia miſta ex elementis ſint. vt in exacta phiſica ſufficienter probabimus. parteſque miſtas terreas, aereas, igneas, & aqueas habeant. quæ tales vocantur. quoniam plus de illo elemento cuius denominationẽ ſortiuntur, quàm de aliis in ſui conſtitutione recipiant, conſentaneum erat, etiam quatuor ſuccos conſimiles relatis partibus viuentis inuenis eiuſdem reperiri, vt eiſdem partes germanæ nutrirentur.

¶ Etiam euentus ipſe docet venã hominis beneualentis ſectam fundere ex ſe ſanguinem qui poſt coagulationem in duas ſenſibiliter diſtinctas partes diuiditur, altera quarum nigra feci rubri vini ſimilis, alia rubea conſpicitur. quæ duæ partes omnino per ſe totas vnicolores non ſunt. nigra nempe non æqualiter nigra per ſe totam eſt, quin pars infima nigrior quàm ſe ſuperior eſt illa ergo melancholia nominatur, hæc autem pituita. cum enim terra cui ſimilis eſt melancholia, grauior cæteris elementis ſit. & poſt eam aqua cui pituita comparatur. ita neceſſum eſt in ſanguine coagulato hos duos humores grauiores infimum locum poſsidere. ſi nempe pituita illa cum ſanguine exiſtens, de qua Galenus ſecundo de naturalibus facultatibus, parum ante libri finem albi coloris non conſpicitur, vt ipſa ſeorſum ſita eſt, nõ niſi quia, melancholiæ nigredine nigra vertitur, vt aqua pauxillo atramento commiſta talis videtur. reliqua rubra pars, quæ ſupremum locum lancis ſanguinem coagulatum continẽtis occupat, nec etiam vnicolor eſt. ſed ſuprema magis retula ignem refert, quæ eidem multo ſimilior conſpicereretur, niſi à parte inferiore opaca lucere impediretur. vocantque nonnulli humorem illum inſuperficie ſanguinis rutilantem choleram rubram. & ſi Galenus hanc non concreſcere dixerit, ſubditumque huic parti humorem ſanguinem, quartum ſuccum diſtinctum à reliquis tribus, dicemus. neque petere licet in humoribus in venis cõſtenti-

tentis, eam puritatem & homonimiam, quæ in elementis, quia cum elementa naturaliter in contraria loca ferantur, nimirum eorũ quodlibet ab alio diſtinctum inueniri, quod quatuor humoribus ſimul in venis commiſtis accidere, nequit.

¶ Neque etiam dubitare prudens phyſicus poteſt cur cum ex muſto vinum defæcatum & ſyncerum ſit, in doliis vinariis feces ſimiles melancholiæ & pituitæ in fundo dolii reſideant, & flos vini bili non diſſimilis ſuperinnatet, & vinum ipſum medium dolii locum occupet. & in venis aut ſanguine nuper coagulato, ille quartus humor, vino germanus, diſtinctus ab aliis non videatur. Quoniam, qui ſapit, faciliter intelligit, muſto illud accidere, ideo quòd poſtquã dolium eo repletum eſt, nõ ſemel & iterum nouum muſtum recipiat, ſed illud quod contentum in dolio eſt, ferueat, & depuretur. & ſanguini in venis contento oppoſitum accidat. Putà ſemper & ſemper ab alimentis quotidie deuoratis & in ſanguinem conuerſis, quaſi nouum muſtum ſanguini priori addi. ipſiq; commiſceri, quo puritas in ſanguine quarto humore fieri, vetatur.

¶ Et quoniã diximus quales ſint quatuor partes ſanguinis per venæ ſectionem extracti, & de aquoſa ſiue ſeroſa parte quæ in ſanguine coagulato innatare reliquis videtur, non meminimus. ideo nonnulla de eadem referre licet: hanc certe partem in venis cum prædictis quatuor humoribus contineri, euentus docent. quilibet enim ſanguis poſt coagulationem illud ſeroſum, ſi nõ poſt paucum temporis ſpatium, ſaltim poſt diem, aut biduum habet, prout enim craſſior aut tenuior ſanguis eſt, ita tardius aut breuius aquoſitas illa à ſanguine ſeiungitur. vidi enim quandoq; ego, ſanguinem ex vena ſecta eductum per viginti & quatuor horas permanere ſine aquoſitatis diſtinctione. hanc ergo aquoſitatem non aliunde factam exiſtimo, quàm ex vino, & aqua, bibitis vel ex aliquibus eduliis humidis, quales ſunt fructus, recenter cõmeſti, ſiue ex humiditate, quæ in quouis alimẽto quantumuis ſicco cum miſtum ſit reperitur. neque inutilis humiditas illa eſt, qui valde proficua, defert enim ſanguinis partes craſſas, quibus melancholica membra nutriuntur in valde arctas poroſitates, in quas ingredi ſine illa non poſſet. diluit quoque taliter lẽtorem pituitæ vt etiam ad neruoſa membra alendum apta ſit. bilis etiam feruorem reprimit. Seroſaque ſuperfluitas hæc vocatur, quòd alere vt materia membra non ſufficiat quæ quoque quandoque alba in aliquibus venarum inciſsionibus, non nunquàm pallida, non raro viridis, alias flaua ſanguini coagulato innatans videtur. quod oriri puto à genere bilis in venis prædominantis. nã etſi verum ſit, quod diximus, ſupremam ſanguinis ſuperficiem rubrã choleram dici, verum quoq; eſt, flauam, vel pallidam bilem contineri in ſanis hominibus, & viridem in ægris. quibus ſuccis ſeroſa ſanguinis ſuperfluitas commiſta, diuerſorum eſſe colorum apparet. pro vt diuerſi ſucci ſunt, quibus ipſa commiſcetur.

¶ Audeo certe dicere, illos bilium tres modos in uenis exiſtere, quia ſæpe experior nõnullos homines nõ tãtũ per menſẽ vnũ aut duos, ſed ad

huc diutius quotidie vomere alterũ illorum humorũ, alios quoque per aluum eoſdem per idem tempus expurgare. quod contingere minime poſſet. ſi in ventriculo, ſiue in folliculo felleo tantum & non in uenis quæuis ex relatis bilium ſpeciebus contineretur. nullum enim ex illis viſceribus capere tam ingẽtem bilis mollem poſſet. Sed cũ hæc alibi fuſsius ſint, Deo permittente, examinanda cõgruum erit, ea dimittere. & ex tã multis locis in quibus Hippocrates palam aſſeruit. ſanguinem quartum humorem diſtinctum ab aliis tribus eſſe, vnicum inde humana natura li. primo adducere. qui huiuſmodi eſt. ※ Dico autem ſanguinem eſſe, pituitam & bilem, tam flauam, quàm atram. atque horum nomina primum quidem lege diſtincta eſſe confirmo, & nulli eorum idem nomen eſſe, deinde natura formas diſcrepare, minimèque pituitam ſimilem eſſe ſanguinis, aut ſanguinẽ bilis, aut bilem pituitæ, qui enim inter ſe ſimilia ſint. cum nec viſu, neque tactu eſſe ſimilia cognoſcãtur. neque enim æquè calida, frigida, ſicca, humida ſunt. Ergo quãdo tantũ inter ſe: & forma & facultate differũt: neceſſe eſt ea nõ eſſe vnũ niſi certe ignis & aqua vnũ ſunt. quòd ea omnia vnũ nõſint, ſed ſuã habeat vnũquodque facultatem, & naturã, vel hac re tibi conſtare poſsit. ſi enim cui homini medicamentum exhibeas, quod pituitam ducit, euomet pituitam tibi. ſin medicamentũ offeras, quod bilem agit, vomet tibi bilem. pari modo bilem purgat atrã, ſi medicamẽtum des, quod moueat atram bilem. quòd ſi is in aliqua corporis parte vulnus accipiat, vt fiat vlcus, illa ei ſanguinabit. atque hæc tibi faciet omnia ſemper, tam die q̃ nocte, hyeme & æſtate, dum atrahere homo ſpiritum, & viciſsim poterit reddere. poterit autem dum aliquo horum non priuetur cognatorum. ※ Galeni decreta de re hac ſcribere importunũ videtur, quòd tot fermè ſint, quot paginæ in eodẽ legũtur, ea ergo tranſgrediamur. & ratiões quibus aduerſi cõpulſi ſunt credere ſanguinem quartum humorem diſtinctum a tribus non eſſe ſoluamus. vt poſtea liberius inueſtigare poſsimus. an à ſanguine febris oriri valeat. an non.

¶ Prima aduerſorum ratio eſt, elici ſcilicet ex Galeni expoſitione in commẽto ſecundi aphoriſmi quarti libri, non eſſe ſanguinem quartũ humorem ab aliis diſtinctum, quia loquens de vacuatione viciatorum ſuccorum, de pituita & vtraque bili mentionẽ egerit Galenus, & de ſanguine nullam. quæ tamẽ nullius valoris eſſe palam conſtat, quòd cum de medicamentis purgantibus ſcribat, etiam de his, quæ ſanguinẽ educunt recordatur. quia omne medicamentum vim ſubducendi aliquem humorem habens primo illud & poſtea bilem vlteriusque pituitam & vltimo ſanguinem ellicit. vt Hippocrates in primo citato libro de humana natura refert ſcribens. ※ Sũpto medicamento quod bili mouẽdæ eſt, primùm bilem, deinde pituitam mox à bili atram etiam bilem, & quidem per vim, tum demum ſanguinem etiam vomunt purum. eadẽ accidunt iis, qui ſumunt medicamẽta, quæ pituitam mouent. primum enim pituitam, deinde bilem flauã, poſtea atram, poſtremo ſanguinem vomunt, poſt moriuntur. ※ Ibi expreſe docendo, a ſumptis per os medicamentis ſanguinem educi. alio etiam modo argumentatio illa diſſol-

Solutio primæ rationis

ſoluitur. quia etſi nullum medicamentum quod ſanguinem expurget à Galeno ibi referatur. non inde ſequi videtur, ſanguinem quartũ humorem diſtinctum à reliquis tribus non eſſe. quoniam notum Galeno erat, illum quartum ſuccum per venæ ſectionem educi poſſe. ideoq; de eodem mentionem non egerit. quibus ſecunda aduerſorum ratio ſufficienter diluitur.

¶ Tertiæ tamen rationi, quæ euentui, quem experimur, inititur, putà in lacte coagulato non niſi ſeroſam & butiroſam, ac caſealem partes inueniri. qua ſimilitudine nō niſi tres humores in venis reperiendi erant, reſpondemus. quartam entitatem ſanguini quarto humori conſimilē, nequaquam in lacte ſeparatam ab aliis inueniri. vt neque ſanguis quartus humor ab aliis ſeiunctus exiſtit, tam ob rationem de ſanguine retro ſcriptam, quàm quòd pars illa, quæ ſanguini ſimilis eſt, medium inter alias partes obtineat, indeque ei contingat, cui vis earundem commiſceri. butiroſam nēpe partem, quæ rubræ choleræ non diſsimilis eſt, tam multum illius partis lactis ſanguini congerminæ habere, apparet, vt dulcis & pinguis euadat, quæ alias amara & tenuis valde futura erat. de his non plura, quoniam prædictis videtur obiecta aduerſorũ ſufficienter ſoluta eſſe. illud ergo à tot annis inueſtigari inceptum. an ſcilicet putridus ſanguis febrem à ſe denominatam efficere valeat, an non diſcutiamus.

An febris ſanguinis cō tingant.

¶ Quid Galenus in re hac ſenſerit præteritis docuimus cum eiuſdem contextum ex fine ſecundi libri de febrium differentiis tranſcripſimus vbi palam dixit vnctuoſum ſanguinis, qui putret, in bilem conuerti, & craſſum in melancholiam. vnde bilioſas febres & quæ per tertios dies affligerent, à ſanguine putrefacto fieri teſtatus eſt. quod autem Auicena de re eadem opinatus eſt, facile eſt videre fen prima quarti capit. 43. de febribus ſanguineis vbi in hunc modũ dixit. ✠ Opinatus eſt Galenus quòd nō fit febris ſanguinis à putredine ſanguinis. nam ſanguis quando putreſit, fit cholera. & non eſt ſanguis. fit ergo tunc febris cholerica. non ſanguinea. & fit cauſon præcictꝰ & tertiana. & curat eā cũ illà cura. hic vero ſermo eius eſt cōtrarius ſermoni Hippocratis. & contrarius ei quod eſt conueniens. & plurimũ quidem erroris eius eſt in ſermone eius. quando putreſit ſanguis: fit cholera. iſte enim ſermo facit opinari duas intentiones, quarum vna eſt, quòd quando putreſit peruenit ad hoc, vt fiat poſt putredinem cholera. ſicut dicitur. lignum quando inflammatur. efficitur cinis, & ſecunda, quòd quando putreſit, tunc fit cholera ſicut dicitur, quòd lignum quando caleſit, fit cinis. cōſiderèmus itaq; in vnamquamq; duarum propoſitionũ. intellectus vero primus eſt corruptæ acceptionis tribus modis. quorũ primus eſt. quòd ſanguis quando putreſit, conuertitur ſubtile eius ad choleram malam, & ſpiſſum eius ad melancholiam: non ergo cum totalitate ſua fit cholera. & ſecundus eſt. quòd illud fit poſt putredinem. & noſtra conſideratio eſt indiſpoſitione putredinis. & tertius eſt quoniam poſt illud fit cholera, & non ſcimus an in ea ſit putredo, an non. nam plurimæ res putreſiunt, & ſeparatur ex eis ſubtile, & ſpiſſum, & non eſt in ſpiſſo, neque in ſubtili putredo. quoniam non eſt neceſſarium vt ſit putridum, id quod generatur

a pu-

à putrido. fit enim ex putredine, quod non eſt putridum. etſi generatio eius à putredine faceret putredinem eius neceſſariam, oporteret, vt eſſet ſpiſſum cinerulentum iterum putridum, eſſet ergo illic febris melancholica iterum. Hoc ergo eſt illud quod facit eſſe neceſſarium expoſitio eius, quod prius intellectum eſt. quod vero intelligitur ſecundo eſt mendatium purum: quoniam putredo eſt via corruptionis. & putredo quidem non habet tempus, & cõuerſio ſanguinis in choleram non fit, niſi in tempore, & putredo quidem eſt corruptio accidens ſanguini, & eſt ſanguis. ſicut accidit phlegmati & eſt phlegma: & non fit cholera neque melancholia, niſi conuertatur poſt illud cum complemento putredinis. Verum veritas ſana eſt ſermo Hippocratis. quòd ex ſanguinis putredine generatur febris. ⁜ His verbis tam multa inculcans Auicenæ interpres, quòd quid velit, non ſit facile intelligere. quin Beluneſi videatur literam illam viciatam eſſe. quam cum conatur corrigere, difficiliorem, quàm præfuit, efficit. Clarius ergo quàm poſsim, rationes, quibus Galeni aſſertio confutatur, proponam. Vt his cum viciato Auicenæ contextu collatis, clare pateat: q̃d Auicena ſcribere debuit & in quo Galenus deceptus eſt. vtq; diſputationis Auicenæ conſimilẽ tenorem ſeruemus. à diſtinctione vt ipſe auſpicari conueniet.

¶ Dupliciter nempè intelligi poteſt, ſanguinis putrefacti vnctuoſũ in bilem conuerti, & craſſum in melancholiam. aut enim quòd ſanguinis aliqua parte putrefacta, ac putrefactione diutius in eadem perſeuerante vnctuoſum eiuſdem in choleram vertatur. & craſſum in melancholiam: aut quòd cum putrefactio in ſanguine ſerpendo procedat, nũc vnam partem, & poſt aliam & aliã occupando ſubtile eiuſdem conuertat in choleram & craſſum in melãcholiã: vt ergo decretum Galeni verum am falſum ſit, conſtet, vter horum ſenſuum verus ſit, examinemus Et primo rationes afferamus. quib9 pateat Galeni decretũ in priori ſenſu verum non eſſe cum ex eo nõnulla impoſsibilia ſequantur. Et poſt quòd nec in alio ſenſu verum dixerit oſtendemus.

¶ Sitq; prima ratio hæc, ſi ideo quòd poſt perfectam putrefactionẽ ſanguinis, ſubtile eiuſdem in choleram vertitur, & craſſum in melancholiam, febris quæ oritur à ſanguine putrefacto. non eſſet ſeruatura alias acceſsiones quàm bilis in quã ſanguis valde putrefactus vertendus erat. eadem ratione, febris, quæ inordinatè vagatur. nõ inordinatè eſſet vagatura, ſed quartanæ ordinem ſeruatura: illationis bonitas patet. quia etiam humor à quo huiuſmodi febris inordinata manat. perſeuerante putrefactione eſt in melancholiã vertendus. vt ſanguis in choleram, vt Galenus credidit. Ergo vt vnctuoſum ſanguinis per tertianas acceſsiones mometur, vtidem Galenus ſcripſit, ſic & febris quæ ſine ordine vagatur. per quartos dies erat aflictura cuius oppoſitum euẽtus docent, certe ex aſſertis à Galeno in commẽto. 29. libri tertii prognoſticorum clare intelligitur ipſum putaſſe melãcholiam relictam ex humoribus aduſtis facientibus febres inordinatas, cauſam eſſe quartanarũ, quæ in autumno contingunt. Dicebat enim Galenus illic in medio commenti. ⁜ Quantum enim humorum ferbuit æſtiuo tempore per febres continuas

tinuas,ac deſiuit in atrā bilem,quodammodo reſtinctum eſt.proindeq; calore febrifeco æger vindicatur, maximèq; quoties ſudores eliciuntur. ſed ſi non antea natura quodāmodo excernat veluti cinerem vehemēter aſſatorum humorum: hic rurſus permanens in corpore & calecens, putrem quandam recipit affectionem: idq; quoties ei accidit,feruendo excitet febrem, à qua rurſus veniente ſudore,pariter cū eo quod ferbuit atræ bilis euanuit. tum rurſus aliæ reliquiæ feruentes, rurſum alteram excitant febrem. cui igitur nondum vnā habeat omne corpus affectionem, ſed atrabilis in quibuſdam partibus inſuper moueatur, in quibuſdam immota maneat,in aliis putreat,aut feruere incipiat, inordinatas fieri febres neceſſe eſt. at vero quoties in cunctis venis eadem fiat affectio,exuperante atrabili, quartana conſiſtit febris. ✠ Vbi atrabilario ſucco genito ex aduſtis humoribus, quartanarum euentum expreſſe tribuere Galenus, vt nos diximus. videtur.

2.Ratio. ¶ Si ideo quòd humor, qui putrefit,in aliam humoris ſubſtantiā per putrefactionem tranſit. non eſt ſeruaturus acceſsiones implurimū conſequentes illius humoris non putrefacti naturam,ſed eius in quem poſt vltimam putrefactionem eſt cōuertendus.vt Galenus teſtatur.Non ergo bilis per tertios,& pituita quotidie,& melancholia per quartos dies eſſent febres effecturæ. illationis bonitas probatur, quia cū pituita aut vtraq; bilium putrefit, iam amittit propriam formam ſubſtantialem & aliam acquirit. ſi ergo illis humoribus inſitū erat per relatos dies moueri,vt Galenus & qui eundē ſequūtur ſæpe fatentur: putrefactis alius accedendi modus erat euenturus,putrefactio enim vt Ariſtoteles dicebat.Quarto metheororū corruptio quædā à præter naturali calido eſt etſi corruptio ergo formæ ſubſtantialis amiſsio,putrefactio eſſe ab Ariſtotele putatur. Si id enim non ſic intelligeret miſtorum corruptionē in vſtionem,& ſenilem exiccationē, & putrefactionem non diſtingueret Ariſtoteles pro vt fecit, vt ergo in vſtione,& vltima per ſenectutem cōſumptiōe ſit deperditio formæ ſubſtantialis miſti ſic in putrefactione contingere debet,vt diximus.

¶Si innumeræ res putrefactæ poſt vltimam putrefactionem vertūtur in res naturales non putridas vt putrefactorum cadauerū corpora ſæpiſsimè in vermes viuentes vertuntur. & iuuēcorum cadauera docuit Virgilius quarto Georgicorum in apes conuerti, incōueniret nihil ex putrefacto ſanguine bilem non putridam gigni, & ſic febris tertiana, quæ ſuccederet poſt ſanguinis putrefactionem,non poſſet vocari putrida. quod aduerſatur Galeni documentis. 3.Ratio.

¶Nempe cū Galenus fateatur ſanguinis putrefacti ſubtile conuerti in bilem & craſſum in melācholiā, non tantum tertianas febres a ſanguinis putrefactione venturas tenebatur ipſe dicere, ſed quartanas quoq;.Vt enim quia vnctuoſum ſanguinis putrefacti cōuertitur in choleram dixit febres tertianas à putrido ſanguine oriri, eadē ratione quia craſſum eiuſdem putrefacti vertitur in melācholiam aſſerturus erat, quartanas febres quoq; à craſſo ſanguine ſimul prouenturas. atq; tam tertiauas quàm quartanas in quauis ſanguinis putrefactione videri eramus experturi,quod non contingit. 4.Ratio.

5. Ratio. ¶ Galenus vndecimo capite libri ſecundi de febrium differentiis experimentis conuictus fatetur. ſæpe accidere febres ſynochas, quas in tres differentias diſtinguit, ſcribens. ※ Earum igitur quæ ſynochæ dicuntur, tres ſunt omnes numero differentiæ, nã quædam earum à principio vſq; ad finem æquales perdurant: quædam paulatim augentur: tertia ſpecies paulatim decreſcit. vnde & nonnulli primas quidem homotonas atq; acmaſticas, hoc eſt in eodem ſtatu & vigore perſeuerantes nominarunt: ſecundas anabaticas atq; epacmaſticas, hoc eſt aſurgẽtes atq; inualeſcentes dixerunt, tertias autem paramaſticas, hoc eſt decreſcentes appellarunt. ※ Sed harum nullæ ex aſſertis ab eodem ſeruant quotidianos, aut tertianos ſiue quartanos circuitus. Ergo huiuſmodi febres non à bili, neq; à pituita, aut atrabili, originem trahere potuerũt, cum ipſe opinetur cuilibet humori propriam redeundi normam eſſe à natura collatam. Indeq; ſupereſſe videtur à ſanguine putrefacto oriri. quod eſſe diſtinctum genus febris ab aliis probare hic curamus. decipitur nempe Galenus cum parum ante contextum citatum ſcribit.

※ Continuarum autem quæ ex flaua bili proueniũt, duplex eſt ſpecies altera earum quæ à continuo feruore ſynochæ appellãtur. quarum vniuerſum tempus in vna conſumitur acceſſione, quæ à principio vſq; ad finem pertingit. ※ Et cætera quia aſſeuerat continuas illas, quæ ſynochæ dicũtur à flaua bili ſemper prouenire. cum ſæpius à ſanguine oriantur.

¶ Sufficienter eſſe improbatũ primum ſenſum orationis illius ſubtile ſanguinis cũ putreſit, vertitur in choleram, & craſſum in melancholiam videtur. Secundum ergo paucisſimis improbemus verbis. nempe cũ ex aliquo quod putreſit, aliquid in fine putrefactionis gignendum eſt, non vere dicimus, illud quod gignẽdum eſt, eſſe, ſed quòd futurum erit. vt cum cadauer ex quo vermes prouenire debent, putret. non dicimus vermes ſunt in cadauere: ſed ex cadauere faciendi erunt.

¶ Merum ergo mendatium eſſet, fateri, quòd Galenus in ſecundo ſenſu affirmat. Putà cum ſanguinis putrefactio ſerpendo in diuerſas eiuſdem partes procedit, ſubtile eiuſdẽ verti in choleram & craſſum in melancholiam, cum illud minime contingat. niſi ſanguini valde & intenſe putrefacto. & in quo diu perſeuerauerat putrefactio. non quando in diuerſas partes repebat, ſed in eaſdẽ vlterius & vlterius intendebatur.

¶ Errat quippe Galenus & quotquot eundem ſequuntur: cum opinãtur, quòd ſtatim vt putreſit ſanguis, & ſi amittat propriam ſubſtantiam vertatur ipſe in cholerã & melancholiam. Nam vt ſupra diximus non niſi perſeuerante in aliqua ſanguinis parte putrefactione, & per notabile tempus durante illud accidit cum tamen putrefactio in inſtanti fiat. certe ſi quidquid putreſit, propriam amittit ſubſtãtiam, vt ſupra loquentes de humorum coctione diximus: & nulla ſubſtantia deſinat eſſe, niſi per primum inſtans ſui non eſſe, manifeſte ſequitur ſanguinem in inſtanti putreſieri.

¶ At vt hæc clarius intelligantur: animaduertere oportet, in quauis putrefactione ſequentia contingere primum id, quod putredinem paſſurum eſt, alterari diſpoſitiõibus qualitatiuis diſconuenientibus formæ

misti

miſti putreſcentis, quibus elementa
à miſtione ſejungi & in propria lo-
ca tendere procurant. qua mala affe
ctione incipiente, miſtum ſuam pro
priam ſubſtantiam adhuc ſeruat, &
minime putrefactus vocatur, ſed al-
teratus diſconuenietibus ſibi diſpo
ſitionibus, nitentibus idem putrefa
cere, dicitur. Vt cum lignum calfit,
alteratum calore diſponente ad ig-
nis introductionem nominatur, &
non ignitum. ſecundum quod acci-
dit, eſt, illa mala affectione intenſio
re facta, & ſummo, quod requiritur
ad putrefactionem adepto, formæ
ſubſtantialis miſti corruptio, nulla
noua forma loco illius genita, ſed
in perfectiore miſto, quod cadauer
(ſi viuum eſt quod putrefit) vocatur,
relicto. Atq; iam tũc putridũ quod
tale paſſum eſt, dicitur. neque incon
uenit, corrumpi aliquam formam
ſubſtantialem, & nullam aliam gi-
gni. cum illud Ariſtotilis primo de
generatione. corruptio vnius eſt ge-
neratio alterius tantum in elemen-
tis perpetuũ ſit, vt alibi docebimus.

¶Et ſi obiiciatur mihi, ſi ergo quod
putret, amiſsit propriã ſubſtãtiam.
nequaq̃ putridus ſanguis, ſanguis vo
cãd9 eſſet. neq; cholera putris chole
ra. & ſic de carne & aliis rebus putre
ſcentibus idem diceremus. quia illa
quæ putrent, ex à me aſſertis, iam de
ſierunt eſſe, quæ erant: at omnes op-
poſitum affirmamus. dicimus enim
eſſe febres à bili, & pituita, & atra bi
li, ac ſanguine putridis. Ergo aut fal
ſum eſt, putreſcentia amittere pro-
prias ſubſtãtias, vt nos teſtati ſumus,
aut ſi illud verũ fuerit: nequaquàm
febres à bili, aut aliis humoribns pu
tridis, bilioſæ, aut atrabiliariæ, aut
pituitoſæ ſiue ſanguineæ denomina
ri deberent.

¶Reſpondemus quidem huic ob-
iectioni nos facilime, confitendo ve
rum eſſe, quod ſanguis putridus, ſan
guis ſimpliciter non ſit, ſed cum ad-
dito & ſecundum quid. & vt vere di
cimus demonſtrato humano cada-
uere. hic eſt homo mortuus: & non
dicimus hic eſt homo ſimpliciter,
vt logici loquuntur. Sic vere dicim9
hic ſanguis eſt putris, cum monſtra
mus ſanguinem putreſcentem, qui
eſt occaſio febris, & non hic eſt ſim-
pliciter ſanguis. tandem vt homo pi
ctus non eſt homo ſimpliciter: ſic bi
lis, aut ſanguis, aut pituita putreſcẽs
non ſimpliciter talis eſt. ſed cum ad
dito: quod Auicena in aducto con-
textu referebat ſcribens. ✠ Et pu-
tredo quidem eſt corruptio accidẽs
ſanguini & eſt ſanguis putridus ſci-
licet, ſicut accidit phlegmati, & eſt
phlegma putridum etiam. & nõ fit
ſtatim cholera, neq; melancholia,
ſed manent ſanguis putridus, & pi-
tuita putris perſatis magnum tẽpus
ac poſtea fit cholera aut melancho-
lia. ✠ Vt ſtatim cum cadauer pu-
tret. non fit vermis, ſed poſtea.

¶Decipiuntur nempe, qui credũt,
putrefactionem eſſe ſimplicem alte
rationem, vt calefactionem, aut in-
frigidationem, & non ſubſtantialis
formæ miſti corruptionem. tam ra-
tiõibus ſupra ſcriptis, quàm quòd ſi
illud verum eſſet, caro putrefacta, &
humor putris non poſcerent, vt æ-
ger à putredine liberaretur atq; be-
ne valeret ſui ablationem. cum ſola
ſimplici alteratione partes illæ pu-
trefactione viciatæ corrigi poſſent,
quod nullus experitur, quin vt mem
brum, quod putrefieri incipit, vlte-
rius non putreat. quidquid eiuſdem
putridum eſt auferre præcipia-
mus. neq; putare, qui ſapit debet, Ga
lenũ tertio tegni aliud quàm quod
nos diximus opinaſſe. Cum ſcripſit
coctionẽ

coctionẽ facere ceſſare putredinem. Non enim ceſſatio illa cõtingit parti putridæ taliter, vt ex putri nõ putris vertatur: ſed aliter. vt putrefactio quæ in alias, & alias humoris partes ſerpendo procedebat ceſſet, & pauſet nullas vlteriores partes putrefactione exedendo. Certe quantũuis calida aut frigida, humida aut ſicca ſit aliqua humana particula. ſiuẽ quæ vis alia res: dummodo nullã ſui partem eſſentialem amiſſerit, poterit immodice calidũ, frigido: & immodice humidũ, ſicco corrigi & curari. quod putrefactis nequaq̃ cõtingit. quin vt dixi, ſola ablatione mederi. cum ergo hæc ſatis probent febres à ſanguine putrido eodem modo, quo aliæ a bili aut alio humore fiunt, prouenire. medelam earundum exarare oportunum erit. & q̃q̃ nõnihil differat medicatio, quæ debetur febribus à ſanguine multo orientibus, ab illa, quæ exercenda eſt, cum febris à ſanguine putrefacto oritur: medelam ambarum vnico capite proponam, dũ tamen ſigna quibus hoc genus febrium cognoſcetur prius exponam.

Caput. lx. De ſignis febriũ à ſanguine multo aut putrido prouenientium: quas continentes ſeu ſynochas Græci vocant.

SI Galeni ſententiã 8. capite libri primi de arte curatiua ad Glauconẽ ſequi indignoſcẽdis continuis febribus vellimus. eo cognoſci has dicemus, quòd nullum adſit in illis ſignũ eorum quæ, in intermittentibus contingunt. Nonnullisq; aliis ſignis illic ſcriptis eaſdem ab aliis diſtinguemus: verum cum nos hic nõ quaſuis continuas, ſed tantum eas, quæ à ſanguine pendent notare velimus. hæc ſigna vt in ſufficientia tranſgrediemur, vnico illius capitis cõtextu trãſcripto, vt errorem quendam literæ eiuſdem vitio vt puto, librarii, aut interpretis ob ortum, notũ legẽtibus faciamus: ac poſt ſigna quibus paulus has febres ab aliis diſtinguit proponemus. cõtextus qui ſequitur eſt. ⁜ Si vero in ſtatu permanentes continuæ febres tertia die maiorem acceſsionem oſtenderint, aut excrementa & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non poſsunt huiuſcemodi febres ad ſeptimum diem terminari. ⁜ Qui non diſiunctione, aut ſed copula, et, ſcribẽdꝰ erat: vt ſẽſus eſſet, ſi febres continuæ tertia die validiores fierent. & excremẽta & vrinæ omnino cruda apparuerint: non poterunt huiuſmodi febres ad ſalutem in ſeptima die terminari: quod verum eſt: vt illud ex codice Galeni tranſcriptum falſum: nã cauſus qui tertia die fortior ſit, & multæ aliæ febres tertianæ continuæ. ſæpe in ſeptima die fœliciter finiuntur. Vt idem Galenus in innumeris locis ſuorum codicum dixerat. Galeno ergo miſſo Pauli ſententiam qui propria ſynochorum ſigna capite. 28. libri ſecundi exarauit referre addecẽs erit cuiꝰ quod ſeq̃tur decretũ eſt ⁜ Cõtinuarũ febriũ, ſynochos Græci appellãt origo ex ſãguine eſt, nũc efferveſcẽte, nũc putrefacto propter obſtructionẽ quapropter acceſsio ipſis adhuſq; finẽ vna ẽ, indicia vero ſũt, pulsꝰ maximi, vehemẽtes, citati, crebri, æquabiles, non mordaces: vrinæ nõ multũ adeo à ſanis recedunt. ⁜ Quippe & ſi antecedentia huius cõtextus à vero non deuient vltima & poſtrema ſententia putà ſynocharũ

charum vrinas non multum à ſano
rũ vrinis recedere,falſa eſt. quod ex-
periamur, in his febribus vrinas val
de rubras & ſpiſſas pluſquàm in vl
lis aliis conſpici. quamuis Galenus
cuiꝰ autoritate paulus aberrauit,op
poſitum,ſenſerit cap.quarto.noni li
bri methodi medendi. Priora autẽ
verba vera ſunt, ſed adeo æquiuoca
& quæ nonnunquã in aliis febrium
ſpeciebus cõtingant,vt oportere exi
ſtimẽ,ex Auicena ſigna afferre,quòd
dilucidius febrem hanc ipſe quàm
alius oſtenderit. Neque verba eiuſ-
dem, ſed tantum ſententiam tranſ-
cribam,quoniam non pauci errores
vicio interpretis, vt reor, in eodem
legantur,hos nẽpe clare noſcet: qui
cunq; paraphraſim hanc,cum anti-
quo contextu contulerit. caput er-
go. 44. tractatus ſecundi fen primæ
quarti ſequentem ſententiam conti
net. ※ Signa febris ſanguinis ſunt
magnam aſsiduam, & æqualem ip-
ſam eſſe, nullum horrorẽ frigus aut
rigorem ſtatis diebus aut noctibus
in eadem conſpici, ſudore per acceſ
ſiones eandem non finiri.Nempe ſu
dor raro niſi in decretoriis diebus
in his viſitur: venæ atque genæ infla
tæ iis febrientibus apparent, & na-
riũ pruritus ſæpe hos infeſtat, quòd
ſanguis per oſcula venarum eiuſdẽ
loci exire conatur. dorſi & colli do-
lor vel eorum alter nõ leuis affligit,
ſynciput & oculi grauedinoſo ac di
ſtendente dolore vexantur.difficilis
eſt his anhelitus,venis pectoris adeo
multo ſanguine diſtentis, vt vix fle-
cti poſsint.ſomnus profundus nõ ra
ro huiuſmodi febrientes opprimit.
maxime cum ſanguis pituitoſus eſt.
moleſtum quoq; eſt illis,loqui,quòd
lingua ſanguinis grauitate ac eiuſdẽ
multa humiditate torpeat.etiã quia
gutur multo ſanguine inflatũ quan
doque loquendi facultatẽ adimat,
contactu etiam febriẽtis hoc genus
febris detegitur: qui enim hac febri
unt,vaporem ex ſe fundere,velut pa
ludes ſolari calore pcuſæ, vidẽtur.
multumq; diſsimiles cauſo laboran
tibus ſunt.cum illi ſiccam cutem &
mordentem calorem habeãt. Hi au
tem humidam & minime mordacẽ,
quòd ſanguis & nõ bilis dominetur.
horum pulſus magni hoc eſt longi,
lati,& profundi tanguntur. veloces
quoq; & frequentes, neq; non lenes
molleſq; viſuntur,quamuis veloci-
tate ac inæqualitate à patiẽtibus cau
ſum vincantur. Vt quoq; magnitu-
dine caloris ab eiſdem & adhuc à la
borantibus exquiſita tertiana ſupe-
rentur. Præſertim ſi qui à ſanguine
febriunt,a multo & non putri ægro
tant. Certe qui putridum ſanguinẽ
præſertim bilioſum pro occaſione
ſuarum febrium habuerint: nihilo
ferme à cauſo laborantibus diſsimi
les erunt: velut qui à multo febriũt,
parum diſsimiles ab ephemerã pa-
tientibus ſunt. cum autem poſt hu-
ius febris initium, alium ſuperuen-
turum morbũ medicus ſuſpicatus
fuerit.Putà anginam, aut phreniti-
dem,vel variolas ex ſignis horũ mor
borum,quæ in illorum propriis ca-
pitibus ſcribemus, quod morbi ge-
nus venturum eſt,faciliter cognoſce
tur. vtrum autem breuis vel tarda
febris hæc futura ſit, ex concoctio-
nis ſignis & aliis quæ in libris de cri
ſi ſcripta ſunt,dicernetur. ※

¶Puto quæ ſcripta ſunt ſigna, ſuf-
ficienter oſtendere febres à ſangui-
ne occaſionem trahentes, quaprop-
ter alia addere nõ decet,ſed his con
tentum lectorem eſſe oportet,& ad-
medendum huic febri accingi tene
tur. dum prius quodam dubium at-
tinens non tantũ huic febri ſed om-

nibus aliis prius abſoluam. quoniã quendam medicum non exigui nominis & ſcolarum primarum magiſtrum eundem torquere mihi retulit.

¶ Dubium eſt. ſi verũ eſſet febres oriri per modũ à me excogitatum; quia ſcilicet cor velicatum ab intẽperie ſãguinis, qui ſpirituũ materia futurus erat, ſeſe atollit in magnas veloces & frequẽtes diaſtoles & ſiſtoles, vt his idem calidius verſum (cũ motus vis ſit miſta calfecere) valeat totum corpus calidius vertere, quo diſcuti inſẽſibiliter aut ſenſibiliter; amplioribus factis calore viis corporis, humor noxius valeat, ſequi videtur, nequaquàm verum eſſe, quod ab omnibus vt indubitatum aſſeritur, tũc cor magnas & veloces ac frequẽtes diaſtoles & ſiſtoles exercere, cum ſe ab immodico calore vindicare vult. vt euentus probare videntur. Omnes enim ob exercitium immodicum, aut immenſum calorem ſolarẽ, vel alterius rei cor velocius & frequentius moueri experimur. qua ſi ſic nitatur cor, ſeſe refrigerare. & immodicum calorem per multum aerem atractum pellere. Cuius oppoſitũ illi contingeret. ſi vera eſſent quæ retulimus: nam potius caleret, & inflammaretur cor, illis velocib9 & frequentibus ac magnis motibus quàm refrigeraretur, aut ſi multo attracto aere illis magnis motibus refrigeretur. & eiſdem conſiſtentia eiuſdem calere vi motus cogeretur: non calidius quam ante magnas & veloces ſiſtoles & diaſtoles euaſurũ erat. Cum tantum plurimus aer atractus refrigeraret ipſum, vt motus calefaceret, atq; ſic neq; febres intenſiores calores naturalibus eſſent, nec natura cordis aſſequeretur, quod optabat, diſcutere ſcilicet morbificas cauſas, & amplas facere vias corporis humani, per quas ſenſibiliter excernerentur noxia.

¶ Quod vt dilucide & aperte dubiũ exponam, neceſſum eſt, prius examinare an verum ſit, quòd doctor ille vt hypoteſim indubitatam & quaſi axioma ſuppoſuit. Putà ſcopum naturæ eſſe cum in magnas veloces & frequentes diaſtoles & ſiſtoles ſe attolit cor, multum aerem inſpirare, vt ipſo immenſus eiuſdem calor refrigeretur, & mitior fiat: & ita rem vt ille opinabatur non ſe habere innumera experimenta probare vidẽtur. primum quòd in ſanis in relatũ vſum inſpiratio & aeris ad pulmonẽ & cor tractio fieret. quod impoſſibile eſſe: vel ex hoc patet, qa ſi cordis calor quãdo pectus & pulmo cõſtructa ſunt, & immediate poſt dilatabuntur, eſſet diſconueniens cordi, quoniam immodicè intenſus, & ob id dilataretur pectus, & pulmo, ac cor, vt per aeris introductionem calor ille mitior fieret: ſequi neceſſario videtur: quòd in fine diaſtoles cordis cor aſſequuturum erit temperiem, quam optabat, remiſſo ab intromiſſo aere iã immodico cordis calore, quo in ſiſtole vexabatur: atq; quòd ab illa temperie diuelli moleſtum & graue illi futurum foret: ægrumq; vocandum in ſiſtole fuiſſet. quòd ad præter naturalem ſibi diſpoſitionem ferretur. qua aſſertione nihil magis diſſonũ: quod enim naturale agens, ſe in præter naturalem diſtemperiem naturaliter motum infert?

¶ Non enim euadet rationem hãc qui fatetur, cordi in dilatatiõe aliã naturalem temperiem conuenire, q̃ eidem in conſtrictione. calidius nẽpe naturaliter eſſe, cum conſtrictũ eſt, q̃ cum dilatatum. non pauci docti viri exiſtimant: quo vitare argumenti noſtri vim hi putant. Dicunt

enim

enim cor conſtrictum, habere calo
rem immodicum, verum ſibi tunc
decentem & dilatatum remiſsioré,
ſibi quoq; conuenienté. vt cordi ho
minis cibo repleti, aut exercitati, a-
lia temperies eſt conueniens, quàm
eidem fameſcenti, aut quieſcenti. ná
etſi hoc verum eſſe fateamur. intel-
ligere nemo ſanæ mentis poterit, à
quo calor cordis cum conſtringi in
cipit, fit intenſior, donec cum con-
ſtrictum cor eſt, omnino calor au-
ctus eſt, poſcens iam per dilatationé
refrigerari. non enim à ſeipſo, cum
hi fateantur cor cupere, cum ſe dila
tat, illum calorem peliere & inſanié
tis naturæ cordis eſſet tam multum
calorem gignere, vt ſtatim corrum-
peret, neq; ab alio, cum nullum mé-
brum in corpore ſit adeo vt cor cali
dum. ſupereſt ergo falſum eſſe, quod
vt verum illi ſupponunt: quáto ma-
gis quòd non pariter bene valet fa-
meſcens, vt ſatur, neq; qui ſuperflui-
tatibus à membris pellendis exerci-
tio eget vt qui, vt decet, exercitio v-
ſus eſt. Et per eandé normá nó adeo
bene valebit qui iam cor conſtrictú
habet, & ob id immodicè calidum,
egens aere atracto, vt refrigeretur, vt
qui dilatatú cor habuerit, nulla re-
frigeratione indigens. atq; vt ſi poſ-
ſibile eſſet, quòd homo ſemper in eo
dem ſtatu permanſiſſet, in quo poſt
alimentum aſſumptum, aut exerci-
tium factum exiſtit id natura procu
raſſet: & neq; in famem neq; in laſſi
tudinem hominem incidere permi
ſiſſet. Sic videtur, quòd eadem: cum
cor dilatatum eſt, & bene ſe haberet,
curatura erat: ne cóſtringeretur, ne
cóſtrictione in minus boná valetudi
nem quàm prior erat, ſe traheret, cú
q; hoc natura efficere nó molliatur,
neq; tentet: ſupereſt in alium vſum
quàm vt cor refrigeretur deſeruire
ſibi cordis dilatationem.

¶ Quod ſi aduerſus dicat, non tan
tum vt cordis caliditas temperetur
dilatatio eiuſdem eſt à natura com-
mentata fieri, ſed etiam vt aer, qui
materia vitalium ſpirituum eſt có-
miſtus ſanguini arteriali in cordis
ſiniſtram cauitatem trahatur. Etiá
quoniam conſtrinctio cordis vitari
non potuerit, vt ſanguis & ſpiritus
in corde geniti ad totius corporis ar
terias diſtribuerétur, & fumi qui vi
caloris ſpirituú ex vaſorum ſuccis
eleuabantur, in aſperas arterias pul
monis pulſi per os expirarentur. ad
quam cordis cóſtrictionem neceſ-
ſario ſequutura erat dilatatio pro-
portionalis ac ſimilis conſtrictioni,
vt ſi valde conſtringi cor accideret,
quia plurimi fumi in corde incluſi
eſſét, valde quoq; dilatari eidem eſ-
ſet neceſſarium: & ſi parum, etiá pa-
rum. atq; quòd q̄q̄ non ex profeſſo
refrigerare per aerem inſpiratum
cordis caliditatem natura velit, ta-
men per accidens illud cordi cótin-
gat. vt nec in famem trahere homi-
né natura vellet, ſed id illi accidat:
quia diſſolui & in halitum verti plu
rimas eius partes ſit neceſſum.

¶ Quam noſtri argumenti euaſio-
nem boná eſſe fateor. quòd ipſa pa-
lam affirmet oppoſitum eius, quod
doctor relatus nobis obiiciebat: ſco-
pum ſcilicet naturæ in cordis dila-
tatione eſſe cor refrigerare: cum ex
prefacta ſolutione clare pateat: id
non fuiſſe à natura procuratum,
ſed accidentaliter cordi cótingiſſe,
non ipſum refrigerari ob maiorem
& frequentiorem, ac velociorem di-
latationem: cum calidius tunc eua-
dere q̄ ante hos motus magnos, & ve
loces atq; frequentes exercitos erat,
ſed ipſum ſic motum calidius fieri
q̄ prius erat, non tamen adeo calidú

aere intromiſſo:vt fuiſſet, ſi non in-
tromitteretur:vt ſi quis dixiſſet,ho-
mo in aere frigido currens calidior
eſſet:ſe ipſo quieſcente in eodem ae-
re.tamen minus calidus, quàm ſi cu
curriſſet in aere calido. qui enim in
aere frigido quieſcentes plus ſe refri
gerari ſentiunt,cum plus aeris deuo
rant,non nobis aduerſantur: nā fri-
giditas illa in guture & non in cor-
de ſentitur. de quo eſt quæſtio,quæ
et ſi in corde ſentiretur. per acci-
dens,vt diximus,illi quieſcenti con-
tingeret, non tamen ſi velociter mo
ueretur. Porro ſi huius doctoris ob-
iectio vllam haberet vim. ex eadem
elliceretur,cor illius qui in aere fri-
gido cōſtitutus exerceretur infrigi-
dandum,&non calore afficiendum.
illatio clare probatur.quòd plus ae-
ris attrahit tunc,quàm cum quieſce-
bat, quod falſum & contra experi-
mentum.

¶Sufficere ſcripta puto, ſatiſface-
re,quantumuis rudi lectori, quanto
magis relato doctori, qui inter om-
nes Europæ medicos merito adeo
præclarum nomen adeptus eſt, vt ſi
ne controuerſia pauciſsimos ſibi pa
res reperiri poſſe, omnes affirment,
ſibiq; Caroli principis ſalutem cu-
randam Rex ipſe conſulto decreuiſ
ſe laudent:atq; prudentiores viri ap
probent. ad medendum ergo febri
ſanguinis deueniamus,& caput pro-
prium methodis diſtinctum, vt no-
ſtri moris eſt,exaremus

Caput.lxi. De medela febrium à ſanguine originem ducencium.

FEBRES has qua-
rū origo à ſangui-
ne eſt, ſynochos
Græci vocant,Pau
lus à cōtinentibus
diſtinguit. cum cōtinentes tantum
dicendas eas exiſtimet, quæ intermi
tentibus finitimæ ſunt, tertiana ſci-
licit et quotidiana et quartana con
tinuæ, ſinochos uero quæ unica a-
cceſione finiuntur. Aetius uero ſer-
mone primo tetrablibi. 2. cap. 70.
nihilo has differre ſcripſit. cū cita
tum caput de febribus cōtinētibus,
ſiue ſinochis ipſe inſcripſerit.ſequu
tus inhoc Galeni voces, capitis terti
noni libri methodi medendi,vbi cō
tinentes et ſinochos febres à pluri-
mo ſanguine oriētes vocat.et quàm
q̃ in hoc relati authores diſſentiant,
omnes ſequuti ſunt normā curatio-
nis ſinochorum à Galeno in relato
libro nono conſcriptam. auſpicātes
medelam à venæ ſectione et vſq; ad
animi deliquium de ſanguine extra
hendo, vt ſequentibus verbis capi-
te.4.noni libri Galenus retulit.

Ergo qui paleſtræ peritus iuue-
nis erat, vbi febricitare hora prima
noctis cepiſſet, poſtridie eum mane
circiter horam diei tetriā vidimus.
cum autem inueniſſem febrem ad-
modum calidam,ſed pulſus æquales
et maximos, et celeres,et frequentes,
et uehementes. tunc caloris qualita
tem, quæ tactum minime morderet
iamvero et urinas tum craſsitudine
tum calore à naturali habitu non
multum aliēas,audiens præterea ho
minem circiter triginta dies exerci
tationis conſuetudinem in termiſsi
ſſe, pridie tamen exercitaſſe vehe-
mentius,et cæterum non multum.
ſumpſiſſe autem ſolitos cibos, atq;
eos concoxiſſe, q̃uis tardè et ægre ut
pote cum febris veſperi occupaſſet,
cum iterum rubicūdus plenus q; ho
mo appareret,atq; etiam plenitudi-
nis ſenſum ſe percipere diceret, faci
ente interim quodam eorū,qui ade
rant,de vena ſecanda mentionem,

viſum nobis eſt eius auxilii conſiderationem in aliud tempus remittere.ſimul vt cercius ſciremus cuius generis febris eſſet, ſimul neceſſario propter eam quæ præceſſerat, concoctionis tarditatem. cum autẽ veſperi ſimilem vigorem tueri febris eſt viſa,ceu nihil ſenſibiliter remittens, ſuſpitio iam erat ſinochõ eſſe, hancq; ex obſtructione,et ſanguinis abundatia, et præ carnis copia ſtipatione.ac cum parem magnitudinẽ per totam noctem febris ſeruaret, poſtero die viſum eſt medicis omnibus, qui eum inuiſerant,ſanguinem eſſe mittendum.diſcordia vero orta de tẽpore,et vincentibus,qui id in ſequentem diem differendum ſuaderent,febris per totum eum diem euidenter viſa eſt vigorem ſuum augere. mox tertia ſequenti nocte, alia quidẽ acceſsio minime incidit, quæ primæ ad portionem reſponderet: erat tamẽ æſtus ipſe laboranti intolerabilis:vrgebatq; tum tẽſio totius corporis, ut pote repleti: tum capitis pulſatio:atq; ob hæc grauis vigilia.iuuene in aliam alias ſe figurã iactante. itaq; cum vltra ferre non poſſet, hora noctis circiter octaua mittit ad me miniſtrum, rogatq; ad ſe ocyus veniam. ipſe annuo, atq; abeo: inuenioq; febrem calidiſsimã, pulſumq; qualem predixi.quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, neq; inipſa caloris qualitate indicium aliquod humorũ putreſcentiũ apparuit: optimũ factu viſum eſt venã incidere,anteq̃ putredoinciperet.auferro itaq; ab homine eo vſq; de induſtria ſanguinẽ, quo ad animo linqueretur. maximum plane vbi valentes vires ſunt, continuæ febris remedium, id quod tum ratione tũ experientia didici.parum nanq; in contrarium ſtatum agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratũ. hoc vero nemo inuenire poteſt,neq; quod ipſis ægris, neq; quod naturæ quæ animantes gubernat, iucundius vtiliuſue ſit. poſtmodum in eiuſmodi corporibus neceſſario ſuperuenit alui deiectio, nonnunq̃ etiam bilis vomitio, quas res ſtatim à toto corpore madores ſudoreſue excipiunt,quæ nimirum omnia cum huic quoq; contigiſſent:protinus febrem extinxerunt.ſic vt quidam ex iis qui aderant iugulaſſe me febrem per iocum dicerent, vnde omnes riſimus. ❧ Vtrum autem vera methodus an falſa relata ſit, nonnulli dubitauere. neq; ſine vllius authoris decreto oppoſitum aſſeuerare auſi ſunt. aſſerunt enim qui tam largam ſauguinis miſsionem conferre negant. Raſim trigeſsimo continentis capite ſecundo tractatus quarti qui poſt tranſcriptum Galeni contextum à nobis ductum,dicit ſequentia verba. ❧ Magnæ ſagacitatis eſt nõ ſubtrahere ſanguinẽ ſubito vſq; ad ſincopim, ſed ſecũdare phlegmotomiã extrahẽdo prima vice medietatẽ,etin ſecũda reliquã etſi neceſsitas te inducit ad ſub trahendũ febre nõ dum declinata. ſudore et fluxu non præcedentibus audacter reitera. ❧ neq; nõ Auerroim ſeptimo coliget capite 8. adducũt, qui quatuor rationibus probare conatur ſanguinem vſq; ad ſyncopim nõeſſe educẽdũ. Prima huic nititur fundamento.rectam medendi artem ſemper imitari naturam recte operantem. cumq; humana expultrix vis recte agens nunq̃ tãtum ſanguinis per narium, aut vteri ſeu ſedis venulas excernat, vt æger in animi deliquium incidere, permittat. neq; arti hoc dandun,videtur. ſecundam rationẽ ſequentibus verbis coligit. medicus qui à multo ſanguine febriente educere quod plus iuxto ſanguinis in eo

dem redundabat conatur. vltra nihil eſt extracturus.ſed cũ ſic venam ſecuerit nõ ſolum febriens in ſincopim nõ incidet. verũ ſarcina multi ſanguinis à vaſis educta melius habẽs, ſanus ſentietur. ergo vlterius ſã guinem ellicere, et in ſincopim tali eductione ægrũ trahere, noxiũ & ſine methodo erit. Tertia ratio ſcopo Gal. infrigidare ſubito per animi deliquium febrientem procuranti aduerſatur. quòd refrigerationem illam per accidens cõtingere teſtetur. quam periculoſam Auerrois cenſet: & ſecurius aliquid extranei caloris manere in febriente. q̃ toto per ſincopẽ eiecto frigidũ relinquere putat Quarta timori imbecillitatis virtutis naturalis inititur. inquit enim cum ſuſpitio non leuis in huiuſmodi ægris ſit, promptum putredini aliquid ſanguinis illorum eſſe. oportebit vires aſſeruare, vt ſufficere poſſint prohibere ſanguinis incepti viciari putrefactionẽ: & viciati excretionem exercere, ſed animi deliquio oppoſitum ſit, ergo vitari à perito medico totis viribus debet.

¶ Non tam leues relatæ rationes ſunt, quòd prudentes medicos adeo nõ terruerint, vt præceptum Galeni contemnere libẽter decreuerint: & nedum illud exequi nonnulli docti veriti ſint, verum & indocti, quoties ſperant ſyncopem venturã, ſucco mali punici, & aliis medicamentis eandem vitare curent. quis enim tã ſtultus eſt, qui audeat adeſſe ægro à quo ſanguis mittitur. & ſincope deploratum ab aſtantibus febrientem alacri vultu conſpiciat. nemo certe niſi ſtupidus & amens. maxime cum nonnunquàm à plebe narrentur infœlices exitus ob huiuſmodi animi deliquia prouenientes. quòd ergo exercere in his febribus ſoleo, Raſis conſilium ſupra ductum eſt, non Galeni. nam vltra ſcriptas Auerrois rationes non parum me mouet, aperte videre, Galenum deceptum fuiſſe, credẽdo ſincopem cauſam vomitionis bilis fuiſſe. in iuuene illo de quo. 9. methodi medendi meminimus. atq; in quibuslibet aliis ob immodicum ſanguinem miſſum in febre ſanguinis cõtigerit. cum potius proxime adeſſe bilis vomitionem, ſincopem afferre ſoleat: & vomitio ipſa à ſincope releuet. quàm ſincopis vomitionẽ, afferat. quôd humores & ſpiritus ad exteriora vomitio moueat. ſi ergo ad vomitionem bilis concitandã ſincopis minime prodeſt. & ad alui deiectionem minus: nã raro niſi in his qui morituri ſũt, aut illis qui in decretoria die ſunt conſtituti. accidit poſt animi deliquium ventris purgatio: neſcio cur illud procuretur. ſudores q̃ppe quos Galenus narrat potius antecedunt animi deliquium, quàm ſequantur (niſi per accidens) quoniam à cuti ad interna corporis, & nõ ad cutim ſincope moueantur humores. infrigidari quoq; ſubito totum corpus ſincopis violentia, vituperabile potius in febrientibus quàm laudabile exiſtimo. quia frigore diſcuti & in halitum ſpirare, viciati ſucci prohibentur. neq; ipſe Galenus in euentu à ſe relato id negare potuit. ſudoribus enim & non frigore ſincopis, expulſam à iuuene febrẽ faſus eſt. quos non frigidos ſed calidos fuiſſe certũ erat. per accidens ergo & non per ſe in narrato à Galeno euentu ſincope à febre iuuenis ille euaſit. quæ medẽdi methodus non approbãda ſed vituperanda à peritis medicis eſt: quippe ſi ideo quòd immodico ſanguine miſſo à iuuene cui medebatur Galenus, vitales & cæteri ſpiritus ad præ

cipua mēbra retracti exteriora exanimata relinquentes poſtea valuerunt,cum tāto vigore in totum corpus diffundi, quòd humores noxios per vomitum & inferiorem ventrē ac ſudorem excernere vis expultrix potuerit. quoniam iuuenis ille validarum virium eſſet, ac humores excerni prompti: non ob hunc fœlicē euentum ſuaſſurus erat Galenus in omnibus febribus à multo ſanguine occaſionem trahentibus,idem faciēdum.cum contingere ſæpiſsimè poſſit, inueniri febriētes minus validas vires habentes, & in quibus viciati ſucci non adeo prompti eſſent,per relatas vias oris & ventris & cutis vacuari.quibus ſincopis non exigua incommoda pareret. Certe ſi effectus qui ob accidens contingunt, imitandi forent.liceret in pleuritide à bile aut ſanguine proueniente, meracū vinum febrientibus dare. quòd non raro contingat ruſticanis hominibus hunc morbum patiētibus, vino ingurgitari, & parū poſt ebrios verſos,ſomno profundo teneri, ingentemq; ſudorem de ſe fundentes, ſanos & à morbo liberos euadere.& alia innumera quæ aberrando fœliciter cedunt,quod nullus qui ſapit,vnquàm fecit. timens ergo ne ſincope correptus ab eadem releuari,non valeat, aut poſtq̄ ab ipſa reſurrexit, adeo imbecillus maneat,vt morbo reſiſtere,velut iuuenis ille non poſsit, medicos hortor in ipſam febrientē incidere ſanguinis miſsione nunq̄ procurent.cum tāta ſanguinis extractio ſine tanto vitæ diſcrimine per duas aut tres venæ ſectiones in vna die ſi expedierit,fieri poſſet.neq; verendum propter tam exiguam morulam ſanguinē viciandum & corrumpendum. cum ipſe Galenus in euentu à ſe narrato diſtuliſſe dicat ſe,pluſquàm per diem venam iuuenis illius ſecare.ſcio nonnullos obiecturos mihi quòd ego verear,quæ timere vt impoſsibile prudens medicus non debet, vires ſcilicet eorum, qui à multo ſanguine febriunt inualidas poſſe eſſe. teſtemq; Galenū in relato nono lib. afferent. qui capite quinto ſequentia verba ſcripſit.

※ Si quidem copia illa ſanguinis, quæ plenitudo quo ad vaſa dicitur, cum bonitatem ſuam ſeruat,vt pariter augeri cum robore virium eſt nata.ita ſi quādo has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem nature amittet.※ In quibus palam fatetur, toto eo tempore quo ſanguis innoxius augetur, vires quoq; augeri. verum illis,qui nos obiurgant, facilè ſatiſfaciam. admittendo vt verū, quod ex Galeno adducunt,quia præſens locus non permittit, an verum vel falſum illud ſit,examinare.negādoq; nos dixiſſe, imbecillos eos eſſe, qui plenitudine quoad vaſa laborātes febriunt.ſed hoc dumtaxat. poſſe ſcilicet accidere ſanguinem mitti, ab imbecilliore, q̄ fuerit iuuenis ille, cui medebatur Galen. & quod vt licuit illi, à ſyncope releuari, & vomitu deiectioneq; ac ſudore à febre liberum fieri,ita imbecilliori idem nō permitti, quod ſi accidiſſet in vitæ periculum incideret ipſe, nemo enim niſi qui delirat, negare poteſt. non omniū qui à ſanguine multo febriunt,pares vires eſſe.

¶ Porrò temere non agere mihi videor:ſi ex aſſertis à Galeno in citato contextu cap.tertii noni lib.methodi medēdi ellici aliqua ratio cōtra eiuſdem opinionem de eſſe febrium hecticarum de quibus in ſequenti capite, Deo concedente, dicturi ſumus,poſsit. quæ noſtra placita roboret, ſi eam elliciam. maxi-

me cum talis ſit,quòd diſſolui minime valeat. fatetur enim ibi Galenus iuuenem illũ à quo plurimum ſanguinis extraxit, in ſyncopẽ incidiſſe. frigidumq; tunc vniuerſum corpus eiuſdem manſiſſe.quod minime accidere,febrienti hectica febre potuiſſet,& ſi ab eodem tantus ſanguis & pluſq̃ à iuuene relato educeretur. neq; vllo modo hecticus quantumuis graui ſyncope corriperetur, frigidus fieri poſſet. ſi verum eſſet, hecticam febrem à nullo viciato ſucco in uenis,aut aliocorporis loco cõtento pendere. ſed membris humanis infixam eſſe. vt ipſe Galenus primo de differentiis febrium & in libello de inæquali intẽperie & multis aliis locis dixit. nam febrilis ille hectici *calor*. nõ intẽſior natiuo eſt (vt *Gale*.putauit) quoniam humor putridus ſua putrida fuligine membra calfecerit. ſed quia à ſole vel ira aut alia quauis cauſa tãtus calor mẽbris inductus eſt. vt nullo extrinſeco humore putrente egeat, ut aſſeruetur in membris. ſed ab ipſa intẽperie hectici,quam qualitatem ſecũdam Vgo ſenenſis vocat. ille calor conſeruetur.modo cum in ſyncope quãtumuis ſpiritus & ſanguis totius corporis ad arces putà cor, iecur, & cerebrum, retrahantur. temperies quæ idem eſt quòd complexio retrahi non poſsit, cum accidentia non migrent de ſubiecto in ſubiectum, vt philoſophi inquiunt.manente ergo eadem temperie,in neruo,carne, & oſſe,& aliis ſimplicibus particulis vt neceſſario manet. & eundem febrilem calorem productum ab eadem manſurum quoq; neceſſario fateri Galenus cogetur.ſed euẽtus probat hecticos ſyncope correptos frigidos fieri, vt iuuenis ille cui Galenus medebatur.ergo falſum eſt Gal. aſſertum, dici ſcilicet hecticam febrem eam, quæ febrilem calorẽ habuerit,in dependentem à malis ſuccis.quin omnes febres ab aliqua corporea cauſa oriri, vt nos in principio operis huius cum librum de inæquali intemperie expoſſuimus probauimus: indubitatum deinceps eſſe habendum,certum erit.

¶Certè non euadet rationẽ hác. qui dixerit, noluiſſe Galenum hecticam ſebrem in alia particula corporis,quàm in corde infigi.ibiq; tantũ à nullo pendere humore viciato, & quòd immodicus calor hecticorũ à cordis immodico calore calfaciente plus iuſto ſanguinem & ſpiritus fiat, qui cũ in ſyncope deficiat: quoniã ſanguis et ſpiritus in cor retrahuntur totum corpus refrigeretur. nam illud,Galenum noluiſſe, manifeſte probant,innumeri loci in quibus affirmauit, hecticas febres minime doloroſas eſſe. & rationem exhibens dixit. quia membris infixus & habitualis ſit illorum calor.quod eſſe nõ poſſet. ſi earum calor a ſanguine immiſo à corde penderet.nam à membris ab eodem ſanguine calfactis, nõ aliter q̃; vt ignis vel alterius rei calor inductus eſſet percipendus. etiam ob aliam rationem euaſio relata nullius eſt valoris,quia impoſsibile erat Galeni ſentẽtiam de hecticis febribus, quam primo de differẽtiis febrium ſcripſit.apparenter verã eſſe,iã quòd re mentiretur niſi explicaretur, vt ab Vgone eſt explicata.modo qui Vgonem ſequutus fuerit.nequaquàm ſaluare euentum illum de hecticis ob ſyncopem refrigeratis valebit, vt ratio parum ante adducta probat. ſuper eſt ergo tam Galeni quàm Vgonis expoſitoris opinionem de hectica febre præſenti ratione & aliis in commento lib. de

inæquali intēperie à nobis ſcriptis
improbatas manere.

¶ Connari enim Vgonis decretū
aliter tueri. dicēdo ſcilicet hecticos
ſyncopem patientes ab aere cōtinē-
te refrigerari. quoniam calor immi
ſus à cordibus eorum in totum cor-
pus per venas & arterias: atq; calor
ille, quem temperies qualitas ſecun
da hectici producit in membra hu-
mana, ſimul valeant reſiſtere aeris
nos continentis frigiditati, & eorū
alter ſolus non valeat. ideoq; ſynco-
pe refrigeretur hecticus, quoniā re-
licto calore genito à temperie quali
tate ſecunda ſolo, & ſine alterius co
mitatu, quia alter ad cor redierit, re
frigeretur hecticus: nihil prodeſt.
nam obiiciam ego, quid ſi hecticus
in tēpore æſtatis in aere calido ſyn-
copem pateretur? nonne tunc refri
gerandus? aut non eſſet? ſi fateatur
refrigerādus. ratio noſtra procedet.
nam infrigidatio illa nō ab aere in-
frigidante proueniret, quo aduerſus
noſtri argumenti vim fugere credi-
dit. atſi petulanter teſtetur refrigerā
dum non eſſe. iam euentus negare co
gitur. qui audiēdus in re phyſica nō
eſt. hæc ſufficere in præſentiarū vi-
dentur. cum aliâs fuſius de his egeri
mus. tranſeamus ergo ad proſequen
dam medelā febris à multo ſangui-
ne orientis, & mox tranſacta præſen
tis febris medela, vt diximus caput
de hecticis ſcribemus. & methodus
ſecunda ſit.

¶ Adeo neceſſariā ſanguinis miſ-
2. Metho ſionem in his febrientibus eſſe, vt
quod Auicenæ viſum fuit, ſcilicet
deficiente vena in brachio & cruci-
bus à qua mitti ſanguis poſsit. pro-
pter aliquod naturale, aut acciden-
tale impedimentum, licere ex fron-
tis vena ſangninē mittere, & ſcapu-
lis ac reliquis corporis partibus cu-
curbitulas admouere approbemus.
quid verum horum prius faciendū
ſit, ſi ſors huiuſmodi ægrum curan
dum obtulerit: indubium venit, mi-
hi autem videtur, venæ frontis inciſ
ſionem prius exequendam, tā quòd
ex ordine ſcripturæ Auicenæ illud
colligi valeat, quàm quòd inciſio ve
næ magis vniuerſalis euacuatio q̃ in
ciſsio cutis & carnis ſubditæ eſt. ne-
q; verendum, per venæ frontis inciſ
ſionem ad caput trahēdum reliqui
corporis ſanguinem. dummodo pa-
rum poſt venam ſectam cucurbitu-
læ tibiis, ſcapulis, ac brachiis affigā-
tur. hæ enim quod ad caput reperet,
deorſum trahere valebunt.

¶ Quanuis non parum prodeſſe 3. Metho.
his febrientibus aquæ frigidæ potū
ſciam, tam quòd euentus id doceant
quàm quòd Galenus quinto capite
decimi methodi medendi dixerit.
Maxima vero continuarum fe-
brium remedia hæc duo ſūnt, detra
ctio ſanguinis & potio frigida.
Poſſe tamen inertiam medici indo-
cti, qui ſanguinem ab huiuſmodi fe
brientibus non extraxit, aut inobe-
dientiam ægri. qui medico iubenti
venam ſecari obtemperare eidem
noluit. ſola frigidæ potione reſarci
ri, vanum eſſe reor. quin maiora in-
commoda afferre largum, & vſq; ad
ſaturitatem aquæ niue infrigida-
tæ potum, illis quibus in principio
vena ſecta non eſt, q̃ commoda cer-
tum habeo. nempe cum differtur ve
næ ſectio, ſanguis vi febrilis caloris
plus iuxto aſſatus, neceſſario craſ-
ſior q̃ erat vertitur. qui frigido potu
aſſumpto, indubie adhuc craſsior
fiet, ſed adeo craſſo ſanguine facto
obſtructiones & mille alia incom-
moda ſunt oritura. merito ergo nos
id vituperamus. & fieri prohibemus
niſi per coctionem ſanguinis, prius
attenua-

attenuatus.vt Galenus voluit,fuerit
de his nihil plus.quoniã antea hæc
fuſſe tractauimus.

¶ Neq; contemnẽdum Aetii pra
4.Meho. reptum videtur. qui cum ſanguinẽ
mittere in hac febre iubet, cauet ſi
per emorrhoïdes, aut vterũ ſanguis
fluere paratus ſit.tãtum eius in cor-
pore ægri relinqui quantum vacuã-
dũ per relatos locos ſuſpicatus me-
dicus fuerit. ne ſi vena ſecta totꝰ qui
redundat extrahitur, & natura per
cõſueta loca quem ſolita erat excre
uerit. immoderatior ſanguinis ex-
cretio fiat.

5.Metho. ¶ Placuit Galeno exprimere capi
te quinto ſuperius citato qua die ab
initio morbi, ſanguine nedum iuſu
medici educto, poſsit ſine noxa elli-
ci, dicens. ⁂ Optimum igitur fa-
ctu eſt (id quod nos ſemper in re qua
q; facere vidiſti) ſtatim non numero
dierum, ſed vniuirium robori, in fe-
bribus eius generis attentũ eſſe: quip
pe quod ſi ſeruatum eſt, non ſolum
ſexto ſeptimoue. ſed etiam ſequenti
bus diebus ſanguis eſt mittẽdus. ⁂
At cum non exprimat Galenus hic
quoto die ſequenti iam non liceat,
ſanguinem mittere. mihi pertinere
videtur, illud explicare, ne parũ exer
citati medici putent. in quauis die
poſt ſeptimam ſanguinis miſsionẽ
vtilẽ eſſe. ſiſi decreto Galeni qui in
præſenti contextu dixit: ⁂ Non ſo
lum ſexto ſeptimoue, ſed etiam ſe-
quentibus diebus ſanguis eſt mitten
dus. ⁂ Neq; de hoc certã & quam
tranſgredi non liceat methodũ pro
ponam, ſed quandam coniecturalẽ
veritati proximam exarabo. Dico
ergo in his continentibus febribus
a multo ſanguine originem trahen-
tibus, licere venam ſecare vſq; in vi-
geſimum diem. in vlterioribus vero
venã ſcindere, nocere potiusq̃ pro-
deſſe, in plurimum exiſtimo, quia
quanuis in intermittentibus non ra
ro contingat, poſt quadrageſimum
diem ſanguinem miſſum prodeſſe.
vt Auicẽna quarta fen primi cano-
nis capi. de phlægbotomia ſcripſit,
& nõ ſolum poſt relatos dies, verum
poſt quinq; vel ſex menſes in quarta
nis & nothis tertianis conferre ſan-
guinis miſsionem euentus doceant.
in ſynochis minime competere ma
nifeſtum eſt. quoniã nulla ſynocho-
rum tã diu durare poteſt, quia mul-
to ante æger peribit, & quia in aliud
febris genus ipſa iam tunc tranſiſſet
ſanguine cum tam larga moravicia
to, & in aliud ſucci genus conuerſo,
& a febri viginti dierum in melan-
choliam craſſam redacto, quo inha
bilis per venæ ſectionem educi rede
tur vt in genericis methodis ſupe-
rius ſcripſimus.

¶ Quamq̃ Galenus in his febribꝰ 6.Metho.
ac aliis morbis a multo ſãguine pro
uenientibus, plurimum laudet ſan-
guinis defluxum per narium venu-
las. ego qui ea tãtum ſcribere decre-
ui quæ vera eſſe rei medicæ per qua
draginta ferme annos incubendo ex
pertus ſnm. non adeo vtilem vacua-
tionem hãc eſſe, fateor, vt ſudor vel
alui purgatio. in nariũ enim deflu-
xu tenuis & purus ſanguis ſæpius de
fluit, quia in altiorem corporis lo-
cum non niſi leuior ſanguinis pars
aſcendere valet, craſsiorquè in venis
relictus fouere febrem non deſinit,
at cũ tantus qui defluxit eſt, vt vter-
què exiſſe exiſtimetur. non raro in
hydropem aut ſaltem malum cor-
poris habitum incidere febrientem
vidi. medicis ergo conſulo, ne equo-
rum vel porcorum ſectis, aut aliis in
ſtrumentis narium venulas ſeccanti
bus, defluxum illum incipientẽ pro
ſequi cogant: nec hac methodo præ
cipio

cipio, quod incipientem defluxum
hunc medici ſiſtere procurent. cum
non raro ablata non ulla portione
ſanguinis multi aut viciati, & poten
tiore facultate expultrice ægri per
ſanguinis excretionem relicta, craſ-
ſum per aluum & tenuem per ſudo-
rem vacuare, natura valeat. Decere
tamen credo. fluxum ſanguinis im-
moderatum fieri incipientem, per
venæ brachii aut tali inciſionē vnã
aut duas, vel plures, & aliis remediis
ſiſtere, potiuſq̃ naturæ arbitrio cõ-
mittendo, eouſq; defluat permitte-
re. donec ſuſpicio de immoderata
iocinoris debilitate adſit ſalubrius
eſſe.

9. metho. ¶ In balneum deſcendere febriē-
tem hoc febris genere omnes laudãt
Galeni authoritate perſuaſi, qui id
feciſſe in iuuene illo quem per ſan-
guinis miſsionem vſq; ad ſyncopem
ſe curaſſe ſcripſit. ego autem qui ſu-
perius faſus ſum, nunq̃ hoc præſidio
vſum fuiſſe. quòd balneorum vſus a
pud Hiſpanos exoleuerit, vtrũ pro-
ſit vel noceat euentibus innitēdo di
cere non poſſum. Ratione autem du
ctus, prodeſſe potius quàm obeſſe cõ
iecto. cum enim ſudoribus aſsiduis
ſoleat hæc febris ſæpe diſcedere, &
ægrum liberum relinquere, vero ſi-
mile erit, balnea quæ ſudorem con-
citant, prodeſſe. etiam quòd ſanguis
in ambitu totius corporis redundãs
(multa quippe magna vaſa in exte-
rioribus ſita ſunt) ſatis proximã ha
beat cutim, qua expurgari à fæculen
to facilius quam per vllam aliã cor
poris partem valebit. quod quamq̃
ita vti refero verum ſit: tamē in ini
tio & cum coctione nondum ſeiun-
ctũ viciatũ à puero eſt, non licet bal
neis vti, ne plus permixta, quã erãt,
noxia in noxiis reddantur.

8. metho. ¶ Aluum expurgare in his febri-
bus competere nulli dubitauere. cũ
Galenus adeo hoc procurauerit, vt
ſanguinem mitti ab his non conce-
dat, donec cruditates ventris conco
ctæ & vacuatæ ſint. Quibus autem
pharmacis aluus expurganda ſit. A-
uicena notauit, Galenus, Paulus, Ae
tius, de his nullam mentionem egiſ
ſe videntur. Ego iam in antecedenti
bus methodum genericam quandã
dictaui, qua præcepi in ſecunda die
à cuiuſuis febris continuæ citra in-
flammationē in vaſione caſsiã in fi-
ſtularem bibant febrientes, quam e-
tiam his dare conſulo, & Auicenæ
pharmacis vtens, ſuccum mali pun
nici dulcis & accidi cũ manna poſt
ſanguinem bis vel ter miſſum, nec
non mannam, ac tamaros indos, &
pruna damaſcena, macerata in flo-
rum infuſione bibãt præcipio. à me
dicamentis vero, quæ ſcamonium,
aut agarycum, ſeu cnicũ, & alia hu-
ius farinæ recipiũt, fugere in princi-
pio, caueo. ſecus in fine cum ſangui-
nis feruor iam ſedatus fuerit, vt quo
q; à Rhabarbari conſiſtentia & my-
robalanis in initio etiam febris fu-
gere debemus, poſtquàm autem al-
uus ſponte ſua vel rebus lubricũ ven
trem facientibus, lenis facta eſt, vti
myrobalanis & Rhabarbari cõſiſtē
tia licebit. infuſione nempe rhabar-
bari leuiter expræſi, caſsiæ fiſtulari,
aut mannæ, ſeu damaſcenis prunis,
adiũcta, vti in primis pharmacis nõ
veto. cum relatis medicamentis rha
barbari infuſio cõiuncta exiguam
aſtrictionem habere valeat. 9. metho.

¶ Vti in quauis die poſt primum
clyſtere feces infimi ventris expur-
gans cliſmis lenientibus confectis
ex decocto violarum purpurearum
& maluarum, ordei, glyzirhycæ, &
aliorum conſimilium medicamen-
torũ, in quo caſsia fiſtularis, & oleũ
roſatum

roſatum,& violatum, & ſaccharum rubrum, diſſoluantur, neceſſarium eſſe, exiſtimo. niſi aluus ſatis lubrica ſine his eſſe videatur.

10.metho. ¶ Alimentis in prioribus diebus pauci nutrimenti, & leuis concoctionis, & quæ nõ multum humiditatis habeant veſci, hos febrientes conſulo. nam hi qui multo ſanguine nedũ putrefacto abundant, in initio morbi nõ adeo debiles ſunt, vt craſsis egeant alimẽtis. neq; adeo ſicci vt humectari deſiderẽt. cum ſanguis ipſe ſatis humidus ſit, & febris nondum in primis diebus tantum potuerit, exiccare, quòd æger humectantibus indigeat, cõferunt ergo acetoſa. herba oxalis, vocata ac punica mala parũ acida, & lenciũ iuſcula, & cucurbitulæ, rhoe culinario, & õphancio, præſertim conditæ, rhus enim obſoniorum & omphancium iis febrientibus conducunt. niſi de eorum aſtrictione timeremus, quapropter aliis alimentis quæ vim leniendi ventrẽ habuerint adiũcta, vtiliter ægris deuoranda conceduntur, coriandrum quoq; in eundem vſum laudatur. & inter fructus pira. & acida mala, & intibum, aranciorum & mali medici acidus ſuccus omnia alia alimenta bonitate antecedit. & quòd frigidus & ſiccus ille ſit, & quòd vim roborãdi cordis vires habeat. poſt tres aut quatuor ab initio morbi dies, prudens medicus recte conſulit. huiuſmodi ægris comedere ius pullorum gallinarum, aut perdicum, cũ panis micis, & carnem ipſam cũ oxalide, aut intibo, vel coriano (niſi timor lethargi venturi vſum coriani vetet) decoctam. præſertim illis quibus comedẽdi appetitus deiectus nõ eſt, & illis de quorum imbecillis viribus timemus: reliqui enim qui ab alimentis oborrent, & vires robuſtas habent, nutriendi niſi leuioribus & his quæ primis diebus conceſsimus (qualia ſunt, ius lencium, & poma aſſa, & alia conſimilia) non ſunt. hos nempe incoctos ſuccos habere, qui inedia cõcoqui parati ſunt, ſuſpicari licet. priores autem bilioſos aut atrabiliarios hos ventriculi vellicantes, qui ſe alimentis mediocriter nutrientibus nõ alerẽtur, in ſæua ſymptomata cadere, parati eſſent. Certe cum craſſus vel tenuis ſanguis, qui redundat, eſſe poſsit. in febribus pendentibus à ſanguine craſſo craſſæ cõſiſtentiæ cibi dandæ nõ ſunt, ſed qui attenuent. velut in aliis quæ à tenue ſanguine fiunt. quæ incraſſare valeant, permittuntur. diſtinguesq; per craſsciem & tenuitatem vrinæ, rubori coniunctam, alterũ ab alio. craſſus quippe ſanguis, vrinam rubram, & craſſam efficit. & tenuis rubram & tenuem. 11.metho.

¶ Potio his febriẽtibus danda ex ordei decocto erit. qui in nullo alio febris genere adeo vtilis, vt in hoc eſt. tũ quòd ſãguinis feruorẽ ſua frigiditate reprimat, tum quòd humiditatem eiuſdem propria ſiccitate coherceat, hãc ergo vel crudam eis qui decoctam bibere, nolunt concedo. maximeq; coctam aut crudã bibant ægri tunc contemno, cum ver aut æſtatis principium eſt: atſi autũnus inſtat, aut ipſe vel hyems adeſt, ægris ſuadeo, ne bibere coctam negligant. vereor enim in illis temporibus vaſorum obſtructiones. & quoniam in harum febrium medela vlterius progredi, neceſſum eſſe non videtur. quòd quæ in antecedẽtibus ſcripta ſunt, quæ deeſunt (ſi qua ſunt) ſuplere valent. ido finem imponere viſum.

Cap.

Caput.lxii. De febribus quas Galenus & reliqui medici hecticas vocarunt, nos autem habituales aut potius tabidas nominamus.

HEcticas vocatas febres nõ fieri,eo modo quoGalenus,cæteriq; medici, qui poſt eum fuere ,putarunt, ſatis clare in cõmentario libri de inæquali intemperie ſcriptum ſupra manet, verum quoniam nonulli qui præſens caput lecturi ſunt,præcedentia non legerunt: in compendium redigam aliqua,ex his quæ illic ſunt dictata.

¶Primum eſt impoſsibile eſſe,hecticæ febris calorem adeo membris humanis infixi,atq; hærere: vt quouis humore,vel alia extranea re à corpore educta diu permanere,valeat.ſed eſſe neceſſarium,ſtatimvt cauſa quæ illum produxit,abeſt. eundẽ incorruptionem tendere.fieriq; cõtinuo remiſiorẽ,& remiſiorem. donec in totum auferatur: & eſſe deſinat.quod euidentibus & indiſſolubilibus rationibus verum eſſe, palam oſtendimus.

¶Secundum fuit ideo opinatos fuiſſe medicos ,hecticas febres à nulla materia ortum trahere:quoniam experiebantur nõ poſſe,mederi quibuſdam febriẽtibus extracto ſæpius per venæinciſsionem ſanguine,& aluo pharmacis frequenter expurgata.quin nõnullos poſt vniuerſas has vacuationes factas, febre pertinaciter eiſdẽ hærente,tabidos fieri: non animaduertentes illud contingere, ideo quòd aliquis viciatus humor, vel alia quæuis extranea res, vlli loco à quo non poſsit,diuelli: & ſeparari corpori inſideat: & cauſa ſit, quòd ſanguis cordis à quo ſpiritus vitales gignendi ſunt, male afficiatur. quo cor ipſum in magnas veloces &frequentes diaſtoles ac ſiſtoles cogatur,eleuari,ac deprimi.&febris habitualis & ad maraſmũ ducẽs fieri.vtenim quæ putridæ ànoſtris præceſſoribus vocãtur,corporefebriẽtis adhuc robuſto & carnibus abundante,ſæpiſsime in breui tempore interimunt.quia multi viciati ſucci in magnis vaſis contenti: aut pauci venenati in proximis cordi,cauſa ſint,in tantum cordis ſanguinem viciari, vt nequeat cor ex eo vllos vitales ſpiritus gignere: ſine quibus viuere non valemus. ſic hæcticæ non niſi prius carnem:& maiorem partem ſuccorum hominis abſumant.interficere ægros non poſſunt. quòd in illis vicium rei,quæ occaſio febris eſt: valde exiguum ſit, collatum nocumento,quod putridæ inferũt.ideoq; diu durare. cum febre hectici valẽt. ſanguine cordis parum & ſi diu in his taliter viciato.vt ferme ſimul ſanguis qui materia vitalium ſpirituum eſſe,valeat,finiatur.& vniuerſa ferme corporis caro abſumpta ſit & corpus humanum in vltimam tabem incidens conſpiciatur.

¶Tertia fuit non parum eoſdem medicos decepiſſe experiri: quòd tẽtatis quibuſuis vacuationibus,nil ſaluti febrientium his febribus proficiſſent.& balneis ac lactis ſuctu, & ouorum vitelis,aliquando ſanari,hos viderent. putabãt nempe hi cæci ad calendum euentuum veras cauſas,illud cõtingere. quòd balneis corpus refrigeraretur, atq; humectarectur. & lacte atq; ouis deperditæ corporis partes reſtaurarentur. non proſpicientes balnearum aqua non frigida ſed parum calida eoſdem iubere corpus hecticorum irigari.quæ po-

tius febrientibus conferebat.actuali
illo moderato calore & plurima hu
miditate emollendo vaſa,in quibus
coarctatus & detentus humor no-
xius vel alia quæuis res præter natu-
ralis erat. ac taliter diſponēdo mor
bificā cauſam illic incluſam, vt ha-
bilis inſenſibiliter diflari, vel ſenſi-
biliter ſudore, aut per vētrem excer
ni,quàm refrigeratione. Nutriri nē
pe alimentis leuis coctionis & pluri
mi nutrimēti hecticos indigere, nō
illis negam9.vt ſuperius ſcripſimus.
& parum infra in medela harum ta
bidarum febrium fuſius ſcribemus.

¶Porro ſi poſtq̃ negotium medi-
cum exercere tyrones incipiunt, ali
quos febrientes vidiſſent. in prima
hecticæ ſpecie obiiſſe, excuſationē
vllam ſuæ ignorantiæ habere vale-
rent, at cum nunq̃ vllos ab hectica
mortuos tam medici quàm homi-
num vulgus aſſeueret: niſi quos tabi
dos finiri vident. reſipiſcere omnes
deberent,& coniectare, tenebantur.
commētitia eſſe quæ Galenus de he
ctica febre ſcripſit.cum ſi verum il-
lud eſſet,potuiſſet, prima eius ſpe-
cies interficere, tam valido calore
quali fingit humanum corpus affi-
ci.cum putrida febris trāſiens in he
cticam hærere & fixi in mēbris, præ
ter naturalem calorem febrilem, fa
cit.nempe ſi putridarum calor ſæpe
ægros in mortem ducit: cur inten-
ſior intenſiſsimo putredinali nō in
terimet? nedum adhuc poſtquàm
putrida in primam hecticæ ſpeciē
permutarctur. eſſe enim neceſſario
calorem hecticorum intenſiorem
calore quarumuis putridarum: ſi he
cticæ per modum excogitatū à Ga-
leno fierent,ſupra in cōmentario de
inæquali intemperie ſatis clare pro
bauimus.

¶Quippe quādoq; hecticas fieri cō-
tingit,ab internis exiguis vulnerib9
ab extrinſicis rebus factis, qualia eſ-
ſe ſolēt:oſſa mucronata,vel acus,aut
aciculæ, quæ nonnunq̃ deuorari in-
caute accidit. & nōnullis æreis mo-
netis circumferentiam promptā ſec
care habentibus, etiam per ignoran
tiā à pueris ſæpius, & ab adultis quā
doq; deglutitis, quæ quoq; ab acri-
bus internis humoribus fieri valent:
quibus ſi mederi pharmacis purgā-
tibus, aut ſanguinis miſsione velli-
mus, nihil proficiemus. cū pharma
cū acres humores ſupra vulnus du-
cendo,illud dilatet. indeq; contin-
gat,quod plus noceat, quâm proſit.
Certe non ob aliud nō ſolidari rela
ta vulnera accidit: q̃ quod quotidie
ſuper eadem bilis quæ cum fece per
podicē excernitur dellata eadē ero
dat mordeat,&ampliora efficiat.ab
hisq; hecticā fieri poſſe. vltra expe-
rimentū ratio ipſa cōprobat.vapo-
res enim qui ab vlcere tali eleuātur,
ſanguinem cordis inficere poſſe,ne-
mini indubiū venire valet.eoq; infe
cto, cor taliter quati, vt febris inde
proueniat:certū quoq; eſt. & cū no-
cumentum quod ex vaporibus illis
cōtingit,atq; quod ex viciata ab eiſ-
dē ventriculi coctione, & inteſtino-
rū debita fecū expulſione, non adeo
ingens ſit, vt celeriter interficere co
gat.inde accidit quòd febricula illa
paulatim corpus conſumendo,in ta
bē ducat. neq; ob id nego, quod vbi
validæ vires ſint. vlcera illa quæ ab
extrinſeca, aut intrinſica cauſa fiūt.
ſæpiſsime conſolidari poſsint. certe
non aliter ſpherulæ plumbeæ cata-
pultis vi ignis iaculatæ in corpus
humanum iactæ,atquè intra aliqua
viſcera diu manētes: hecticas febres
inducere ſolent. Noui enim quendā
qui in ciuili Hiſpaniæ bello anno.
1520. per dorſū ictus ſpherula qua-
dam

dam plumbea ex relatis,diu vixit,ea
dem prope renes per decẽ annos in-
cluſa manẽte,& tandẽ febricula aſsi
dua quæ à principio ipſũ corripuit,
in tabẽ ductus,vita functus eſt.mille
aliis modis rupto vel obſtructo ali-
quo interno vaſe,fieri hecticas con-
tingit. medicis inueſtigare nõ valen
tibus,cauſam febriũ illarũ. & ob id
opinantibus febrilem illum calorẽ
membris infixum eſſe.

¶Nempe cum aquarũ ductus, qui
per diuerſos fictiles canales terra o-
pertos vehuntur,vt hortus, aut pra-
ta,ſeu ſegetes irrigent,ſæpe viciatur
aliquo ex illis fictilibus conalib9 fra
cto,nulla extrinſeca re frãgẽte vaſa,
ſed canali à figulo perperã & ex in-
decẽti luto febricato. & quãdoq; ob
ſtruũtur,quia à fonte manãs à qua a
deo craſſa dilabatur, vt quouis die
ſordiũ nõnihil herẽs canalis alicui9
parieti,viãqua aqua defluxura eſt,in
totũ obſtruat. quo prata & alia irri-
gãda areſcunt, atq; arbores inſitæ ta
baſcunt.rationi conſonũ erit,ſimili
modo poſſe homines areſcere, & ta-
bidos fieri,quia aliqua vena vel arte
ria vitio naturæ perperã cõſtituẽtis
vas illud,intra conſiſtentiã alicuius
viſceris inſignis,aut prope ipſum rũ
patur. taliterq; ruptio fiat. vt pro-
pter carnẽ, aut membranã aliquam
vas ruptũ tegentẽ,nullus ſanguis exi
re per ſuperiora, aut inferiera loca
conſpiciatur. & ſolita atq; neceſſa-
ria ſanguinis diſtributione, vt ſanus
homo viueret,deficiẽte, cordis ſan-
guis viciatus febrire habituali febrẽ
per modũ ſæpius dictũ cogat.medi-
co quantũuis docto calere non valẽ
te,illius febris originẽ.iecoris obſtru
ctiones,ſepti tranſuerſi vicia, vẽtri-
culi aut inteſtinorũ & aliarũ partiũ
morbi,hecticas efficere; cõuictus ex
perimẽto Gale.negare nõ valuit. vt
commẽtario noſtro de inæquali in
temperie monſtrauimus.

Permutari poſſe putridã in hecti-
cã,nõ vt Gal. opinatus eſt, ſed mul-
to aliter ,ego nõ inficior. põt enim
vi febrilis caloris aliquod pectoris,
aut ventriculi,vel pulmonis, ſeu ie-
coris,vas,adeo corrugari,&ſuccus il
lic cõtẽtus adeo dẽſari.vt quouis hu
more reliquoviciato,qui putridæ fe
bris ocaſio erat,adhuc à medico vel
natura extra corpus eiecto: febricu-
la perſeueret.vaporibus noxiis ex dẽ
tẽto ſucco in arctis illis vaſis ad cor
delatis.aut ſanguine arteriarũ velvẽ
narũ prohibito trãſmeare, per ſcyr
roſa illa loca,vt ſolitus erat,cum bẽ
ne valebat æger. poteſt quoq; putri-
da febris debile reddẽdo aliquod ex
præcipuis viſceribus hecticã inducẽ
re. quòd debile viſcus viciatũ ſuccũ
gignat. tandẽ cũ morbifica cauſa ſic
inficere cordis ſanguinẽ valet,vt fe-
brẽ efficiat. difficulter propter ocul
tã aliquã cauſam medicabilẽ, quæ a
deo tarde hominẽ interficere,ſit na
ta. vt prius vniuerſũ corpus tabidũ,
vel proximũ tabi fiat: q̃ homo mori
atur,hectica dicetur.cum autẽ adeo
noxii ſunt febriũ humores, vt prius
homines interimãt, quàm in relatũ
tabis malũ trahantur. aut adeo ſalu
bres,vt etiã priuſq̃ in tabẽ incidat fe
briens, aptus ſit curari. putridæ aut
plurimũ dierũ febres ſunt dicẽdæ.

Etſi à me quæratur, vtrũ neceſſũ
ſit,quãlibet hecticã ex putrida factã
fortiorẽ calorẽ putredinalẽ pro cau
ſa habuiſſe.quãuis alia putrida.dicã
quòd:nõ quia poteſt in indecenti cõ
ſiſtẽtia venæ aut arteriæ alicuius ho
minis tanta promptitudo eſſe, vt à
leuiore multo calore corrugari, &
exiccari,ipſa valeat. quàm conſiſten
tia vaſis alterius hominis à multo
maiore & intenſiore. etiã quia acci-

dat nõnunquàm aliquẽ craſſum ſuc
cum in vas aliquod arctum includi,
quod facilius in ſcyrroſam conſiſtẽ
tiam vertetur. quàm ſi in amplo&
tenuib9ſuccis mixtus includeretur,
& ob alios innumeros euentus à le-
uioribus multo febribus poſſe hecti
cas in aliquibus quàm in aliis homi
nibus fieri,clarum eſt.

¶ Etiam ſi interroges an ſequen-
do mea placita omnis hectica neceſ
ſario hominem in tabem ducat. re-
ſpondebo quoq; quòd non. ſufficit
enim, vt hectica nominetur aptam
eſſe in tabem hominem trahere. ni-
ſi medici præſidio, aut valida vi fe-
brientis curetur.

¶ At ſi interrogare, iterum non
deſiſtas, an ego in tres ſpecies vt reli
qui medici hecticam diſtinguam, &
priorem facilis curationis & diffici
lis cognitionis eſſe affirmem, & ter-
tiam huic contrariam. putà diffici-
lis aut impoſſibilis curationis & fa-
cilis cognitionis. mediamq; medio
modo ſe habentem: dicam libenter
quòd ſic, certe manifeſtum eſt. quòd
ſi cum primum in aliquo vaſe indu
rari aliquis humor inciperet, ex quo
hectica prouenire poſſet. id medico
ignoteſceret, quòd faciliter balneis
dulcis aquæ, et aliis præſidiis quæ ſua
vi quãtũuis abditas corporis partes
atingere valent. emollire & in priſti
nũ ſalutis ſtatũ ducere hominẽ, he-
ctica primæ ſpeciei ægrotantẽ vale
ret. ſed quis medicorum adeo perſpi
cax eſt, vt pulſu, aut vrina, vel aliis ſi
gnis, intelligere in vnico aut duobus
mẽſibus noxã illã. & mali illius ori-
ginẽ poteſt. nullus certe: neq; facili9
vlcera interna cũ primũ fieri inci-
piũt, & tubercula in membris prin-
cipibus, aut prope ea genita, & alia
plurima à quibus hecticæ fiant, cog
noſci, quàm præterita poſſunt. at cũ

iã in tabẽ incidit æger, vi febriculæ
diu perſeuerantis. & maraſmũ pati
febrientẽ imperitum vulgus adhuc
noſcit, & nullus quantũuis hebes me
dicus non intelligit. hectica febre æ
grum illũ laborare. etiam impoſſi-
bile iam tũc eſſe, febri illi mederi at
teſtor. quòd adeo deiectæ vires illius
ægri iam tunc ſint, vt tantũ quantũ
diſſolutum ex membris eſt, reſtaura
re non valeat. nã ſi id quod coquere
ventriculus & iecur poſſunt, propi-
natur. ſemper & ſemper gracilior &
plus tabidus hiuc æger fiet. cũ parũ
mẽbris apponetur, quòd pauxillum
ſit, quod coquere ventriculus poſſit.
& multũ à febre diſolueretur. verũ ſi
plurimo alimẽto repletur febriens.
certũ eſt, quod idcũ coquere decẽter
nõ poſſit, in hydropẽ aſcitem, aut in
lienteriam, & in diarrheã, incidet æ
ger. atq; quod anullo eorum poterit
releuari. nã ſiquis ſine illis morbis ta
bidus eſt, cito periit. quí fieri poteſt,
quòd cũ illis citius nõ intereat. neq;
paucos ex hecticis aliter q̃ altero re
latorũ morborũ perire, videmus, ob
cauſam ſcriptam.

¶ Porro poſſe febres ephemeras,
quas vnius diei nominamus in he-
cticas permutari, ego non dubito,
quoniam vis caloris ſolaris, aut iræ
vel alterius rei natæ vnius tantum
diei febris ocaſio eſſe, poterit in prõ
ptis hecticam patii, pſam efficere. tu
berculum aliquod, vel ſcyrrhum
internum, aut vaſis alicuius pecto-
ris, aut alterius principalis mem-
bri indurationem procreando.

¶ Neque à vero deuiat humidita
tes quas iuniores medici ſecundas
vocant, in membris humanis con-
tineri, de quibus Galenus aliquid di
xiſſe prope finẽ decimi lib. metho.
me. xi. cap. videtur. & fuſius, capite
ſexto

ſexto antecedentis libri ſeptimi . v-
trum autem tales ſint, vtGalenus il-
lic dixit, (Auicinæ enim contextus
capite de hectica & prima primi tra
ctans deeiſdem adeo viciata ſunt,
ob interpretis ignorãtiam vt intel-
ligi minime valeant)aut aliter ſe ha
beant, & quod ſecũdæ cambiũ , ros,
& glutẽ(his enim nominibusvocari
eaſdem multi affirmant)in diuersis
hecticæ ſpeciebus ordine quodã ſer
uato conſumantur.alibiDeo conde
cente cum hominis conſtitutionem
phiſsicam tractauerimus,fuſe expla
nabimus . pro preſenti loco ſufficit
dicere,quod nõ ſolum in hectica ve
rũ in quauis alia febre quod magis
paratũ diſſolui fuerit ,id neceſſario
prius conſumetur.

¶ Poſsibile quoq; exiſtimo à ſole
vel ira,aut alia extrinſeca cauſa hec
ticã incipere, nulla alia febre præce
dente.nihilenim vetat,nõnunquàm
& ſi raro ob iræ, aut ſolis calorẽ con
tingere,aliquod internum vas adeo
indurari, aut aliquem humorẽ craſ
ſum adeo denſari, in loco cordi pro
ximo , ſaltim exquo inficere ſuis fu-
mis cordis ſanguinem valent. vt fe-
bricula quæ tarde interimere,et pri
us membra conſumere,ſit nata,fiat.
ſed hanc hecticam dici,ex prædictis
patet. de natura ergo hecticæ in ſu-
ma,vtpromiſi diximus,ad inueſtigã
dum ergo eiuſdẽ ſigna deueniamus.

Cap. lxiij. De ſignis hecticæ febris.

ADeo manifeſta ſig-
na hecticæ, quæ in
tabem febrientem
duxit,ſunt.vt medi
cus nullo alio indi
tio , quàm faciei &
corporis proſpectu ad ipſam noſcẽ-
dam egeat.cum enim faciei & totius
corpotis caro adeò conſumpta proſ
picitur: vt oſa,nerui,& cartilagines,
ac venæ, ſola cuti tegi appereant. &
ariditas quædam cutis, rugæq; innu
meræ in vniuerſo corpore adſint. fa
cieiq; viuidus color in decolorem
marcidum,ac pallentem vergit,flo-
re vitalis caloris extincto, febremq;
continuam diu paſſus,ſaltem priuſ-
quàm in tabem inciderit æger, fue-
rit,& tunc quoq; patiatur. iam tunc
indubie hectica immedicabili illũ
febrire affirmare quilibet poterit.
neq; in caſũ ſigna illa ariditatis ne-
ceſſario coniungenda febri, vt hecti
ca nominetur dixi . ſed quoniã ſcio,
poſſe citra febrem in tabem multos
ægros incidere.vel quotidie vomen-
do,quæ prandent.de quibus nonnu-
li mihi vt mederentur , oblati ſunt.
aut alui fluore, vel per alios modos,
& paucis ante mortem diebus febri-
re.qui hectici nominandi non ſunt.
ſed ſenium ex morbo patientes dicẽ
di. vt Gal.v.cap.li. de maraſmo ſcri
pſit. hecticam ſenectutis Auicena
prima.4.hũc affectum vocauit. mul
ta alia ſigna ad cognoſcendas has fe
bres cũ tabe coniuuctas Galenus no
no.c.lib.primi de febrium differen-
tiis exarauit. quæ ſubticere decreui,
quòd ſciam relata abunde ſufficere,
vt morbũ hunc non tantũ medicis
ſed ruſticanis hominib9 notũ notio
rẽ faciã. vt ergo de illa agã in qua fa
cilis eſt remedio locus,niſi in aliquẽ
de hac medicorũ inciderit turba,vt
verbis Gal.in.9.ca.lib.citati vtar.dif
ficilis vero admodũ eiuſdẽ cognitio
eſt.quã primam hecticæ ſpeciẽ no-
minant.prædicere viſum.

¶Galenũ multas notas de ipſa ſcri-
pſiſſe.nõ quas experimẽto veras eſſe
cõprobauerat.ſed quales ratione du
ctus apparituras exiſtimauit , nec
nec aliter hæcfingẽdo ſigna proceſ

ceſsit, q̄ in omnibus depulſibus libris cũ in tot differentias pulſus diſtinguit. quales nullus quantũuis acris ingenii,&perſpicacis facultatis tactricis vnq̄ percipere,tactu potuit & ſi intellectu cõprehẽdere eaſdem valuerit.& inſolẽs ipſe ſe omnes cognouiſſe gloriatur. in ſupra dicto ergo.9.cap.Galenus inquit. Febres hecticas ab ephemeris incipientes ægri relatiõe inditium aliquod de ſe dare.ſi enim interrogatus æger febrire ſe incepiſſe dixerit, quòd iratus, aut triſtitia affectus fuerit, cum ante bene ſe habere ſenſerat. & vltra primam diem febrem durare nulla quiete,nec inclinatione vlla aut augmento in eadem conſpecto. & ariditatem magnam in corpore tangẽtibus illud,præſentet.talem hecticã eſſe,ſuſpicandum eſt.& quanuis hic inter ſigna hecticæ incipientis ariditas cutisnominetur,mihi commẽtitium atq; fictum hoc ſignum eſſe videtur. nam non tam cito ariditas, quæ in his febrientibus ſenciẽda in fine morbi erit,apparet.vt in ſecunda die percipi tactu medici valeat. maxime cum ira poſſet ſanguinem biliosũm ad cor mouendo pituitoſum aliquem ſuccum in aliquod internum vas contentum adeo indurare. vi immodici caloris biliosi ſanguinis, vt inde febris hectica inciperet,in qua ariditas in cute ſentienda non eſſet,ſed potius nonnulla humiditas, ſi etiam pituita in reliquis corporis partibus abundaret.hecticas enim aliter fieri. q̄ per modos, quos diximꝰ, impoſsibile eſſe, ſupra ſatis probatum ſupereſt, quòd ſi Galenus nouiſſet, minime fingeret, in hecticæ initio ariditatẽ in cute ſentiendam.

¶ Neq; minus fictum eſſe aliud ſignum, huius febris quod poſt relatũ ſcripſit Galenus exiſtimo.illud erat caliditatem febris primo tactui mitem ſentiri. perſeuerante autẽ tangentis manu, acrem,ac mordacem. putabat certe calorem hectici membris fixum primo tangenti non valde moleſtum futurum. quoniam cutis & caro mediarent inter manum & illa, quæ mẽbra radicalia nonnulli vocant (ſic enim nominant neruos, oſſa, arterias, venas, & reliquas huius ſortis hominis partes, quæ in vtero primo fiunt) & quòd perſeuerante manu tangentis caliditateq; intimorum membrorũ vrente, mordax & acris perciperetur .non conſiderãs Galenus, quòd nõ plus in principio quàm in fine interiorum atq; exteriorum membrorum actio ſentienda à tangente eſſet, poſtquàm exteriora membra ab internis totum quem recipere calorem valerent, recepiſſent. vt enim ſi calentem lapidem corio tegeris, & tamdiu ibi manere corium ſinas,donec vniuerſum quem habet calorem lapis,incoriũ introducat,& poſt manum applicueris.non minus vrere in principio, q̄ in fine ſenties. niſi quantum ob maiorem moram plus de actione agẽti conceditur.ſic hecticis euenire deberet (iam quòd hectica talis eſſet qualis Galenus putabat) ipſi enim hectici nõ plus in fine quàm in principio calidi perciperentur, niſi quantum illi propter moram magis calfacere permitteretur. quod commune omnibus febribus & quibuſuis agentibus & non peculiare huic tantũ eſt. poſt enim octo vel decem horas caliditatem ſimplicium & primorum internorum membrorũ communicatã eſſe,cuti,& carni proximæ, vero ſimile eſt.hæc ſatis probant,Galenum inde ſeductum fuiſſe. quia non intellexit,quòd etſi vera ſua placita eſſent

eſſent, calor interiorum membrorũ futurus erat exterioribus partibus poſt breue ſpaciũ cõmunis. nam tã exigua diſtantia, vt eſt, ab oſsibus & neruis thoracis & plurimarum aliarum partium vſq; ad cutim earumdem, impedire actionem caloris oſſium & neruorum ne cutim calefacerent, plusquàm per relatũ breue tempus credibile nõ erat. ſi ergo Galenus dixiſſet, hoc eſſe ſignum febris ante decem horas incpientis. ſaluari ſua aſſertio poſſet. verum quis nõ videret, delirare illum, qui putaret medicos vocandos in tam exiguo tẽporis ſpatio ignoto ægro, vt per præfatum ſignum, incipere tũc febrem hecticam medicus noſceret, tãdem ſi veritati conſona fingere ſequendo propria falſa placita non valuit Galenus. mirandum non eſt, inueſtigãdo hecticarum febrium naturam aberraſſe. medicoſq; deinceps decere hoc genus ſigni relatis erroribus cõtemplatis contemnere.

¶Porrò quæ inditia febres habituales, cum incipiunt, cõmittentur, difficile eſt, inueſtigare. difficiliuſq; inueſtigata noſcere. cum enim tam illæ, quæ putridæ nominantur, q̃ habituales ortum, ſeu occaſionẽ nonnunquàm ab eiſdem cauſis trahant, & tantum differant, quia putridarũ occaſio talis ſit, vt non in prolixo tẽpore interficere, quæ mortales ſunt, valeant. vt ſalubres cum medela earundem differatur. per aliquos certos dies aut horas intermittant, aut remittantur. & in tabem trahere febrientem non ſint natæ. & hecticæ per oppoſitum. hinc difficilimũ eſt, & impoſsibile exiſtimo, inueniri in harum principio inditiũ aliquod, quo certi eſſe poſsimus, inceptionis huius morbi. cum enim bilis notha exempli gratia. in laxis & amplis venarum & arteriarũ vaſis putreſcẽs, ſanguinem cordis inficiendo, occaſio eſſet, quòd cor ſine intermiſsione velociter & frequenter moueretur. vnde febris cõtinua putrida vocata oriretur. pulſus & vrinas tales haberet febriens, quales quoq; in aliquibus arctis ob deprauatam illorũ vaſorum à natura ſtructurã cõſimilis notha bilis putreſcens, iamiamq; indurari incipiens, fuligines in cor nihilo à præterita bili diſsimiles iaceret. quibus etiam ſanguine cordis infecto, cogeretur, in omnino ſimiles veloces & frequentes diaſtoles & ſiſtoles tam diu attolli, & deprimi, donec in tabem ægrum perduceret, quo habitualis febris eſſet vocanda. at per relatos cordis & arteriarũ motus in initio decernere inter has febrium ſpecies nullus medicorũ valeret, vt vrinæ quoq; horum febrientiũ neceſſario ſimiles futuræ eſſent quia ab humoribus noxijs omnino ſimilibus inficerẽtur, quo enim differebant: putà ſtructura vaſorũ. vrinæ oſtendere non poſſent. hinc manifeſtum ſupereſt, hæc duo potiſsima harum diuerſarum febrium inditia adeo ſimilia, prout dixi, quandoquè eſſe, vt per hæc, quo altera ab alia differat, cognoſci non poſsit, vt nequè tangendo horum febrientiũ calores aliqua nota diſtinctionis eorundem haberi valet. cum vaſorum arctorum & laxorum vapor non diſſimilis ſit. & iam quòd diſsimiles hi vapores eſſent. cõmiſtus arctorum vapor cum reliquis laxarum partiũ percipi non poſſet. viſu etiam differẽtiam harum febrium medicus aſſequi nõ valeret. cũ facie vtriuſquè ægri conſiderata, non macilentior febrientis hectica, quàm putrida iudicabitur. in adeo enim exiguo tempore quale durat in prima vocata

hecticæ ſpecie. nō plus gracilis vnus q̄ alter eſt. hectici quidem non adeo attenuantur, niſi propter febris perſeuerantiã, & non quia vigoroſiores febres ſuut. nã nō raro febres putridæ quàm hecticæ ardentiores ſint. vt experimenta docent. & Gal. ſæpe teſtatur. feces quæ per imum ventrē excernuntur, non plus quàm vrinæ diſtinctionem harum febrium oſtēdere valent. ſputa & alia excrementa à corpore manantia. non maioris uis quàm prædicta ſunt. tandem cū per nullū ex relatis modis, neq; per eos, quos ſcripſit Galen. in quatuor capitibus tertii libri de præſagatione ex pulſibus, & in aliis locis, noſci valeat hecticæ initium. quia multæ febtes putridæ cōmunia inditia cū hecticis incipientibus habeant. ſupereſt examinare an verum ſit omnes, qui in initio (nã in fine ſicciores eſſe, nulli dubitant) habituali febre laborant, ſicciores â tangētibus ſentiendi, quàm qui putrida ſint. quòd videam Galenum ſemper huic potiſsimum inniti ſigno. cum pro firmo habeat ipſe, hecticam febrē cordis corpori inhærere.

¶Et quamuis nōnihil de re hac ſupra in præſenti ſcripſerim capite, vt proterui & qui falſa Galeni dogmata à nobis improbata mordicus tenere non verentur. legentes ſequētia reſipiſcant. dictare quæ ſequuntur placuit. non quidem vt falſum eiuſdem placitum de modo quo hecticæ ſebres fiūt, cōfutemus, quòd hoc ſatis improbatum in commeutario de inæquali intemperie à nobis eſt, ſed vt probare connemur &, ſi verū illud eſſet, quòd ſiccitas primã hecticæ ſpeciem & initium ſecundæ non committaretur, quod vt verum eſſe clare noſcatis, ſupponere expedit. cū ſiccitatem ſignum perpetuo ſequēs quamlibet hecticæ ſpeciē Galenus dixit. non aliud ſentire potuerit. q̄ quòd duobus hominibus eiuſdē tēperaturæ & ætatis in eodem tempore & regione febriētibus vno putrida alio hectica, ſiccior, qui hectica ſebriret, ſi tangeretur, iudicabitur: quàm qui putrida. quòd hectica corpori ſicco, cordi ſcilicet inhæreat, putrida autem humores putredine efferueſcentes & ex ſe multos vapores fundētes in cauſa habeat. nam ſi diſpares temperaturæ, aut ætate vel reliquis eſſent. in conueniret nihil decrepitum melancholicum febrientem quartana febre, multo ſicciorem iudicari, quàm puer ſanguineus hectica laborãs duorū vel triū annorum. his lectis cenſeo, iam prudentem lectorem diuinaturum quæ mox ſequentur, cum adeo perſpiqua ſint, vt nullum ſapientem latere valeant. nempe ſi qui tangit febrientē hectica, & eum qui putrida eſt affectus, cor hectici & vaſa in quibus putreſcens humor reconditus eſt, tetigiſſet. ſatis ſufficiēter diſtinguere hecticam á putrida per ſiccitatem in corde perceptam & humiditatē in putreſcente ſucco valeret. verum cū neutrum attingat, qui decernere inter has febres procurat. neſcio quo modo tacta cuti ſiccitatem cordis, & humiditatem putreſcentis ſucci percipere medicus poſsit. etiã quis tam inſanus eſt, qui nō videat, quòd ſi duorum lebetum fundos plenos carne & liquore aliquo, æqualiter calefacias aqua calida, vel aere calido & humido, & igne, vel ferro calido & ſicco, & carnem & liquorem contentum in vtroq; lebete tãgas: æqualiter ſicca, aut humida contenta ſentienda ſint. & quòd pariter caro & cutis, quæ in vtroq; febrientium tanguntur, æqualiter calida, aut humi-

da

da iudicabuntur,ſiue à corde calido
& ſicco ſeu à putreſcente ſucco cali
do & humido cutis & caro caleant.
quis quoq; nõ videt,quòd æqua calo
ris mẽſura in humores totius corpo
ris ac carnẽ & cutim eiuſdẽ produ-
cta,æqualiter diflabuntur, qui à ſic-
co q̃ qui ab humido caluerint. cũ ca
lori maiori maior diflatio, & mino
ri minor tribuatur. cũ ergo ſæpe cõ
tingat, parem eſſe calorẽ ſuccorum
hecticæ incipientis quẽ cor genuit,
& putridæ febrientis quem humor
produxit, vt Galeno placet æquali-
ter diflatis ſuccis, pariter hũidi aut
ſicci à tangente iudicandi erũt.cum
pares in tẽperaturis & corporũ ha-
bitibus & reliquis eſſe ſuppoſuerimꝰ
hoc ergo inditio vt nullius momen
ti pronoſcenda prima ſpecie relicto
ad aliud deueniamus.quod maximũ
eſſe hecticarũ febriũ inditiũ,Gal.pu
tauit,non multũ ante finẽ primi li-
bri de febriũ differentiis. illud autẽ
erat arteriis & circumiacẽtibus par
tibus tactis, calidiores arterias reli-
quis partibus percipi.quòd in initio
hæcticæ, plusq̃ in putridis continge
re,ego non experior,nec ipſe Gal.ex
periri valuit. ſi enim arteriæ quæ ve
nis cõiunctæ ſunt (quod maiori par
ti arteriarum contingit) adeo com-
municãt ſanguinem cum venis pro
ximis,& venæ cum arteriis. vt dece-
ptus Eraſiſtratus auſus fuerit affir-
mare,transfundi ſanguinem venarũ
inuulneratas arterias. nullo ſangui-
ne ſed ſolo ſpiritu in arteriis natura
liter,vt ipſe putabat,contento. qua-
liter poſsibile futurum erit,quòd &
ſi cordi caliditas hectici inhæreret,
vt ineſt,& arteriæ maiorem conſor
tium cum corde quàm venæ habe-
rent. quôd ſpiritus calidus miſſus â
corde per arterias vt ſanguinem &
alios ſuccos in venis & arteriis con-
tentos calefaciat, non reddat partes
proximas arteriis adeo calidas,vt in
aliis febrium putridarum modis.cũ
cor quoq; illis neceſſario calere de-
beat,& multo plus,quàm in hecticis
quãdoq; vel ipſo Galeno affirman-
te.ſed has in Galenum animaduer-
ſiones mittamus.ne hi qui nos calũ-
niant, obiicere poſsint, gratiſsimũ
nobis eſſe, leuiſsima quæq; eiuſdem
prolixa oratione taxare.cum hoc vi
tii genus tantum abſit à nobis, vt ni
hil turpius quàm innocentẽ calum
niare,putemus.

¶ Vt ergo relata duo ſigna quibus
Galenus incipientem hecticam di-
ſtingui, ab aliis febriũ generibus fal
ſo credidit. veris experimentis edo-
ctus ego,quas cõmittentur apertè &
ingenue fatear. ſolas habituales fe-
bres in tabem tendentes ſolita cõmi
tari,aſſeuero. in quibus ipſa conſpi-
ci,non præter rationem vt in incipi
entibus eſt. nam per febris prolixita
tem potiore parte carnis & ſuccorũ
in vaſis contentorum conſumptis,
neceſſarium erit,cuti arida & carne
ſubdita exucata tactis, ſiccitatem &
ſqualorem,quem patiuntur, tangen
tibus oſtendere,vt quoq; arterias, in
quibus maior portio ſãguinis & ſpi
rituum,q̃ in venis cõtineri in hecti-
cis veriſimile eſt,calidiores circum-
iacentibus partibus, ſanguine vena-
rum & tenuibus aeris partibus vi aſ-
ſidui febrilis caloris priuatis, ſenti-
ri. cũ enim immodicus calor in eũ
ſtatum febrientem hectica traxerit,
vt in tabem vel prope eandem ſitus
ſit.multo iam ſanguineconſumpto,
naturã hominis ſeruatricem in ar-
teriis potius q̃ in venis recondere,
quod ad vitam neceſſarium eſt,nul-
li indubium venire valet. certe ſine
ſpiritibus calorem in totum corpus
diſtribuentibus viuere, hominibus
non

non datur. quòd hoc actuali & for-
mali calore tam vitalis vis, q̃ natura
lis egeat. non enim ſine eo dilatari
cor & pectus, nec coqui alimenta va
lerent. at abſq; tãto venali ſanguine
quãto mẽbra, vt reſoluta reſtituant,
egẽt, vita per inſigne tẽpus perdura-
re põt. quàmq̃ mẽbra omnia tũc ma
gis ac magis gracilia propter alimẽ
ti deffectũ redẽtur. merito ergo arte
riæ quauis madente re iroratæ ma-
iorem calorem ex ſe fundent, q̃ cir-
cumiacentes exangues, & aridæ par-
tes. & à tangentibus calidiores iudi-
cabuntur. reliquæ nempe partes in-
terram prope verſæ, exiguum calo-
rem & in ſignem ſiccitatem patien
tes, vnde vaporoſum calorẽ fundãt,
non habent. animaduertat ergo pru
dens lector, quod non dolus ſed veri
tas ipſa nos compulerit, Galenũ re-
prehendere. quia ſigna illa, quæ in fe
bribus tabidis ideo quòd maraſmũ
membra patiantur, videmus. in eiſ-
dem cum incipiunt, & plurimũ car
nis & ſanguinis habent ægri, inueni
ri ſcripſerit.

¶Porrò cum inditia quibus Gale-
nus hecticas incipiẽtes cognoſci poſ
ſe, dixit. parum medicis prodeſſe, in
antecedentibus probauerim. æquũ
videtur. notas (ſi quæ ſunt) monſtre
mus. quæ aliquod huius febris veſti-
gium docere poſsint. ac cũ veritatẽ
apertè fidelis ac verax ſcriptor dice
re teneatur. & ſi à nõnullis minus do
ctus ob id iudicetur, quòd ſe ignora
re, quæ alii ſe ſcire, falſo iactant, pa-
lam confiteatur. ego omnibus notũ
facio, me nunq̃ niſi poſtquàm febris
tres menſes durauit, habitualẽ eſſe
cognouiſſe. neq; in primo, aut ſecun
do menſe vllum euidens inditiũ de
eadem ſum pſiſſe affirmo. præſertim
cũ alui fluxus, aut vomitus aſsiduus
eandem non cõmitatur. quoniã po-
tiſsimum & præcipuum hecticæ fe
bris ſignum tabes incipiens cũ aſsi-
dua febre eſt. quæ ante relatum no-
naginta dierum ſpatiũ incipere niſi
cũ dixi, ſolita non eſt. nõ quòd mul-
to ante prædictum tempus ſæpe mi
hi ſuſpicari, non contingat, nõnullã
cui medeor febrem, hecticã eſſe. tũ
quòd gracilis & imbecillus febriens
ſit, tũ quòd febris ſine rigoribus. aut
vllis acceſsionibus, æqualis perſeue-
ret. & hoc præcipue, quia tentatis
multis vacuationibus per venæ ſe-
ctiones, & alui purgationes, & cum
aliis variis præſidiis nec tantillum
febrem imminutam eſſe, intellexe-
rim. neq; tam ſæuam fieri, vt mortẽ
celerem imminere febriẽti indicet.
ſed cum non raro multæ exiſtis pri-
uſquàm tabes omnino manifeſtetur
febrientes interficiant, & aliæ præ-
ter meã opinionem in ſalutem no-
xia cauſa expurgata finiantur. fidẽ
dare, illis ſuſpicionibus, non audeo.
quòd me vt dixi (et ſi quandoq; vt ſu
ſpicabar ceſerit) nõ raro fefelerint.
ille enim, quæ priuſquàm in tabem
incidat validarum virium æger, eũ-
dem interficiunt, & quæ natæ non
ſunt, ad tabem trahere ægrum, niſi
â forti ægri ui, aut validiſsimis me-
dicamentis curẽtur, hecticæ ſeu ha-
bituales ad noſtrum morem, vt ſu-
pra ſcripſi, vocãdæ non ſunt. ſuper-
eſt ergo habituales febres, quæ non
tantum tabis incipientis oculta in
ditia, ſed manifeſta (quamuis non vl
tima) habent, in ſecũdo gradu hecti
carum colocandas: vt quæ cum vlti
ma tabe coniunguntur, quas maraſ-
modes Galenus vocabit. in tertio &
vltimo loco ponendas, & vtraſq; ha
rum non multo cum labore cogno-
ſci, affirmo. cum in poſtremo loco ſi
tæ, indocto vulgo, quanto magis me
dicis notæ ſint, vt quæ inter primũ

&vlti

&vltimum locum mediāt. medio
modo notionem de ſe exhibēt.cer-
te non tam ocultam vt incipientiū
nec tam manifeſtam vt vltimarum.

¶In initio habitulium febrium
eas partes corporis conſummi, quæ
febrili calori eliquanti minus reſi-
ſtūt.& in mediis quæ præteritis ma-
gis ſolidæ ſunt, & in vltimis omniū
robuſtiſsimas, certum eſt. verum ſi
in noſtris membris illæ quæ à non-
ullis ſecundæ humiditates dicun-
tur.putà ros,cambium, & glutē,no-
minata inueniantur. nunc decerne-
re ob rationem ſuperius ſcriptā nō
placuit,vt neq; de ſignis huius febris
cum putrida cōiunctæ.poſtea enim
eum de febribus cōpoſitis egerimus,
fuſe de eiſdem dicemus.trāſegi quo-
q; illud à Galeno & omnib9 aliis po
ſterioribus medicis celebratum ſig-
nū.putà hecticos poſt prādiū,aut cæ
nā calidiores quā ante fieri. quoniā
in cōmēto libelli de inæquali intēpe
rie,quæ illi ſigno attinebāt diſcuſsi.

Cap. lxiiij. De medela febrium habitualium.

NEmpe impoſsibile eſt, no-
ſtras habitualium febriū me
thodos curatiuas cū his,quas
Galenus ſeptimo & octauo capite,
ac ſequentibus, decimi methodi me
dendi libri ſcripſit,conuenire. qui
enim de eſſe & natura vnius morbi
diſcrepant. neceſſario in medela il-
lius,diſcordes ſunt futuri. ac cū Ga-
leno videatur, habituales febres nul
lum viciatum ſuccum in cauſa ha-
bere,ſed infixas cordi & toti corpo-
ri eſſe. mihi autem impoſsibile hoc
appareat,&à materia infecta omnes
febres originem trahere,exiſtimaue
rim. ille ſoli alterationi intentos eſ
ſe medicos,eſt præcepturus. ego au-
tem eductioni pertinacis materiæ
ſanguinem cordis inficientis, præci
puum curationis ſcopum eſſe diri-
gendum,præcipere teneor. docebat
ergo Galenus in citatis capitibus
normā quam ſeruare medici in cu-
randis hecticis deberent, his verbis.
※ Cum igitur (ceu diximus) citra
putredinem ſqualenti corpori febri
citare contigerit,caput totius cura-
tionis,in iis remediis quæ refrigerēt
& humectent,ſtatuere oportet.Por-
ro duplex genere eſt harum rerū pri
ma materia. vna eorū quæ foris ad-
mouentur,quæ ſanè ſumenda vocā-
tur.extrinſecus corpori incidunt:tū
aer ipſe qui nos ambit,tū pharmaca
quæcunq; humectandi refrigerandi
q; vim obtinent. & tertium præter
hæc, dulcis aquæ balneum.intro in
corpus ſumuntur, quæ æduntur ac
bibuntur & inſpiratus aer. ab his ge
neribus tentandū eſt,propoſitis hoc
loco febribus,tum humiditatem, tū
refrigerationem comparare.verum
refrigeratio quoniam per efficaciſ-
ſimam qualitatem inducitur,& par
ui temporis eſt,& periculoſa,contrà
ſiccitatis per ea quæ humectent cu-
ratio, vt longi temporis eſt opus, ita
minus eſt, quàm refrigeratio pericu
lo expoſita. ※ Prolixiſq; multis a-
liis ſermōibus,neq; adeo vt expedie-
bat vtilibus,decimum librum abſol
uit. vbi veritate ipſa conuinctus im
memor eorum quæ primo de febriū
differentiis prædixerat, confeſſus o-
ctauo citato capite eſt, aerē frigidū
in pulmonem inſpiratum ipſum in
frigidando,hecticis conferre,eundē
q; aerem cutim denſando,prohibe-
re putredinoſorum humorum eflu-
xum trāſpirare. quo ſi hecticæ à nul
lo putrido, aut noxio humore pen-
derent.obeſſe aer frigidus nō poſſet.
quin refrigerando prodeſſe.

¶ Nequaquàm medelam hecticæ
præ

cipuè poſcere refrigerationẽ ac humectationem, vt Galenus dixit, ſed quandam temperatam frigiditatẽ, aut calorem humiditati ſicca & dura emollienti coniunctum, qui modum per quem omnes fermè hecticas fieri, diximus, nouit, facile intelliget. Certe ſi habituales febres ab induratis tuberculis interius inviſceribus genitis, atq; à craſsis ſuccis in arctis vaſis incluſis, ibiq; in ſcyrrhũ verſis, in plurimum fiunt (quod explico, quoniam nonnullæ ab vlculculis pulmonis & aliorum viſcerũ contingunt) refrigerationem dura magis indurãtem, & arcta vaſa plus conſtringentem, quam maxime nocere, nulli indubium venire valet. ſi quidem Galenus cum medelã ſcyrrhoſorum tumorum ſecundo de arte curatiua ad Glauconem ſcripſit ſequentibus verbis dictauit. ⁂ Si quis igitur medicamenta vehementer diſſolutiua induratis corporib9 adhibuerit, quæ manifeſtam faciãt ſcyrrhi diminutionem, breui tempore ſperauit perfectam curationẽ, non verè, ignorans quod reſiduum paſsionis hoc curationis modo incurabile redditur. tenuiori enim ex eodiſſoluto humore reſiduũ exicatũlapidis duritiẽ aſſequitur. non igitur curandæ ſunt partes induratæ, medicamento immodicè ſiccante, ſed cum eo quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero nec multam nec omnino minimam. quoad enim ſuperfluum humorem habet, nihil omnino diſſoluit, quòd vero minimum pluſquàm oportet exiccat. oportet autem induratum corpũs â medicamento quod auxilio futurum ſit, ſimile quid pati his, quæ ſub ſole funduntur. vocãtur autem mollificantia huius modi medicamenta. ⁂ Quibus prudens medicus inſtitutus cum hecticis febribus medetur, nõ medicamentis valde frigidis neq; eximie calidis ſed temperatis mollientibus vti debebit.

¶ Neq; hinc ſuſpicetur aliquis, nos præcipere olea & cerata valde emollientia ventriculo & iocinori admoueri, cum nõ adeo rudes ſimus vt neſciamus, relata membra, quæ alimentum pro toto corpore concoquunt, roborantibus & adſtrictoriã vim habẽtibus egere. nos enim hæc duo viſcera cum balneum ingreſurus fuerit febriens, oleo roſaceo & nardino, inungere, conſulimus. & ſi prædictorum viſcerum alterum obſtructio aut vllum tuberculum oppreſerit, aſumgiãgallinæ, aut anatis, & fæni græci mucilaginem, relatis oleis cõmiſcere cõſulimus. reliquũ vero corpus tepido decocto ex maluis, & prunis, & purpureis violis, & camemello, & aneto, ſemel ante prãdium & iterum duabus horis ante cænã, lauare, ac poſtea vnguento liquido confecto, ex oleis relatorum medicamentorum, putà violarum, camemelli, atq; aneti, & agmidalarum dulcium oleo, ſucco maluarũ ammiſtis, & lento igne, donec maluarum ſuccus diffletur, feruere permiſis, cum tantillo ceræ coagulatis, inungere quouis die præcipimus. aluus tamen priuſquàm balneum ingrediatur febriens, exoneranda ſpõte ſua, vel aliquo clifteri feces emollienti erit. neq; obliuioni relatũ balneum in huius morbi medela tradẽdum eſt. cum hoc potiſsimum remedium ad curandas habituales febres nullis aliis morbis coniunctas ſit. valent enim vnguenti admotio & herbarum coctio poroſirates corporis ingreſæ indurata mollia reddendo, & arcta vaſa dilatando, impactos & inſcyrrhũ verſos noxios ſuccos, nõnunquàm

3. metho

nunquàm habiles reddere, vt vi caloris febrilis omnino diſlari valeāt. aut ab expultrice vi per ſenſibiles meatus excerni. quos effectus pauca, aut nulla medicamenta adeo celeriter, vt balneum efficere valent. quo detegitur Galeni error præcipientis in frigidam aquam demergēdos febriētes. poſtquàm in aquæ calidæ balneū deſcēderunt. & quod ſolum vt infrigidarentur hectici, balneari iubeantur. cum non tantum non proſsit in aquam frigidam hecticos mergere: verum quam maxime noceat. præſertim poſt aquam calidā poros aperientem, & frigiditati aquæ liberum additum danti. ſi enim prodeſſe aliquando accidit per accidens, in ægris validas vires habentibus contingit. cū retractis ſpiritibus ad corporis intima, & validioribus febriētibus factis, excernere noxiū humorem facultas expultrix poſsit. debiles enim extincto calore, & duriore verſo noxio ſucco, & magis anguſto vaſe facto, inſigne nocumentum ex aqua frigida recipiunt. quod Galenus non conſiderans, quæ nocebant, præcepit. ſi autem ſudare poſt balneū hi inceperint, ſudare inunctione ſuperius ſcripta adhibita prohibeantur. dum debiliores & plus febrientes, poſt ſudores per hebdomadam quotidie factos eoſdem fieri, ſis experitus.

4.Metho. ¶ Cliſteria quibus vti debet febriens, priuſquàm balneum ingrediatur, ſi aluus lubrica non fuerit, conficienda erunt, ex decocto prunorū, ordei, violarum, maluarum, glicyrrizæ, camemeli, in quo olei violacei vnciæ duæ, olei roſati vncia vna, buthiri vacini vnciæ duæ, ſacchari vncia vna, diſſolui debent. dormire æger alio & huic ſimili poſt balneū recepto valebit, cumq; tabeſcere febriens incipiat, tabidus etiam factus bis aut ter in quauis hebdomada clyſter ex iure gallinæ, & duobus oui luteis ac vnciis tribus olei violarum, & ſacchari vncia vna tribus horis poſt cænam tranſatis, ſumat.

¶ Balneum in habitualibus febri- 5.Metho. bus ab vlcere pulmonis, aut empymate, vel ſtomachi, aut inteſtinorū, ſiue alterius corporis partis, vlcere antiquo nocere, q̄ maxime ſolet, & quod humectando vlceri poſcēti ad ſui ſanationem exiccantibus obſit, & quòd innoxios ſuccos, fluxioni parando irruere eoſdem in vulneratas partes, imbecilliores ipſas reddendo efficiat.

¶ Alimēta hecticorum facilis co- 6.Metho. ctionis, & tenuis conſiſtentiæ futura ſunt, nam cum horum febrientium cōcoctrix facultas imbecilla ex diuturnitate febris verſa ſit, quæ difficulter coquūtur, incocta in his reiicerentur, & craſſæ conſiſtentiæ alimenta obſtructiones ſcyrrhoſas augerent. lenta & viſcoſitatem inſignē habētia, cum hecticæ ab obſtructione manifeſta in aliquo viſcere prouenerint, valde obeſſe poterūt. quòd obſtructiones augeant, quibus auctis alimēta in vniuerſum corpus diſtribuenda ad ipſa alendū tranſire prohiberentur. quo citius in tabem inciderent ægri. verum ſi in aliquo vaſe oculto particularis mēbri obſtructio à ſcyrrhoſo tumore vllo fiat. alimenta quæ inſignem lentorem nō habuerint, ſed mediocri quadā viſcoſitate participauerint, vt cochlearum caro, prodeſſe non parū ſolent. quoniā ſcyrrhoſæ parti ſanguis ab ipſis genitus hærēs, ipſam humectare ſuo lentore valet, quo habilis expulſioni vertitur. ſi enim aquæ intercutem tumorē cochleæ exugunt, vt Dioſcorides libro ſecūdo capite

octauo ſcripſit,non niſi ob ſiccitatẽ
teſtæ id aſſequuntur.ideoq; dixit.
✳ Crudæ cum tegumentis impoſi
tæ,aquæ intercutẽ tumores exugũt,
ſed non ante ſoluãtur,quàm omnis
hauriatur humor. ✳ Quaſi hoc
monere velit,prius humiditatẽ car
nis cochlearum cõſumendam eſſe,
vt teſtæ ſiccitas proſit, quàm auferã
tur. alio quoq; modo prodeſſe poſ-
ſunt, quoniam vt vim habent exic-
candi aquam intercutem,& podra-
gicorum tumores,ita quoq; & duras
illas vaſorum obſtructiones.veſcen-
dæ ergo terreſtres aut marinæ ſunt,
fluuiatiles autẽ & quæ fructetis ve-
pribusue glutinatæ cohærent,fugiẽ
dæ, quòd hæ ſtomachum & ventrẽ
conturbant,ille virus olent,vt Dio-
ſcorides retulit,neq; illotæ &crudæ
mãdẽdæ, ſed furfurũ & fæniculo de
cocto abluendæ, vt lentor immodi-
cus earundem auferatur & modicus
maneat. cancri fluuiales eandẽ vim
quam limaces ſeu cochleæ habent,
cum iure gallinæ coctæ.
7.Metho. ¶Pulli gallinarum,& perdicum,
&gallinæ ipſæ,atq; arietum caro cõ
ueniũt his,hædorum cerebrum vti-
le aſſum & elixum eſt, iura prædicta
rum auium,& aliarum paruarũ pin
guium cõducũt, & aues ipſæ præſer
tim decoctæ. quòd plurimæ parua-
rum ſiccæ ſint. quapropter paſſeres
calidi & ſicci inutiles iudicantur.vt
quoq; paluſtres & influminibus de-
gentes aues. fructus complures pro-
ſunt, maxime qui mediocriter cali-
di,aut frigidi, ſimulq; humidi ſunt,
quoniam humiditate & temperato
calore, aut frigiditate, indurata e-
molliri,experimur. olera quoq; hu-
mida,vt lactuca, portulaca, buglo-
ſom,intibus,& alia huius generis cõ
ducunt. acetum ad incitandum ap-
petitum,& refrigirandum, & alimẽ
ta in membra impellendum condu
cit, dummodo exiguum ex eo ſu-
matur.
¶Potum aquæ frigidæ crudæ nõ
valde approbo. quòd horũ febrien- 8.Metho.
tium ſpiritus exigui ſint,qui frigida
extingui parati ſunt. etiam quoniã
in hydropem omnes ferme tabidi fi
niantur, quia concoctrix vis iecoris
diuturnitate febris imbecilla facta,
alimenta in aquoſum ſanguinẽ ver-
tat,aut quod medicorum indocta li
cẽtia,permiſi hectici quotiesvelint,
aqua frigida ingurgitari, in hydro-
pem relatam incidant. putabant nẽ
pe Galenus & quotquot eum ſunt ſe
cuti medici,ſcopum curationis hu-
ius febris tantum refrigerationem,
& humectationem eſſe, credentes fe
brem hecticam nullam materiam
pro occaſione habere, ſed calidã &
ſiccam intemperiem dici. vt ſupra
oſtenſum eſt. ideoq; aquam frigidã
nedum prohibebant, verum eadem
mederi his febribus putabãt,nos au-
tem qui falſitatem hãc exploſimus,
& cauſam hecticarum eſſe,quam au
diſtis detegimus.coqui aquam rebus
humectantibus, & aperiendi medio
crem facultatem habentibus, conſu
limus.vt humectatione indurata e-
molliantur, & appertione excerni
noxia,mollia verſa, valeant. in quẽ
vſum, aqua, ordeo, prunis damaſce
nis,&fæniculiſemine cocta prodeſt,
vel ſeminib9 melonis, & cucumeris,
ac parũ aneſi. cum enim hi ægri in-
digeant medicamentis ventriculũ
& iecur roborãtibus.ne in alui fluo-
rem vel hydropem incidant:inquo
rum altero ferme ſemper hi termi-
nantur. ideo aneſum & fæniculum
& alia huius facultatis, in aqua bibẽ
da ab his,concoqui conſulo. neq; in
conuenire putarem, ſi ventriculi ro
bur deiectum eſſet,cinamomum, &
dama-

damaſcena pruna, in aqua bibenda coquere.quãuis enim verũ ſit, quòd Galenus decimo lib.metho.medendi capite vndecimo ſcripſit.frigiditatẽ aquæ ab ſtomachi calore & mẽbrorum vinci,non tamẽ ob hoc permittẽda eſt,ab hecticis bibi, cum hi exiguo aquæ frigore inſigne nocumentũ patiantur. ventriculo & mẽbris in agendo repatiẽtibus. neq; aliud fortaſsis paulus ſenſit, cum hecticis moderato frigidæ potu vti iubebat.

9 metho ¶Ptiſanæ cremorem & alicæ ſorbitiones omnes antiqui in hoc morbo laudant, at ego ſi gratum huiuſmodi alimentum his febrientibus eſſet,vti eo non prohiberem. nõ quidẽ vt vltimo,& potiſsimo cibo, ſed pro primis menſis eundem concederem,& carnibus prædictis,aut piſcibus boni ſucci, & aliis magis gratis, ac plus alentibus comedere largius quam pultibus ex ordeo,& zea,ſeu ſpelta,cõfectis conſulerem. neq; nõ ouorum lutea exhiberẽ. & alia quæ facilis coctionis fuiſſent, comedere permitterent, dummodo temperatum calorẽ humiditati coniunctũ ipſa poſsiderent.

10 metho ¶Lac in tantum ab omnibus medicis laudatur,vt huic alimento nullum æquari putent, quod quoq; prodeſſe, non tantum alendo ſed morbo huic medendo credunt. cui ſententiæ ego non aduerſor. cum enim mihi cõpertum ſit, hecticas omnes ab ignotis obſtructionibus,aut induratis ocultis tuberculis,aut vlculculis incognitis (non enim de illis quæ à iocinoris vel lienis obſtructionibus manifeſtis proueniunt, loquor, quòd in his nocere lac ſoleat) originem ducere. & nullus cibus reperiri queat,qui adeo emollire ſua buthiroſa ſubſtãtia indurata valeat.ſimulq; quæ mollia verſa ſunt,abſtergere, & ſero lauare,vt lac. hinc credo fœlicibus euentibus vſu eiuſdem medici ſuaſsi, & ſi ignorarent habitualiũ febrium cauſas, neq; quo modo lac prodeſſet, tam multum id laudauerint.

¶Primũ & præcipium lac quod conferre his febrientibus exiſtimauit Galenus,aſininum fuit,dequo in primis diebus cyathumvnum tantũ dare iuſsit, inducta in cubiculo ægrotantis aſina,quo nullum tempus interponatur, ſed æger id protinus bibat.poſt vero ſi infebriẽtis ventriculo non aceſcat,aut coaguletur. addere cyathũ dimidium iuſsitc ,etſic plus concedendo, ad conuenientem menſuram pro alendo ægro aſcẽdere præcepit .cuius decretũ ego quippe laudo, in febrientibus aluum adſtrictam habentibus.ſecus vbi iã vẽter eſſet immodice ſolutus. nam cũ certũ ſit tanto lac alio magis lubricum reddere ventrem, quanto plus de ſero in ſe continet. vt Galenus. 3. de facultatibus alimentorũ, capite de lacte dicebat. hinc ſequitur aſininum poſt camellarum & æquarum magis ventrẽ ſubducere,quòd de ſero plusq̃ caprarum,& vaccarum, ac ouium contineat,atq; ob idẽ aluum ſolutam habentibus inimicum eſſe. porro mirari ſubit q̃ maxime de Galeno,qui putauit,nullũ in hectico redundare viciatum ſuccum, ſed tantum diſtemperie calida & ſicca huiuſmodi febrientes laborare. & boni conſulat his ægris,lac aſinarum expurgans dare.cum caprinum mediocre inter craſsi nutrimẽti lac & tenue,dare potuerit. quod ad manũ ſæpe habemus. vitareq; poſſet illud aſinarũ,quod obeſſe,ventrẽ ſubducẽdo,valeret.ſihectici intẽperies abſq; materia: vt ille exiſtimauit: fuiſſet. 11.metho

neq; minus incōuenit,& ſuæ opinio ni aduerſatur. quod idē Galenus di cimo methodi medendi præcipit, ptiſanam & alicam, cum porro, & anetho,tum ſale,oleo,& aceto condire. Si enim nullus viciatus ſuccus in hecticis abundat. in quem vſum anethum & porrum vim aperiendi atq; calfuciendi habentia,prodeſſe,poſſunt.oleum quoq; pingue & in flammari aptum, quo modo prodeſſe intēperiei calidæ & ſiccæ poterit. ego non intelligo: certe inconſtantem in ſuis opiniōibus ac variū Gal. fuiſſe,eiuſdē ſcripta palā probant.

12 metho ¶ Muliebre lac ſuctum ab vbere nutricis ,præferri aliis alimētis,pro nutriendis hecticis plurimi credūt, ego infantibus & pueris vtiliſsimū eſſe,diſiudico,adultis nō tantū prodeſſe exiſtimo. & quòd ſugere lac à mulierum mamis abhorreant iuuenes, & maioris ætatis homines, & quòd ætas iuuentutis adeo diſsimilis ſit infantiæ, vt rationabili coniectura ſuſpicari poſsit. adultos diſsimiles multo pueris, multo diſsimilē effectū ab eodē ſuſcepturos. vtq; infantes iuuamen à lacte ab vberibꝰ fœminarum ſucto recipiūt, iuuenes nocumentū. aut exiguū cōmodum allaturos.

13 metho ¶ Teſtudinum caro ablatis pedibus,capite atq; cauda, cocta ita vt citra faſtidiū mādi poſsit.à Plinio laudatur.32.libro capite decimo inſcripto ad febres omniū generū,& cōtra diuerſas infirmitates.ranæ aquaticæ in vino vetere cū farre decoctæ ibidē etiā eliguntur. quæ ambo q̄ maxime prodeſſe hecticis exiſtimo. quoniā humiditatē natā emollire induratas obſtructiones habeāt.verū ducere ad electuarii indurati conſiſtentiā carnes prædictas, vt pharmacopolæ medicorum iuſſu ſolent, multo minus prodeſſe,quàm coctæ & cumino,vel aneſo, aut alio attenuante ſemine,deuoratæ exiſtimo.quia humiditas quæ mollire debebat,coctione immodica pharmacopolarū abſumetur.alere gallinas & earundem pullos,prædicta teſtudinū & ranarū carne cocta, & ordeo in lacte quoq; cocto,vt relatis auibus nutriatur hecticus, ſatis proficuū eſt. oxigalate, id eſt,acido lacte ali hecticos, nōnulli laudant. mihi autē oxigala inutile iudicatur, quòd craſsi ſit alimenti,vt Gal.lib.3.de facultatibus alimētorū ſcripſit.& buthiroſū quo mollire lac valet,ac ſeroſum quo aperire ſolet,amiſerit.

¶ Lacte tepido balneari vniuerſū hectici corpus,dū prius in aquæ dulcis tepidæ balneū idē tandiu deſcenderit, vt ibi parumper & doneq; cutis pori reſerētur,immoratusfuerit, prodeſſe q̄ plurimū hecticis exiſtimo. nā lactis humiditate emolliri induratæ obſtructiones poterunt.& ſeroſa eiuſdē ſubſtātia attenuari,atq; excerni.omneſq; hectici corporis partes humectari,prōptæ fiēt. quòd plurimū neceſſariū hecticis eſt. 14 methō

¶ Medicamētis per os ſumptis, & exterius admotis, infrigidari hecticos quoquo modo poſsint, procurāt medici.putātes, his extirpari febrilē calorē.poſſe.verū decipiuntur, & non parū nocumentū ſæpe ægris his rebus inferunt. nā quæ ſolū infrigidāt & alimētum nullū corpori,vt medicamēta pura,exhibent, comeſta,calorē natiuū ſpirituum vitaliū extinguntˊ, & cōcoctricis facultatis iecoris,& vētriculi vires imbecillas reddūt. atq; in hidropē inquā incidere ob imbecillitatē iecoris hectici parati ſunt,eoſdē trahūt. quæ vero exterius admouentur,cutim inſpiſando, & fuligines ſcyrrhoſarū obſtructionū exire prohibēdo, etiā & ſi nō tantum vt præcedentia nocent. 15.methō

Neq;

16 metho ¶Neq; præcedente methodo alimentorum frigidorum vſum interdico, dummodo ex his ſint: quæ faciliter concoqui valeant. & optimum ſanguinem & à temperamento per humiditatem decliuem gignant. frigida enim & ſicca ædulia noxia eſſe, palam eſt. quòd ſiccitatem hecticorum atq; ſcyrrhoſas obſtructiones eorundem augeant. præſenti methodo quoq; calida et humida alimenta minime reprobo. quin ſi laudati nutrimenti ſint, cõplurimum prodeſſe, exiſtimo. quia ex his multꝰ ſanguis genitus, humectare induratas obſtructiones, & vires fouere (plurimis ſpiritibus ex eiſdem productis) valebit. ſolida quoq; membra, quæ in maraſmum incidebant, releuari ab eodem ipſis cibis poterunt. tandẽ vſum papaueris, nimpheæ, opii, hyoſciami, in alimentis aut in pharmacopolarum compoſitionibus deuorata, nocere hecticis dico, exteriꝰ quoq; admota obeſſe, affirmo.

17 metho ¶Vnguentum roſatum quomedici ſæpe inungere dorſum febrientiũ præcipiunt. nõ adeo noxium et ſi refrigeret, eſt, vt per interuala quãdoq; eodem totum hectici corpus illiniri, et leuiter fricari, non profit, vt vnguentum liquidum in tertia methodo ſcriptũ, tum quia membrorum diſſolutio frigiditate & humiditate eiuſdem coercetur: tum etiã quoniam quæ indurata interius hecticæ cauſa fuerint, mollia reddi, eodem valebunt. ac poſt molliciem facilius per halitum aut ſudorem, ſeu aliam quanuis ſenſibilem vacuationem excerni, poterunt. cũ enim ſæpe medico incognitus eſt locus obſtructionis, aut tuberculi vel ſcyrri, qui cauſa hecticæ eſt. totius corporis inunctiõe relata, præſertim poſt balneum, emolliri & apta expulſioni quæuis dura pars fuerit, à ratione alienum non eſt. neq; in vngere ventriculum aut iecur eodẽ timere debemus. cum ſatis roborantis facultatis vnguentum hoc propter roſarũ adſtrictoriam vim, ſit. neq; præſens locus poſcit examinare, an vnguentum roſatum frigidum, aut calidũ ſit. mihi enim indubitatum eſt, frigidum & non calidum eſſe, quanuis ex porcina aſungia cõficiatur. quia aquæ frigiditas, qua toties aſungia illa lauatur, ipſam vim infrigidandi habere, efficit. vt euentus probant. quibus fides in his rebus & nõ rationi danda eſt. 18. metho

¶Toros quibus inſidere, & dormire hi febrientes debent. fabricare ſuper aquam fontanam prodeſſe his, aliqui ſcriptores dixere. ego autẽ niſi in æſtate, aut in principio autumni vbi aer immodice calidus & ſiccus eſt, id facere non conſulerem. nam hyeme & vere ſatis hũidus aer nos cõtinens eſt, autumni autem media & vltima pars adeo frigida, quòd ſi à frigiditate aquæ illius tẽporis frigiditas augeretur, nocere poſſe, certum erit. tam deiiciendo vires concoctrices iecoris, & vẽtriculi, quàm vaſorũ totius corporis. & in hydropem trahere valeret. hoc efficiẽdo 19. metho

¶Innumeras cõpoſitiones pharmacorum nutrientium & infrigidãtium & roborantium (vt putant authores qui illa compoſuere) vires hecticorum, conficiũt Auicena & omnes Arabes ac latini iuniores, ex ſeminibus lactucarũ, intibi, & cõmunibus frigidis, ſmagradis, iacinthis, & margaritis, at q, aliis præcioſis lapidibus, nimphea, papauere, cãphora, bombicis ſemine, & ſaccharo, & mille aliis rebus quarum potiorem partem nocere nõ parum, exiſtimo. cum quæ immodice frigida ſunt, ob

rationem in. xv.methodo ſcriptam obeſſe,poſsint. Lapides autē obſtructionibus,& ſcyrris,nocumentū inſigne inferre notiſsimū quoq; ſit.non enim credo ego ex lapidibus relatis, exceptis margaritis, comeſtis, ſi per imum ventrem miſta fæcibus nō ex cernuntur, quod veriſimile eſt, aliū ſanguinem, quàm terrenum gigni. durities enim lapillorum dictorum manifeſte ſic rem habere, niſi lapidea mente præditos, docet. certe ſi ex mollitie & duritie alimenti coniectare licet,quam facultatem nutriendi habet.cum rupibus relati lapides multo duriores ſint, & aqua nec vllo liquore emolliri valeant. clarū eſt.aut minime alere,aut ſanguinem qualem dixi efficere. ſi quoq; ex odore aut ſapore decernere eorundē in nutriendo vires cures, non potius q̃ calibem, aut magnetem ſiue alium quemuis lapidem de ſe odorem, aut ſaporem reddere ipſos,ſenties. vnde quoq; pares vires nutiendi præfactis habere cenſendum eſt.ſupereſt ergo vt qui nutriant, minime hecticis cō cedi,hi lapides debent. ſi enim infebribus peſtilentibus prodeſſe,poſſe, diximus,multo aliter q̃per modum alimēti fieri exiſtimamus.ſed de his atq; de hectica febre ſatis nunc dixiſſe credimus. ad febres ergo quas cōpoſitas vocant, deuenire tempus eſt.

Caput. lxv. de febribus compoſitis hemitritæis nominatis quæ an tales ſint,quales à Galeno & aliis medicis eſſe fingūtur,aut non,in præſenti capite examinabimus.

NAturam atq; modos hemitritæi diuerſos ſcripſit Galenus,ſecūdo de febrium differentiis cap.vii.ac.viii.& inde typis libro.cuius decreta in prædictis capitibus exarata,in compēdium quodam primum redigere viſum. ne ſi vniuerſā tranſcripſero literam, quæ prolixa valde eſt, lectoribus moleſtior q̃ eſſe cupio, fiam. & poſt quid nos de illis ſentiamus palam & ingenue exponem9: deinde quoq; ſi quid ex libro de typis adducere conueniat, & taxare vel approbare, expediat, præteritis ſubiūgemus.idq; quāto breuius poſſimus. quoniam finem imponere operi huic,& ad alia trāſgredi, quàm maxime cupimus.hemitritæum ergo Galenus nominat febrē,ex bili& pituita oriētē,quādo pituita & bilis accedēdi proprios modos ſeruāt. & cum proprii accedendi pituitæ modi duo(vt Galenus opinatur)ſint,vel quotidie inuadendo,& in infebricitationem deſinendo.quod genus febris quotidiana, ſeu amphimerina nominatur. aut ſemper afligendo, quæ quotidiana cōtinua dicitur. et bilis alii duo,aut tertiis diebus infeſtando,quæ tertiana vocatur. aut inceſanter febrem faciendo, quæ continua tertiana dicitur. quatuor hemitritæorum complexiones fieri, poterunt.tertianæ ſcilicet intermittentis,cū quotidiana intermittē aut tertianæ intermittentis,cum quotidiana continua. vel quotidianæ intermittētis cū tertiana cōtinua, vel quotidi.continuæ,cū tertiana cōtinua.neq;hos oēs poſſe proprie,hemitritæos nominari, Galenus dixit.cū quotidiana & tertiana intermittentes hemitritæum non conſtituant: quia febrem cōtinuam oportere hemitritæum eſſe, ſequēdo hyppocratis placita, idē credidit. & illis quas diximus,febribus, illud non conueniat.tranſactis namq; accedendi horis, quotidianæ & tertianæ ſine febre

bre exiſtet æger. nempe Hyppocratem voluiſſe, hemitritæos febres cõtinuas eſſe. ex primo de morbis vulgaribus libro, ellici, opinatus eſt. quoniam inibi dixerit. ⁜ Erant vero eorum pleriſquè paſsiões huiuſmodi febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino quidem nõ intermittẽtes. modus vero erat hemitritæus, cum alteram diem leuiorem ferret, altera vero inualeſceret. ac ſumatim in acutiem augerentur. ⁜ Nequê etiã tertianam continuam, & quotidianam continuam, ſimul miſtas, hemitritæum componere, affirmat Galenus. quia ſine horrore hæ ambæ eſſent. & hemitritæus febris horrida futurus eſt. vt in cõtextu citato hyppocrates dixit. illæ ergo proprie hemitritæi nomen, ſequendo Galeni ſententiam, ſortientur, quæ ex quotidiana intermittẽte, & tertiana cõtinua componuntur, aut quæ ex tertiana intermittente, & quotidiana cõtinua fiunt. nam harum vtraquè continua & horrida erit. atquè cum hemitritæum ideo ſic nominari: Galenus opinatur, quòd ſit ſemitertiana et ſemiquotidiana. vt ſemiaſinꝰ mulus aut mula nominatur, quoniã ex æqua et aſino procreetur. ille magis proprie hemitritæus vocabitur: qui magis pares tertianam et quotidianam habuerit. ſi enim tertiana valde dominaretur: iam tertianæ nomen ſibi vindicaret, etſi quotidiana multum polleret, pituitoſæ febris nomen ſortiretur. à quibus denominationibus hemitritæum exactum abhorrere autumat Galenus. ſed requirere parem miſtionem ambarũ febriũ. Hæc inſuma incitatis capitibus ſcripſit Galenus. et exẽpla quædam aliquorum febrientium diuerſis febribus cõpoſitis, ex his poſſuit. neq; plus de harum febrium compoſitiõe dubitaſſe, videtur. quàm quòd quatuor ſint elemẽta, aut quòd cœlum ſit circularis figuræ. vel ignis leuis, & terra grauis, aut aliud quod vis in phyſica notiſsimum.

¶ Mihi autem cui inditum à natura eſt, euentuum naturalium cauſas abſq; exacto examine nunq̃ inueſtigare. primũ videtur prædicta Galeni decreta hæc habere inconuenientia, ex eiſdem ſequi tertianas nothas, & hemitritæos ab eiſdem cauſis pendere, & originem trahere. à bili ſcilicet pituitæ miſta: vnde euenturum erat id, quod quàm maxime inconuenit, aut vtraſq, per tertios dies pluſquàm duodecim horas infeſtãdo, nothas tertianas vocari, aut duas acceſsiones in altero die efficiẽdo, & vnam in alio hemitritæos dici. quòd enim hemitritæi à pituita putreſcente bili miſta, oriantur, Galenus expreſſe dixit. in exordio ſeptimi capitis ſecundi libri de febriũ differẽtiis. nothã autem tertianam à bili notha ex pituita bili commiſta fieri, in antecedentibus doctum manet. non enim verũ eſt, ſequẽdo Galeni verba in prædicto cap. quod Auicena prima fen. quarti ca. 35. tractatus ſecundi & iuniores fingunt, quia vident prædictam rationem indiſſolubilem eſſe: in hemitritæis ſcilicet bilẽ non in eiſdem vaſis putreſcere, in quibus pituita, ſed in multo diuerſis, & ideo duas diſtinctas febres, hos diſtinctos humores efficere & notham bilem, quæ ex pituita & bile fit, in vnico & eodem vaſe, ambobus humoribus cõmiſtis putreſcere. atq; ob idem ab ipſis vnicam febrem, tertianam ſcilicet notham oriri. Galenus enim in ſeptimo cap. citato dixerat. ⁜ Iam vero tempus eſt, vt ad propoſitum inſtitutũ reuertamur. ſi pituita putreſcẽs ex qua fe

brem illam, quæ ſingulis diebus acceſsioné facit, accendi dicamus, miſceatur amaræ bilis humori, ex quo tertiana gignitur febris. duplex iam cauſa ac diſpoſitio cõiungeretur. alter quidé humor affert, quotidie acceſioné, alter vero tertio quoq; die. itaquè alter quidem dies duas habet acceſsiones, alter vero vnam tãtum modo. fientquè, vt dixi, in altero die duæ acceſsiones, niſi acceſsionũ tempora in eiſdem horis conueniant: ſi enim conuenerint, fiet vna febris cõfuſa: quæ nequè puræ tertianæ neq; puræ quotidianæ formam præſe feret. ꝟ Vbi palam ſcripſit miſtam pituitam bili, putreſcentem efficere hemitritæum. nõ ergo in diſtinctis corporis locis vt Auicena & neoterici dicunt, Galenus credidit, humores facientes hemitritæos, includi, & putreſcere.

¶ Nequè etiam rationi conforme eſt, opinari, quòd Galenus non putet, bilem notham fieri, poſſe: ex miſtione pituitæ & bilis, ſed per maiorem aſſationem flauæ bilis, nam cũ idem Galenus fateatur, palidam gigni ex ſeroſa aquoſitate bili flauæ miſta. hæc ſi multum de aquoſitate illa, quæ pituita dicenda eſt, admiſerit. notha bilis vocabitur: & erit.

¶ Porro intelligo ego, quid Auicenæ & his qui eundem ſequuntur, cauſa deceptionis fuerit. cum enim opinarentur, pituitam & bilé extra corporis vaſa putreſcentes, febres intermittẽtes efficere, & intra eadem continuas. fingebant altero humore intra vaſa putreſcente, continuã febrem ſub oriri, & alio extra putrente intermittẽtem prouenire. nos autem qui in antecedentibus docuimꝰ meras nugas & inania figmenta omnia illa eſſe: ſed quòd tam cõtinuarũ quàm intermittentium, humor, vt plurimum in venis corporis totius ſit incluſus. & quòd aliunde quàm ex aſſertis ab illis authoribus, continuitas, & intermiſſio, febrium cõtingat. impoſſibile exiſtimamus, in venis bilem & pituitam putreſcere, & homine febriẽte hinc inde ſæpe moto, illos humores in venis incluſos, non miſceri. vt in quibusuis canalibus quantumuis, arctis, liquores incluſi, & concuſi, ac calore feruentes miſceri, videmus. atquè etiã ob hãc rationem extra omnem naturæ ordinem exiſtimamus: cõponi febres vt Galenus & omnes alii medici fingunt. certe ſi diuidi & ſeparari in diuerſis vaſis humores putrẽtes neque unt. neq; etiam duas febres efficere, ſed vnam non puram, ſed notham valebunt.

¶ Neq; illis qui his noſtris ſcriptis fidem non dant, prodeſſe poteſt, obiicere mihi, quòd niſi verũ eſſet, in diuerſis corporis partibus contineri duarũ febrium humores. nequaq̃ experiremur in duplicibus tertianis, contingere, primã febrem & quam die dominica, exempli gratia, corriperevidemus, eadem hora accedere, qua quæ die martis ſequentis ventura eſt. & quòd alia, quæ die lunæ inuadit, non alia hora: quàm ea in qua diei Mercurii febris inuaſura eſt, accedat. vt duæ ille tertianæ duas diuerſas, inter ſe tamé per tertios dies ſimiles, acceſsiones efficiant. quoniã & ſi multoties ita accidat, vt ſe experiri aduerſi fatentur. non illud ideo cõtingit, quia duarũ tertianarũ duæ vt inquiunt, ſint mineræ. ſed quoniã expultrix vis cordis & venarũ, atq; arteriarũ, ſuccum inficientem ſanguinem cordis, cum primũ febrire æger incipit: ad tantã diſtantiam ſe iungere à membris principibus valet, vt redire ad inficiẽdum iterum cor-

cordis ſanguinem non in alia hora poſsit,quàm in ea in qua in ſequenti die alia tertiana corripit.quæ etiam in ea hora finietur, in qua expultrix vis relatarum partium ſeiungere noxium ſuccum,à membris principalibus valet. atq; cum natura bis vel ter con ſueſcat,ad tantam diſtãtiam in vno die & non maiorem neq; minorẽ ſuccum noxium excernere & ad aliam in alio. inde contingit in reliquis diebus ſequentibus eandem normam ipſam ſeruare. vt ſi quis aſſueſceret, prãdere in die lunæ hora decima ante meridiẽ, & die martis, hora duodecima,& die mercurii iterum hora decima comedere, & iouis die eadẽ hora qua die martis prãdere. atq; hoc per hebdomadã vnã, aut diutius obſeruaſſet,non prius fameſceret,quàm horæ illæ in diuerſis diebus ſonarent. ſic his febrientibus contingit. & quia hanc & conſimiles argumentationes faciliter,qui in noſtris dogmatib9 de modo per quẽ acceſsiones febriles proueniunt,doctus fuerit, ſoluere valebit. ideo ad proſequendum incepta progredior.

¶ Quippe cõtingunt non raro vulneratum caput habentibus, quibus vel ob chirurgi indocilitatẽ,aut vulneris malignitatem, cerebrum ſuppuratur, horrores cõtinuis febribus ſuperueniẽtes: nequè alium ordinẽ ſeruantes,q̃ quem Galenus fingit,cõtinuam tertianam: et intermittentẽ quotidianam habere. vt enim ipſe ſuſpicatur: acceſsiones harum cõpoſitarum febriũ quandoq; retardari,nonnunq̃ cicius accedere. ſic etiã ſuppurationẽ cerebri patiẽtibus accidit: et cum bilis vomitibus non raro.qui tamen non hemitritæo febrire dicuntur. neq; à duobus cõtrariis ſuccis in diuerſis vaſis putreſcentibus:duabus febribus illos affici ſuſpicamur.ſed aliã cauſam inuenire curamus. quod cum ita ſæpe cõtingat, Galenus & ſi eos acceſsionũ modos, quos ſcripſit, nõnunq̃ infebriẽtibus viderit, propriam & quæ euentibus quadraret,cauſam, inueſtigare,tenebatur.& non quam falſo de compoſitione febrium fingit.

¶Hippocrates certe quẽ ipſe ex primo de morbis popularibus citat, nullibi quod ego ſciã talẽ febrium compoſitionẽ introduxit.neq; contextus ex eodem allatus de hemitritæo ficto à Galeno mentionẽ agere potuit.vt qui verba eiuſdem exacte perpẽdit,& calet, intelliget.ea ſunt. ⁂ erant vero pleriſq; paſsiones huiuſmodi febres horridæ, continuæ, acutæ,omninoquidem nõ intermittẽtes,modus vero erat hemitritæus, cum alteram diem leuiorẽ ferret. altera vero inualeſceret. ac ſumatim in acutiẽ augerentur. ⁂ vltimum enim contextus putã ac ſumatim in acutiẽ augerentur. nullo modo cõuenire videtur,febribus diuerſis nẽpè pituitoſæ,& bilioſæ, ſimul infeſtantibus, cum quæ prior ex his defutura erat,nõ pituitoſa,quæ craſſiorem ſuccum pro occaſione habebat.ſed bilioſa eſſe debebat, ſed hac deficiente, & pituitoſa perſeuerãte. non in acutiem prouenientem à bilioſis ſuccis,ſed in horridam orientem à frigidis finienda erat.

¶ Et priora contextus verba non minus diſtinctum genus febris,ab eo quem Galenus fingit, quàm vltima denotant. potuit enim vocare illic Hyppocrates eas febres horridas, quæ,in prioribus diebus cum horrore ſimul febri coniuncto,accederẽt. quoniam pituita à capite illorũ febrientium tunc diſtilãs indorſi medulam horroris cauſa, per modum ſuperius à me expoſitum (vbi rigorũ

&

& hor rorum veras cauſas expoſui-
mus)fuiſſet.qua conſumpta ,& perſe
uerante fehre,ac liberam bilem , vt
facere acutã febrem poſſet , linquen
do,in acutiẽ febris fineretur.nequa-
q̃; à duabas febribus cõpoſitis, ſym-
ptamate illo emanante, vt Galenus
opinabatur· vel etiam reſencitum
ab hippocrate genus illud febrium
oriebatur , à pugna , inter naturã &
morbificam cauſam , quàm cum in
primis diebus natura conaretur, lõ-
ge à corde ſeiungere . & vltra dorſi
magnam arteriam & venam in par
uas corporis ſecreſtare : renitẽs hu-
mor noxius & diffundi in proximas
cordi arterias & venas procurãs:mo
tus & concuſio talis indictis arteria
& vena ſuboriretur , vt neceſſario
dorſi medula eo modo male affice-
retur:quo affici in horroribus ſolet.
indeq; horrores prouenientes deno
minationem horridarũ : febribus il
lis darent.ſed perſeuerantibus febri
bus:& vel natura vincente : et in am
bitũ venarũ corporis humores pro-
trudente: febre ad diſſoluendum no
xium humorem , intẽſiore facta,vel
humoribus dominantibus,& prope
cordis venas diffuſis,febris intenſior
etiam verſa , corde à noxio humore
vellicato,in acutiem finiretur. & tã
dem tales quales ſcriptæ ab Hyppo-
crate fuere, non per febrium cõpoſi
tionem:ſed per innumeras alias cau
ſas ille & diuerſæ febriũ acceſsiones
quas habere febres compoſitas,Gale
nus opinatur , prouenire poſſe , qui
adhuc parum doctus in noſtris dog
matibus fuerit,facile intelliget.

¶ Decipitur indubie Galenus,cũ
putat:vocari ab Hyppocrate & aliis
antiquis medicis : hemitritæum fe-
brẽ quæ ſimul tertiana & quotidia-
na ſit : quaſi dictio illa cõpoſitionẽ
ſignificet:vt ſemiaſinus aut ſemial-
bus,qui ex dimidia parte alba:& di-
midia nigra cõpoſitus fuiſſet . cum
nolit Hyppocrates ſignificare illud,
hemitritæus:ſed inde hemitritæum
nominari : quòd tertianã intermit-
tentem æmuletur : quàmq̃ non talis
ſed continua febris tertiis diebus ac
ceſiones vt tertiana intermittẽs ha-
bẽs ſit. vt vulgus vocare ſolet homũ
ciones ſemihomines.nõ quòd ex ho
mine & alio animali ſint cõpoſiti,
ſed quòd perfectos homines homũ-
culi æmulentur. ſi enim continuas
tertianas in aphoriſmo.43. quarti li
bri cuius ſeries hæc eſt. ※ Febres
quæ nunq̃ non intermittẽtes tertia
die fortiores fiunt , magis periculo-
ſæ &c. ※ Non hemitritæos nomi-
nauit: & in citato de morbis vulga-
ribus contextu ſic :-nulla alia de cau
ſa feciſſe ſuſpicor: niſi quia hic de il
lis agebat , quæ et ſi continuæ febres
eſſent . tertiis diebus cũ horroribus
accedebant:quas vocare hemitritæ-
os id eſt æmulantes tertianas dignũ
erat.et in aphoriſmis de continuis
tertianis tertiis diebus acceſsiones ſi
ne horroribus habẽtibus ſcriberet.
neq; Agathinus ductus à Gale.in.2.
de febrium diffe.aliunde denomina
ri hemitritæum q̃ per ſimilitudinẽ
putaſſe reor.quia ſcilicet tertianam
exquiſitam breuem hemitritæus in
acceſsionibus æmuletur.& ſi multo
poſt: quàm ipſa protendatur . quaſi
nulli aliæ quàm tertianæ exquiſitæ
nomẽ tertianæ ſimpliciter & per a-
nalogiã ſeccundũ eundem conueni
ret.certe hoc expræſſe Gal . in com-
mentario de typis dixit cũ ſcripſit.
※ Agathinus hemitritæum ſemi-
tertianam latine dictum inde pro-
nunciat : à relatione ad tertianã.nã
vtriſq; tertio quoq; die fiunt acceſ-
ſiones. ※

¶ Non me latet: fuiſſe : medicos de
quibus

qnibus Galenus incitato de typis li
bro meminit, qui putarunt, dici ſe-
mitertianam,quaſi non integrã ,ſed
dimidiãtertianam,vtſemicirculum
nõ integrum circulum ſed eiuſdem
medietatem nominamus . atq; alios
qui ſemitertianã eadem ratione di-
ci autumant.qua ſexqui alterum nu
merum.vtq;ſexqui alter numerus re
ſpectu alterius cõtinet illud,& eiuſ-
dem medietatem , ceu ſex continet
quatuor & duo , quæ medietas qua-
tuor ſunt.ſic credunt ,febrem durã-
tem decem & octo horas vocari ſe-
mitertianam , quoniam contineat
vnam integram exquiſitam tertia-
nam : quæ ex duodecim horis tantũ
in plurimũ conſtat.& dimidiũ eiuſ-
dem putà alias ſex horas. multoquè
maiora quàm præfata deliria vete-
rum medicorum componentiũ ty-
pos quotidianos, & tertianos, atquè
quartanos , necnõ quintanos , mul-
tiplicibus cõpoſitionibus,ibi etiam
tractari,obliuioni non trado.nequè
eiuſdem Galeni non minus inutiles
q̃ reliquorum nugacitates ibidẽ le-
gi , ſed omnes illas mitto , ne proli-
xior ſim:& tantum id refero : nulla
alia de cauſa:niſi quòd ipſe Galenus
& reliqui medici veras febrium , &
acceſsionũ , & intermiſsionum earũ
dem cauſas , inuenire non valuerũt,
aberraſſe. mihi autem cui has noſce
reDei gratia cõceſſum eſt.vnico ver
bo illorum nugas explodere,permit
ti. tandem ergo fictas & non quæ ve
re cõtingant febrium ſeu typorum
compoſitiones. à Galeno inde typis
& de febrium differentiis libris fuiſ
ſe,aſſeuero . ſed ob cauſas ſuperius
ſcriptas tales acceſsionũ modos con
tingere : quales à Galeno recenſen-
tur,fateor.

¶ Neq; quidem negare me medici
putent:alias febrium commiſtiones
accidere poſſe , putâ ſimul febriẽtẽ
à bili redundante vel putrente æde-
mate aliquo affici,& â fumis eiuſdẽ
multo aliter cor vellicari , quàm ab
aliis fuliginibus,& ab inflammatio-
nib9 ſeu ſcyrris , vel aliis internis ob
ſtructionibus,habituales febres non
nunq̃ contingere. ſimulq; in eiſdem
ægris bilis aut ſanguinis ſeu pituitæ
portionem aliquam etiam putreſce
re,poſſe. & occaſionem eſſe febrium
plurimũ dierum : quod ego inficias
eo, id tantum eſt . poſſe in venis pu-
treſcere bilem,& pituitam, aut atrã
bilem , et quemlibet horum humo-
rum ſeorſum,alium accedendi & di
ſcedẽdi modum diſtinctum ab alio
habere . neq; temere id impoſsibile
eſſe exiſtimaui. ſed rationibus ſupe-
rius ſcriptis & euentibus conuictus
in præfactam ſententiam deſcendi.
quam etiam nullus ex prudentibus
&expertis medicis,inficiari valebit.
Ergo vt ad agendum de aliis febriũ
generibus tranſeamus, dignum vide
tur præſenti capite finem impone-
re . neq; vllũ de medela febris huius
caput ſcribere . cum hemitritæum
talem qualem medici fingere,nequa
quàm eſſe probauerim. & iam quòd
eſſet,medela illius notiſsima fuiſſet,
iis qui bilioſis,et pituitoſis,atq; atra
biliariis febribus mederi,per retro
ſcripta ſcirẽt. cum ex pharmacis ad
ea ſimplicia genera ſcriptis compo
nere miſta potuiſſent.

Caput. lxvj. De febribus peſtilenribus.

COntingunt tam in
numeri peſtilentiũ
febrium cõgreſſus,
nonnunq̃ in vnius
anni conſtitutione
quandoquè in di-

uerſis eiuſdem anni tēporibus. aliâs
in multo diſtantibus annis, vt nulla
propria & vniuoca peſtilentium fe-
brium ſigna,ſcribi,aut mōſtrari, ab
vllo quantumuis exercitato medico
valeant.ſed tantum quædā generica
& quæ à noſtris prædeceſſoribus ſūt
notata,& à nobis obſeruata, in me-
dium proponi,aliis medicis & mihi
permiſum ſit.nempe quis ex medici
næ profeſſoribus qui in duobus ante
cedentibus annis.1556.&1557.& in
præſenti.1558. rem medicam exer-
cuit,clare non vidit,nos vera dicere.
cum in tam breui tēpore diuerſi fe-
brium modi non tantum in Hiſpa-
niæ verum & in totius ferme Euro-
pe incolas,graſati ſint, nonnunq̄ cū
cataphoris, modorras, ab Hiſpano
vulgo vocabātur. aliâs cum pulicū
morſibus, tauardillo ab eodem vul-
go dicebantur. vltimo cum grauedi
ne,& raucedine (catarro & moquil-
lo à relatis nominabātur) infeſtātes.
aliis & ab his diuerſis febribus com-
munibus febrium ſymptomatibus
moleſtantibus.certè ſi quoq; præce-
dentia tempora in memoriam reuo
cemus, inguinum & alarū inflāma-
tionibus peſtilentes febres nonnunq̄
infeſtare,non tantū legimus,ſed etiā
vidimus.cum ſudoribus etiam alias,
vnde ſudorificæ ſunt vocatæ, com-
plures Flādriæ incolas interfeciſse.
et ſi non vidimus ab hinc ferme qua
draginta annis cōtigiſſe, audiuim9.
Atthænis non minus cum memo-
riæ iactura peſtem tēporibus Thucy
didis accidiſſe idem refert. Pauli au
tē ætate cū colico dolore qui in ner-
uorū reſolutionem vt plurimū per-
mutabatur, eueniſſe, capite de reſo-
lutione ob colicum dolorem idem
refert.

¶ Quæ omnia cum vt relata iam
ſunt,cōtingant,mihi dumtaxat,qui
de febribus peſtilentibus tractare in
præſentiarum decerno, vnica via ſu
pereſt. qua quæ à medicis peſtiferæ
febres vocentur,moſtrem. atq; ea ſi-
quidem quæ ſequitur eſt. Difinitio-
nem eiuſdem in medium propone-
re, & eius ſingulas partes explicare.
difinitio ergo quæ à medicis ferme
omnibus ex primo de victus ratione
in morbis acutis vſurpatur, ſequens
eſt,peſtilens febris dicitur, quæ plu-
rimos homines in vnica tempeſtate
aggreditur, ac non paucos ex his in-
terficere,non multitudine aut vitio
humorum manifeſto,ſed oculta ma
la affectiōe valet.quippe ſi vnus, aut
duo,vel plures, verum non plurimi
febriētes,in aliquo tempore ab igno
to vitio humoris morerentur. â ve-
nenata febre mori,illi dicerētur. nō
tamen à peſtifera: quòd peſtis ſecun
dum medicorū morem præſertim
Galeni,in citato loco, non vocetur,
niſi quæ plurimos infeſtat, vt dixi-
mus homines. etiā & ſi plurimi non
nunq̄ febrirent,ſed rari eſſent,qui vi
ta fungerentur.peſtilētibus febribus
illos affici,non diceremus,ſed epide
micis,vt idem Galenus,vbi ſupra do
cuit. quoniam quæ nomine peſtilen
tium fruuntur febres, magnā febriē
tium partem in interitū ducere, de-
bent. neq; huius rei alia ratio aſsig-
nari valet, quàm quòd inditori ſig-
nificati vocis illius, febris peſtilens,
placuerit: quas diximus & non alias
per eam intelligi. ſed quamquàm re
lata ſatis plana & intellectu facilia
ſint.non parum difficile eſt, inueſti-
gare, quo modo humores non mul-
titudine:nequè manifeſta vlla quali
tate: ſcilicet non immodico calore:
aut frigiditate,humiditate,aut ſicci
tate,interficere,in peſtiferis conſtitu
tionibus valeant,quæ breuius quàm
poſsim explanabo: exordium à prin
cipio

cipio quo viuimus ſumẽdo,& id breuiter & vt præſenti loco conuenit, ſcribendo. exactã enim & fuſam tractationem ad opus phiſicũ differre, conuenit. cognita enim fonte & origine vitæ, facilius oppoſita illi affectio dignoſci, valebit.

¶ Sciendum ergo eſt, in fœminarũ vteris virile ſemen eiaculatum, vel fœmineo commiſtũ, ſeu ipſi vt coagulum lacti aſiſtens, menſtruo q; ſanguine fotum, in exiguum conuerti fætum, in cuius corde ex tenuiſſima & puriſſima parte ſeminis, aut mẽſtrui ſanguinis, flãmula quædã quæ vitalis ſpiritus dicitur, gignitur. qui per canales & riuulos illius corpuſculi (venæ enim et arteriæ ſic vocari merentur) ſparſus, oculta affectione membra humana vltra manifeſtum calorem quem in ipſa producit, taliter afficit, vt digna eadem efficiat, ad animam ſuſcipiẽdum. quæ aliàs inepta ad talem formam eſſent. nec hæc temere et quia ſic dicere libuerit dictaui. ſed quòd ratio et euentus vera ea eſſe probẽt. experimur enim crux, aut brachium, ſeu quanuis aliã humanam particulam, laqueo compreſam, ea parte ſenſum amittere, in quã trãſire animales ſpiritus prohibentur. quæ et ſi æquo gradu caloris, et frigoris, humiditatis, et ſiccitatis, ab extrinſeco aere, aut aqua, vel igne, afficeretur, prout ante laquei cõpreſionẽ ab ſpiritu animali efficiebatur. nequaq̃ ſentiẽdi vis particulæ illi reſtitueretur, ſed ſenſus expers duraret: donec vinculum auferretur, & ſpirituum tranſitus peruius fieret. quod non aliunde oriri, omnibus cauſis exacte perpenſis, poteſt. quàm quòd vltra calorem manifeſtum, quẽ animales ſpiritus in mẽbra inducunt. aliam qualitatem in eadem gignant, quæ ſenſibus percipi minime valet: ſed effectu dumtaxat, vt vltra calorẽ & frigus, quo ferrũ eſt affectum, alio accidẽte à magnete idem afficitur, cum verſus eum mouetur. niſi enim ſic eſset. ratio nulla aſsignari valeret, cur præſente magnete ferrum ad eundẽ moueretur, et eodẽ abſente quieſceret. præſentia enim rei, quæ nullam qualitatem in aliam inducit, nullo motu ipſã mouet. quæ enim minoris actiuitatis ſunt, quàm paſsa reſiſtẽtiæ, nullo motu paſſura mouere valent. neq; ob aliã cauſam quàm quòd ipſa non afficiant. ſtatim enim ut agẽtia adeo fortia, aut paſſa adeo debilia fiunt, vt agere alterũ in aliud valeat, actio et motus in paſſo factus conſpicitur. vt ergo præſentia animalis ſpiritus, afficiẽdi humana mẽbra, vt dixi, vim habet. ſic quoq; ſpirituum vitalium per corporis arterias diffuſio, facultatẽ membris humanis confert, vt apta recipere animam ab ſpiritibus, oculta qualitate affecta, fiant. quæ quoquo modo calida frigida, humida, aut ſicca verterentur, ſi qualitas illa deeſſet, inepta ad ſuſcipiendum animã manſiſſent. niſi enim verum illud eſſet. poſſet anima in membris conſeruari nullis ſpiritibus à corde manantibus. mẽbris ab aliqua extrinſeca cauſa eodẽ calore alteratis, vt ab ſpiritu ſolent (calorem enim ſpirituum & aliorũ entium eiuſdẽ eſſe naturæ in principio operis huius monſtrauimus) ſed ſine ſpirituum influxu membra viuere, nequaquàm experimur. verum ergo eſt ſpiritus vltra calorẽ actualem aliam affectionem in noſtra mẽbra producere.

¶ Si locus & tempus permitterẽt rem ſatis dignam ſpeculatione tractarem, vtrũ ſcilicet fætus prius animam vegitatricem ſuſcipiat, & po-

ſtea intellectricem (ſenſatricē enim animam diſtinctam ab intellectrice nō eſſe in Antoniana Margarita ſufficienter probauimus) aut ſolum intellectrice primū informetur, quæ ob imperfectionem organorum intelligendi munus vſq; in adoleſcentiam nō exercet. videtur enim prius vegetatiuam induci, ac poſt intellectiuam, ambaſq; ſimul donec viuimus, in nobis aſſeruari, & priorē alteri diſponere. neq; exiguum huius rei argumentum inde ſumi poſſe videtur, experiri nos conſcios eſſe noſtrorum ſentiendi & intelligendi actuum. & nutriendi operationes ignotas nobis eſſe. neſciunt enim ruſtici & innumeri docti ciues, quomodo nutriantur, creſcant & ſeneſcāt ipſi. quæ ſi ab vna & eadē anima, qua ſcilicet ſentim9, & intelligimus prouenirēt, vt indubitatū nobis eſt, quòd videamus, & quid videamus, cū videmus & quòd audiamus, & quid cū audimus. ac quod intelligamus, & quid cū intelligimus. ſic ambigere, quòd nutriamur, & quo nutrimur: non deberemus. & cum id non experiamur videtur, alteram eſſe animā nutrientem & multo diuerſam ab intelligēte, vniq; ſentienti ſcilicet collatam eſſe vim cognoſcendi obiecta propria. alteri videlicet nutrienti denegatam illam facultatē eſſe, neq; diſſimilem vegetatricem plantarum animabus noſtris eſſe.

¶Certe quàmquàm ratio hæc valida videatur diſſolui, tamē facilis eſt, dicendo quòd quæ ſenſitiua & intellectiua dicitur, à propriis obiectis prius afficiatur, quàm eadem cognoſcat. ac poſtquàm ipſa cognoſcit certa ſit, ſe eadem ſentire aut intelligere: & nō ante. & anima vegetatiua & ſi ſenſitiua quoq, ſit, à nutrimento nequaquàm calore, aut frigiditate, humiditate, aut ſiccitate, immutetur. quia valde exigua ac inſenſibilis alteratio, quæ fit ab alimento in partem viuētem cui apponitur, ſit. ideoq; incerta an nutriatur, vel non, & quo nutriatur, eadem euadit. certe ſi nunquàm in viſum colores aut luces, ſenſibilem affectionem inducerent, ſed adeo exiguam, vt nihil ipſa affectiōe oculus videret. minime homo affirmare poſſet, ſe videre. pariter ergo cū à nutrimēto tactiua vis mēbri, quod nutritur, ſenſibili affectione non alteretur, vt dixi, nequaq̄ anima vegetatiua ibi exiſtens & ſi intellectiua & ſenſitiua eadē ſit, cognoſcere an nutriatur, & quo nutriatur, valet. cū primū enim alimenta deglutiuntur, nōnunquàm ab ſtomachi ſēſitrice facultate an calida, aut frigida, humida, aut ſicca, dura aut mollia ſint, percipi poſſunt. verum poſtquàm in liquidū ſuccū vertuntur, & ad iecur tranſmittuntur, & à iecore per corporis totius venas diſtribuūtur, & in noſtrā ſubſtantiam vertūtur, nullo modo calore, aut frigore, aut vlla alia ſenſibili qualitate nos cū bene valemus, afficiunt. quòd adeo ſenſim nos immutēt, vt eiuſdē effectum tactus, qui nulla ſenſilia, niſi quæ velociter alterāt, dicernit, nō percipiat. At & ſi relata, ita vt dixi, cōtingāt. nō videtur, quo modo oſſa quæ nutriuntur, poſſent propriū alimentū quantumuis inſigniter calidum aut frigidū percipere, cū ipſa nulla ſentiendi facultate ſint participia. Atq; etiā minime prædictis, omnis huius negotii ambiguitas diſſolueretur. cū ſi verū eſſe fateremur, in adultis fœtibus in vtero geſtatis vnā & eandē eſſe ſenſetricē, ſiue intellectricē animā, & vegetatricē quoq; negare nō poſſem9, in primis ſex diebus cum formari fœtus incipit, ac in

viginti

viginti & nouẽ etiã ſequẽtibus, ipſũ
ab alia anima quàm à ſenſitrice ve-
getari,& nutriri,atq; augeri.cũ ante
triginta dies moueri fætum in vte-
ro,nunq̃ cõtigerit,& ſine motu ſen-
ſus eſſe non valeat. quo confeſſo, vt
confiteri neceſſum eſt, etiã affirma-
re tenemur, fætũ vegetatiua anima
informatũ,per vlteriores & perfecti
ores diſpoſitiones auctas, aptũ fieri,
ad intellectricis animæ inductionẽ.
ſed impoſsibile nõ videtur, fætũ in-
tellectrice anima informatũ, poſſe
amittere illã vlteriorẽ perfectionẽ
diſpoſitionũ, quã trigeſſimo die ac-
quiſiuit,quando anima intellectiua
fuit infuſum,manẽte remiſiore.qua
prius cũ vegetabatur, erat animatũ.
ſed hoc ipſi contingente,cõfiteri te-
nebamur, poſsibile etiã eſſe viuentẽ
anima intellectiua, ſeu ſenſitiua, &
motiua,eandem ammittere,manen
te in eodẽ vegetatiua.atq; poſſe mo-
ri hominem,& ipſum poſt vegetari,
quod abſurdũ eſt, & nec in adultis,
nec in vtero geſtatis vnq̃ viſũ.multa
q; alia impoſsibiliaad aſſertionẽillã
ſequerẽtur,& fermè tot ad oppoſita
ſequi vidẽtur.de his tamẽ plura ſcri
bere,nõ placet:quoniã, vt dixi, præ-
ſens locus id nõ admittat.ſat eſt dif-
ficultates innuiſſe,vt ſtudioſo lecto-
ri occaſio ſpeculandi veritatẽ huius
negotii concedatur. inſtitutũ ergo
proſequamur. vt finẽ huic capiti de
eſſe febriũ peſtilentiũ imponamus.

¶Probauimus in antecedentibus
priuſq̃;de vnitate aut diuerſitate ani
marũ tractaremus. ab ſpiritibus vi-
talibus ocultã quandã qualitatẽ in
mẽbris hũanis gigni, qua ipſa apta
recipere animã motricẽ cordis & ar
teriarũ fiũt. quæ an eadẽ cum intel-
lectiua ſit,aut nõ,exacte nõ explicui
mus,ſed probatũ ſupereſſe, ab omni
bus neceſſario vitalẽ vim ipſam di-
ci,hoc eſt, quòd hac præſente viua-
mus,& eadẽ deficiẽte moriamur, in
dubie docuimus.ratione ergo conſo
nũ imo neceſſarium eſt,oẽs medicos
qui euẽtus cõtingẽtes in moriẽtibus
à peſtiferis febribus obſeruãt, fateri.
eſſe in venenatis rebus oppoſitam &
omnino contrariã vim illi. ita vt cũ
præſente ſpũ vitali,fit quæuis noſtri
corporis pars apta ,recipere animã,
aliis præ requiſitis cõmitãtibus, ita
præſente venenato humore in cor-
de,vbi vitales ſpiritus gignũtur. cor
& mẽbra inepta ad cõſeruandũ ani-
mã fiãt. & vis illa quæ in corde & a-
liis mẽbris emanabat,remitatur,aut
corrũpatur. prout magis aut minus
venenoſus humor, qui cordi adeſt,
aut in ipſum fumos iacit,fuerit. niſi
enim,vt dixi, natura venenũ contra
riũ principio illi vitæ produxiſſet.
nõ erat, cur morerẽtur innumeri à
venenis ſumptis, vel â morbis peſti-
feris.nõ vi caloris aut frigoris humi
ditatis aut ſiccitatis. cũ alii imbecil
liores præfatis qualitatibus multo
intenſioribus affecti perdurent,& aſ
ſeruentur.

¶Neq; ſolũ inter relatas qualitates
ſeu affectiones in hominibus con-
tentio qua mutuo ſe corrũpunt,ver
ſatur.ſed etiã in brutis vt quæ à Gal.
refertur, in lib. de cibis boni & mali
ſucci inter ſcorpionẽ & humanã ſa
liuã verſari. & innumeræ aliæ quæ
in libris naturalis hiſtoriæ Ari.&Pli
nii,& aliorũ authorũ ſcribũtur. ne
q; deeſt inter in animata & natura-
liũ entiũ effectus pugna,& lis, ut in-
ter animæ participia. experimur.n.
magnetẽ in ferrũ inducere effectum
quo ipſum moueri ad magnetẽ cõ-
pellitur. ſimulq; adamanti fortiori
talem vim inditam eſſe,quòd eo pre
ſente,ferrum quieſcat, & à magne-
te non trahatur. vel quia vim in-
ductam à magnete in ferrum vis
adamantis valeat corrumpere, aut

pere. aut quòd magnetem inhibeat,
ne ex ſe fundere vim in ferrum va-
leat. dixi fortiorẽ magnete adaman
tem futurum,vt poſsit,motum ferri
impedire . quoniam ab exiguo ada-
mante vim grandis magnetis coer-
ceri,non experimur.ex quo liquido
patet . intenſionem & remiſsionem
in his ocultis qualitatibus vt in ma-
nifeſtis verſari.

¶ Tandem tãdem quia euentus do
ceant in aliquibus conſtitutionibus
interire multos hominesà febribus,
quæ nullo modo multitudine hu-
moris vitiati , aut eiuſdem calore,
aut ulla qualitate manifeſta interfi-
cere poſſent , ideo in diffinitione fe-
bris peſtilentis illud de oculta quali
tate addidi.omnes enim febres, quæ
multitudine humorum, aut eximio
calore,ſeu alia quauis qualitate ma-
nifeſta , infeſtaſſent , peſtilentes dici
non poſſent.quod in locis citatis re-
tulit Galenus, & ſi non adeo expreſ-
ſe vt nos fecimus . ipſe enim ſolũ in
aerem vitiatum , aut vitiatas aquas,
vel alimenta , nihil aliud explicãs fe
brium peſtilentium cauſas reduxit.
inueſtigare deſpiciens affectum quẽ
ſpiritus in corde geniti in nobis in-
ducunt , & contrarios quos venena
gignunt . ſicubi namq; hæc innuiſſe
videtur , in libello de cibis boni &
mali ſucci fuit,cum dixit. ※ Cum
nemo eo dementiæ deuenerit,vt ne-
ſciat quàm malum ſit humores cor
poris in venenoſas qualitates cõuer-
ti.nanq; illi quorum cauſa hæc ſcri
bimus . difficile vel omnino fieri nõ
poſſe arbitrantur , vt hauſtu lætaliũ
venenorũ pereuntes ſecerni dignoſ-
ciq;,ab aliis poſsint , qui ab aliqua
corporis affectiõe periere,neq; enim
(quod plane percipimus) inficias ie-
rit quiſpiam . ob humorem ſcilicet
quem venenata animantia in ictam
particulam infligunt, vel illam cele
riter vita priuari,vel in putredinem
labi. vel doloribus vehemẽtiſsimis,
aut phlegmone vrgeri.neq; nõ ſcor-
pionẽ ieiunii hominis ſputo bis ter
ue aſperſum protinus interire. nam
ſicuti naturæ quædam cũ aliis quo-
q; naturis conueniunt.ſic altera quo
q; alteri aduerſatur. eamq; corrum-
pit. ※ Vbi ab alimentis peſsimi nu
trimenti peſtem illam graſſantẽ in
potiorem partem nationũ ſubdita-
rum Romano imperio ortum tra-
xiſſe,ipſe vt oculatus teſtis refert . &
omnes ſcriptores , qui vitam Marci
Antonini alio nomine Marcus Au-
relius vocatus ſcripſere,retulerunt.
quod quoq; huius temporis medici
referre valemus.annonæ enim cari-
tate plurimos ruſticos vſos fuiſſe ar
borum germinibus , & extremis ra-
mulis,tum bulbis, & mali ſucci plã-
tarum radicibus.anno.1556.&.1557
à ruſticorum & ciuium per eorun-
dem vicos migrantium ore,audiui-
mus.& intra vrbes pauperibus idem
contigiſſe vidimus.verum, & ſi vt di
xi, confuſſe & indiſtincte venenatã
vim ineſſe,in peſtilẽtibus conſtitu-
tionib9, ſuccis ex illis vitioſis alimẽ
tis genitis,Ga.aſſeruerit.nõ cui prin
cipio vitæ cõtrariaretur vt expoſuit

¶ Has quippe peſtilentes febres ex
peſsimis æduliis deuoratis originẽ
trahẽtes cõmitari diuerſa & nõ vni
us generis ſymptomata ſolent.quòd
diuerſis & nõ vnis alimẽtis vitiatis
febriẽtes homines vſi ſint.etiã quòd
nõ omniũ ægrotãtiũ eadẽ ſit tẽpera
tura. at poſtq̃ febres hæ difundũtur,
quia aerem morientes huiſmodi fe-
bribus ægri vitiarũt . quod inde cog
noſci datur, quoniã non ſolũ paupe
res vicioſis cibis veſcẽtes aggredian
tur,ſed etiã diuites optimis alimẽtis
nutritos corripiant . iam tunc parũ
diſsimi-

diſsimilibus ſymptomatis complures qui vicio alimentorum nō ægrotarunt, infeſtant. ſi quo enim differre contingit, tantum quia diſsimilium temperaturarum aut ætatum fuerint, ægri accidit. viciat quippe aer in pulmonem & cor inſpiratus ſuccos arteriarum & venarum illorum viſcerum, & vniuerſi thoracis, per arterias etiam idem viciatus aer cum dilatantur, attractus, non minora incommoda in paratos corruptioni ſuccos in ſeipſis incluſos inducit. vt Galn9 in de theriaca ad Piſonem & primo de febrium differētiis. cap. 4. & aliis in locis ſcripſit.

¶Deferri contagionē aeris per vētorum impulſum ex vna regione in aliam, Galenus in parum ante citatis locis retulit, dicens, potuiſſe accidere Athenienſibus graui peſte temporibus Thucididis afflictis, ex Aethiopia contagia febrium illarum fluxiſſe. & in de theriaca ad Piſonem non dubitāter affirmat, etiam Græcis idem contigiſſe, dum Hippocrates viueret. emendatumq; ignibns vitiū illud aeris peſtilentis ab Aethiopia in Græciam tranſmiſſum, conſilio Hippocratis fuieſſe. vt in medela referemus. vtrum autem ventorū auſtralium flatus cauſa tunc fuerit cōtaminationis aeris Græciæ, an influxus cæleſtis, qui prius Aethiopiā & poſt Græciam affecerit. incertum mihi eſt. quod autem non ego tantū in anno præterito, 1557. obſeruaui, ſed & omnes Aeuropæ medici obſeruare valuerunt. id fuit. quòd vigēte aquilone, in omnibus ferme diebus autumni febriculæ innumeræ cum grauedine, & raucedine, ac catarro, complures Hiſpaniæ incolas corripuerunt, & ex his non paucos præſertim pleuritide vexatos, interfecerunt. & poſtq̄ in Hiſpanos graſſatæ relatæ febres fuere, Flandros & Germanos multo ſeptentrioni q̄ hiſpani propinquiores, infeſtarunt. quod minime euenturum erat. ſi à ventis contagium illud emanaſſet, cum venti ſeptentrionales tunc vt dixi, flantes, in Africam ex Hiſpania deferre contagiem illam deberent, & à regionibus ſeptentrioni q̄ Hiſpania proximioribus auferre, Quod equidem verū in negotio hoc eſſe, ego crederem, eſt. ab vtraq; cauſæ contagionem prouenire poſſe.

¶Sed hoc diligēter examinare mittamus, vt paucioribus q̄ poſsimus verbis, diſcutiamus an verum ſit, febres peſtilētes poſſe vocari hecticas. Galenus nempe non vno in loco: ſed plurimis has inueniri dixit. in fine enim decimi libri methodi medendi ſcripſit. Verum de colliquantibus febribus diſſerere in poſterum licebit. æque vt de iis hecticis febribus, quæ in peſtilentia contingunt. cuiuſmodi ea eſt, quæ nunc publice graſſatur. dicetur nanq; & de hac inter peſtilentes febres. Et libro tertio de præſagatione ex pulſibus capite inſcripto. Frigidæ intēperiei qui pulſus peculiares ſint. Ter ac quater de peſtilentibus hecticis mentionem agit, easquè tales vocari, quantum ex prædicto capite in nonnullis locis viciato ellici valet, dixit. vltra alia quæ calidam inæqualitatem ſtabilem & perſeuerantem in cordis corpore pro cauſa habēt. quas etiam non graſſante peſtilētia, accidere poſſe, idem confeſſus in citato capite eſt, dicens. Sciendum tamen nonnunq̄ incidere ſine peſte has ipſas febres, vt de illis prodiderunt omnes inſigniores medici, vocantq; peſtilentes. Et ne vllus dicere poſsit, non quas dixi, vocari hecticas peſtilentes à Galeno, ſed

alias, alium anteriorem contextum eiuſdem in eodem capite afferre, neceſſum videtur. cuius ſeries quæ ſequitur eſt. ※ Atq; hoc proprium eſt ſignum vitioſæ temperaturæ ipſius corporis cordis. nec cauſa eſt quin breuitatis gratia, vt pulſum aliquem, vel febrē hecticā. ita inæqualitatem nos hecticam appellemus. ſi cui minus nomen probetur, ſtabilē illā vocet. ſtabilis eſt ſi deinceps permaneat par. ※ Et per duas columnas infra. ※ Quod ſi nec celeritas clara nec remiſſio ſit, exiguo calore corpus viſceris putà auctum. hæ febres compluribus medicis imponūt nimirū, quòd febre ipſi ſe liberos eſſe ægroti affirmēt. neq; febrem, quia parua eſt, & quia viſcus incaluit, corpusq; viſceris calor inuaſit, aduertunt. ſed de hoc frequenter diximus. breuiter nō eſt magna febris illa hectica, maxime ſi paucum calorem viſcus id eſt, cor habeat. ※ Et poſt contextus, qui aductus parum ante à nobis prius eſt ſequitur putà.

※ At in peſtilentia qualis noſtra memoria fuit, & viget etiam num, nunq̄ experiri quiſq̄ homo poſſit. ſciendum tamen nonnunquàm incidere, ſine peſte has ipſas febres: vt de illis prodiderunt omnes inſigniores medici, vocantq; peſtilentes de quarum tota natura diſputaui latius in differentiis febrium. nam hoc quidem loco non quemadmodum quis optime febres dignoſcat, tractamus, ſed quemadmodum ex pulſu optime. quin etiā dixi fortaſſe plus æquo de febribus ex ipſo cordis corpore excitatis. ※ In quibus vltimis verbis palam dicit, ſe in anterioribus contextibus tractaſſe, de febribus orientibus ab ipſo cordis corpore. ac cum de febribus peſtilentibus quæ ſua memoria acciderunt, prædixerat. ſequitur clare, ilias & alias quas hecticas peſtilentes vocauit Galenus, originem trahere, vt ipſe opinatur, ab inæquali intemperie fixa & perſeuerante in ipſo corporis corde vt nos ſupra diximus.

¶ Porro cum relata ex citato Galeni capite, & aliis antecedentibus lego, ac perlego. non parum admiror infœlicitatem ingenii huius viri, qui quoniam quadam aduerſa & incommoda fortuna opinari incepit, febres hecticas originē à membris radicalibus dictis calfactis plus iuxto trahere. eaſq; à nulla materia vt cauſa aut occaſione pendere, coactus eſt, dicere: ob diſtemperiē calidam cordis fixam & permanentem in febribns peſtilentibus, quæ ſua ætate graſſabantur, tūc morientes periclitari. cū in præcedentibus ſufficienter à nobis oſtenſum ſit, nullam intemperiem calidā independentē à materia in vllo mixto viuente aut non viuente fieri, poſſe. Nec in hūc tantum errorem incidit, quando de pulſu dicroto egit, verum in neſcio quendā circulū & gyrū fingit enim in corde diſtēperie calida in aliquibus ſuis partibus ſed potioribꝰ à nulla materia pendente affecto, non tamen tali, quòd hectica hoc eſt, habitualis vocari tēperies illa poſſit. & intemperie frigida in aliis paruioribus eodem modo alterato, ſæpius in vnica die variari intēperiem calidarū partium in frigidam, & frigidarū in calidam, ſolo motu dilatatiuo & constrictiuo cordis neceſſario & naturaliter variato, ad refrigerandum intemperiem illam calidam eiuſdē vel frigidam calefaciendum. modumq; per quē fieri exiſtimauit, qui ſequitur eſt. dato corde in aliquibus ſuis partibꝰ diſtēperie calida, vt dixi in depēdente à materia male affecto

maiorem

maiorem,& velociorem,ac celeriorem, futurã diaſtolem eiuſdẽ quâm ante notiſsimũ eſſe,inquit.& ad huius maiorem dilatationem maiorem aeris refrigerantis cor portionem etiã in ſinus eiuſdem ingreſſurum certiſsimũ quoq; eſſe, credidit. perſeuerante ergo huiuſmodi continua dilatatiõe, neceſſarium videtur Galeno,cor ſemper & ſemper à multo aere velociter & frequenter atracto,minus & minus calidũ in partibus calidis fieri, & frigidiores ac frigidiores frigidas reddi. donec iã frigidis partibus, multo frigidioribus, quã calidæ ſũt, verſis . paruas,& tardas,&raras,dilatationes cor efficiat, quibus quoq; ſic durantibus, paucoq; aere frigido per eaſdem atracto. in nonnullo temporis ſpacio,cordis calidas partes iterum calidiores ac calidiores fieri, ob immodicam refrigerationem,neceſſarium eſſe, autumat Galenus.ac poſtea coactũ cor iterum magnas & veloces ac frequẽtes reſpirationes inſpirare, in cõtrariã intemperiem incidere: & ſic ,vt dixi,circulo & gyro quodam intemperies illas contrarias, cor male afficere,opinatur Galenus.

¶Verũ hæc omnia quædã figmenta & inanes fictiones ſunt.ſi enim ab aere multo & velociter ac frequenter in cor atracto, cordis calor poſſet ſic remitti,vt nõnullæ eiuſdẽ partes calidæ,ſrigidæ fierent.& à pauco inſpirato aere valerent frigidæ, calidæ reddi.non video ego, cur illi qui in febribus veloces & magnas inſpirationes reſpirant, cordis febrilẽ calorẽ non remittãt,& ad frigidam intemperiẽ non ducant? etiam ſi illud quòd Gal.dixit,verũ eſſet, nobis liceret,noſtras intemperies calidas cordis, velociter & frequenter inſpirando,refrigerare, & frigidas, tarde, ac ſegniter, & rarenter reſpirando,calidas facere.& mille alia impoſsibilia quæ dicere omitto,quòd vt prædixi præſens locus hæc examinare non poſcat. ſed tantum de peſtilentibus febribus tractare.de quibus non pauca dicere reſtant.

¶Sunt adeo innumeri peſtilentiũ febriũ modi. vt ſuperius retulimus, quôd vix ſcribi valeant.contingunt enim quandoq; peſtilentes febres ſine vlla cutis affectione, ſolo calore corporis cutim vexantes. & deliria in aliquibus, in aliis graues ſopores, in nõnullis animi deliquia,alui fluores in aliis afferentes. neq; alui fluores in omnibus pariter noxios eſſe, experiebar. hæ nempe febres quæ tumorem in inguinibus aut alis (ſecas hiſpani nominant) afferre ſolent.cũ alui fluore interficere ægros conſueuere.vt omnes ferme aliæ ab eodẽ iuuari.vidi enim non raro, in peſte cũ inguinum & alarum inflãmatione infeſtante ,ægros,quos ſine periculo in quinta aut ſexta die eſſe putabã, in die ſequenti fluxu leui correptos, pulſũ omnino amiſsiſſe. ita vt à me omnino diſtituerẽtur,&ſe certo breui morituros prædicerẽ,quod ita,vt præidxerã,contingebat. cũ tamẽ in aliisfebribus peſtilẽtibus cũ deliriis, aut grauibus ſoporibus affligẽtibus multos quos in graui vitæ periculo ſitos eſſe rebar,fluxu ventris ſuperueniente,ſe minime à tali morbo periclitaturos audacter affirmabã.maximeq; illos ſecuriores exiſtimabã,qui ſurdi prope vndecimã diẽ verſi fuerant. & in præſenti anno. 1558. etiã plurimi ex illis qui cutim infectam rubris maculis ſimilibus morbillo, aut pulicum morſibus (tauardillo vulgus nominat) habebant, fluxu vẽtris liberabantur.

¶ Certè vomitus aut vomendi cupiditas in febribus peſtilentibus cũ prædictis inguinum, aut alarum vel retro aures inflammationibus (Auicena altoim vocaſſe has tertia, fen. quarti videtur) pernicioſum ſignũ eſſe, millies ſum expertus. quod in aliis peſtilentibus febribus minime lætale eſſe, euentus docuit. cauſamq; huius diuerſitatis & antecedentis inquirere, curaui, & nullam aliam eſſe inueni. niſi quod peſtilentes febres cnm bubonibus relatis graſſantes, à multo venenoſiore ſucco originem traherent, quàm reliquæ. ideoq; in vicinitate illa trium principum viſcerũ cordis ſcilicet, & iecoris, & cerebri, tumores illi appareant. vi expultrice illorum viſcerum procurante, à ſeſe excernere adeo venenatũ ſuccum, & non in alias diſtantiores partes quàm in relatis præfactis membris principibus proximas valente: quæ quoq; expultrix facultas nullo modo niſi valde laceſita, & iam ferme vel in totum victa, per internos inteſtinorũ aut gulæ meatus excernere adeo noxium humorem procuret. quòd prudens natura ſciat venenato fumo ſanguinem cordis adeo inficiendum, vt inhabilis eſſe materia vitalium ſpirituum reddatur. & ſua venenata qualitate principiis vitæ (de quibus egi) venenum illud opponatur, & eadem corrũpat. ſiquid enim agere, cum valet ægrorum illorum expultrix vis mollitur, tantũ eſt, in cutim per ſudores noxium illum & venenatum ſuccum expellere, aut quando imbecillor eſt in tumores cutis carbones dictos eundẽ conuertere. & non raro relatas inflãmationes emutoriorum in pus redigere. quibus vacuationibus ſæpiſsime æger liberatur. vt alui fluoribus, aut vomitibus, vt dixi, in vitæ periculum exponitur.

¶ Cauſas peſtilẽtiæ diuerſas poſſe eſſe, medici credũt. quaſdã nanq; cæleſtes, alias infernas. cæleſtes quippe, aeris conſtitutiones valde humidas, quibus calor æſtatis ſuperuenit, & influxus aſtrorum noxios, aerem vel aquam corrumpentes. infernas multorum cadauerum non ſepultorum corruptum vaporem: qualis in ſtrage bellorum contingere ſolet. aut aquas in lacubus putreſcentes, inter, quas quoq; vaporem à lino macerato eleuatum & fætorem etiam coriorum, qui pro calceis hominum cõficiendis Rhoe & calce à coriariis præparantur. ſanguinis quoq; pecorum, ac boum, & vaccarum, qualis à publicis macellis in quibus relata animalia mactãtur, eleuari ſolet, nõ nulli autumant eſſe. & recenter ſepultorum hominum cadauera detegere, poſſe, cauſam peſtis etiam eſſe, multi ſuſpicantur. verum vaporem coriorum rhoe maceratorum, aerẽ poſſe viciare, nequaq̃ credo. quòd rhus culinarius frigiditate ac ſiccitate potius cõtra peſtiferos morbos medicamentum eſſe, quàm augere eoſdem ſciam. vt calcem ſiccitate & calore vapores noxios, vt ignis, conſumẽtem prodeſſe Hippocrates docuit. neq; lini vaporem tam ſæuum morbum efficere, poſſe credo. cum ſciam in Gallia lini vberrimam. & in aliquibus Hiſpaniæ prouinciis ingentem lini copiam in fluminibus quotannis æſtate macerari, & tamẽ non ob id peſtem illic prouenire. detegere ſepulchra ſemiexeſorum hominum poſſe, inficere hominem aliquem fætore peſtifero proxime ſtantem, crediderim ego. at in regionem vnam aut plurimos homines diffundi peſtem ob id, minime reor. à me quippe nunquàm id viſum eſt. pecorum

rum mactatorum & eorundem ſter corum vaporem, nõ etiã poſſe peſtẽ efficere,ideo coniecto,quòd videam homines in vicinis domibus proximis macellis habitãtibus à peſte nõ citius aliis valde longe degentibus corripi.& quòd ab aqua viciata oriatur peſtis, quàmq; omnes medici affirment,ego non credo.vt fictũ quoq; eſſe illud ſignũ viciatarũ aquarũ reor,ſcilicet piſces cõpluresin aquis quibus homines vtuntur mortuos tunc reperiri.nã neq; id vidi,neq; ab vllo cui fidem ego adhibeam ſuo tẽpore contigiſſe legi.aquã quippe viciatã ſtatim fœtore & vapore viciũ ſuũ detegere exiſtimo. ideoq; nullũ tam imprudentem eſſe, reor, qui ab huiuſmodi aquis non fugiat. quæ enim aquæ ſapore aut odore vicium proprium non detegunt, hæ incolumes ſunt. ſi enim quoniã nõ paucos milites perire, cum tẽpore belli cogũtur huiuſmodi viciatas aquas potare,ideo medici aſſeuerãt ab aquis prouenire peſtem, eadem ratione innumera venenata animalia quæ tũc obſeſi milites prandere ſolent,inter peſtis cauſas recenſenda eſſent,quod niſi delirus non diceret. tunc enim tantum pereunt,qui ab illa potione non fugiunt. tempore autem peſtis prouenientis ab aere viciato.omnes minime ſentientes vicium aeris ab ipſo inficiuntur.tandem verã & nũquàm deficientem cauſam peſtilentium morborũ, vltra cæleſtes influxus,aeris humiditatẽ immodicã eſſe affirmo.neq; vnius anni conſtitutionem humidam ſufficere, tam ſæuũ morbum gignere, aſſeuero. ſed duorum aut plurium requiri exiſtimo. quòd certè annorũ præteritorũ ſcilicet milleſimi quingenteſimi quinquageſimi quinti,&ſexti,ac ſeptimi conſtitutiones omnibus AEuropæ incolis indubiè verum eſſe,oſtenderunt.nam cum annus. 1555. pluuioſus & humidus in ſuis potioribꝰ partibus fuiſſet, ſaluberrimus tandem fuit.at cũ anno ſequẽti.1556.&.1557 pluuiæ perſeuerarent. adeo morbi peſtiferi in vniuerſam AEuropam difuſi ſunt, vt pauci aut nulli populi eiuſdem cladem inſignẽ non ſint paſsi.

¶Neq; difficile eſt, intelligere. cur immoderata aeris humiditas cui calor adiunctus ſit, peſtem efficiat. cũ omnibus qui ſecundum de generatione & corruptione Ariſtotelis lib. legerunt,ſit notiſsimum: humiditatem immodicã præſertim calori adiunctam cauſam eſſe, vt corpora diffundantur,& liqueſcant, vt ſiccitati conceditur corpora vnire & adunare.quod aliis verbis dicitur humidũ, bene terminabile eſt termino alieno,& male proprio.& ſiccum cõtra. modo cũ omnia viuentia, miſta ex quatuor elementis ſint, vt faciliter, Deo permittente, in noſtra exacta phyſica docebimus.à ſuperflua aeris humiditate diſſoluendam eſſe illorum miſtionem, quod putreſcere & perire miſta dicimus. nullus peritus in vera philoſophia dubitare poterit. Verum hoc eſſe,etiam docet,nõ inſici à peſte eos homines, qui ſanguinem & reliquos ſuccos decenter concoctos habent.nam recta coctio in hoc potiſsimum conſiſtit, quòd humida elementa ſint, vt decet, ſiccis commiſta.

Caput. lxvij. De ſignis peſtilentium febrium.

NAtura & cauſis peſtilentium febriũ explicita,de ſignis earundem ſcribere oportebat. At cum tam variis ſymptomatis febres hæ in diuerſis conſtitutionibus vagentur

vagentur.vt in præcedēte capite diximus.nullas ſingulares & proprias febrium peſtiferarū nothas dictare, poſſe,videbatur. verum vt cum quæ ſpecie differunt,ad vnū quodam vniuocum genus reduci à logicis ſolēt. ſic hi multimodi febriū peſtilentiū congreſſus, in vnum genus ſignorū coerceri, poſſe, apparet. atſi in aliquod tantum illud de interitu plurium febrientiū. non vllius manifeſtæ & notæ cauſæ, ſed ocultæ cuiuſdam infectionis erat. nō enim ſi plurimi milites ob aſsiduos belli labores ægrotaſſent, & eorundē innumeri perirēt. aut quoniam aquas putreſcētes cū obſidionē paterentur,potarunt, ſeu quòd nocua ædulia pranſi ſint. dicēdi hi à peſte mori eſſent, cū relati manifeſtā ſuorū morborum cauſam haberent: vt ſi innumeri cicutā aut aliud venenū deuorare coacti, vita fungerentur. nō à peſtiferis morbis interire diceremus, ſed ab illis uenenis quæ comediſſe aut bibiſſe ſciremus. neq; ob id me aduerſari Gal. vllus putet. quòd dixerit ille, in fame illa quæ ſuis tēporibus per omnes nationes Romano imperio ſubditas vagabatur: coactos homines ob annonæ caritatē mali nutrimēti cibis veſci, in peſtiferos morbos omnes illas prouincias incidiſſe. nā id verū eſt, minimeq; nobis contrariū. infectione enim tot hominum pereuntiū ab illis peſsimis alimētis comeſtis aerē vniuerſæ AEuropæ viciatū fuiſſe, vero ſimilimū erat. eoſq; qui ab illa aeris infectione moriebantur: à peſte mori recte dici crediderim ego. vt pauperes qui tantum quoniā radicibus, & fungis, & aliis peſsimi alimenti cibis, veſcabantur, ægrotarunt, & periclitati ſunt. nō à peſte ſed á venenatis cibis mori dicēdi. quod ſenſiſſe Gal. in citatis locis exiſtimo. aut ſi id Gal. noluerit, ſed tā viciatis nutrimentis altos pereuntes, q̄ ab aere corrupto ab his, morientes à peſte mori dixerīt, aberraſſe eūdem aſſeuero. cum eadē ratiōe ſi mille ſceleſtes graſſatores à cicuta iuſſu Athenienſium ſenatus morerētur. à peſte illos mori cogeretur idē Gal. fateri. quod deliriū eſt. tandem infectionem aeris nobis ocultā & quam nullo ſenſu manifeſte aprehendim9 proprie cauſam peſtiferorū morborū eſſe, dicimus. & hanc nō pauca cæleſtia ſigna prædicere aſtrologi credunt. ſed cum prædictiones hæ millies mentiantur: ego ad vnicā indubiā cauſam eadē vt in antecedēte capite retuli, reducenda eſſe, exiſtimo. ad aeris ſcilicet immodicā humiditatē non tantū per vnius anni tempora perſeuerantem, ſed per duorū aut plurium conſtitutiones humidas durantē. neq; omnino negligendas ex cæleſtibus corporibus præditiones affirmo. ſed non omnimodā fidem illis adhibendā reor: niſi valde inſignes et manifeſtæ ſint. qualis fuit crinita cometa quæ anno. 1556. in initio veris viſa à me & omnibus occiduas AEuropæ regiones habitātibus quinq, noctibus eſt. Articū polū vt ſeptentriones circuens, longitudinis & figuræ vnius ſagitæ, crinē curtā in meridiē proiicientē, cui ſucceſsit nō plures poſt dies annonæ caritas, & febriū peſtilentiū frequens congreſſus, durans vſq; in initiū anni præſentis. 1558. in quo finem huic operi imponimus. cum iam in anno præterito. 1556. excudi inceptum ſit. & occupationibus tā pluriū ægrorū mihi ocurrentiū q̄ domeſticorū negotiorum finiri nō potuerit. & ſi nondū finitū ab aliquibus, me inſcio, ab excuſſore emptum ſit, & in Italiam miſum. Neq; aliter quàm indicatū à

cometa

cometa eſt, peſtis & annonæ caritas ceſſerunt. primi enim peſtiferi morbi & maior annonæ caritas Hiſpaniæ iuſta Atláticum mare meridianos habitatores, putà Bæticam incolentes inuaſit. & poſt minus occiduas & Septentrioni proximiores Hiſpaniæ & Galliæ partes ocupauit, & nunc ſpartariã Hiſpaniæ regioné vaſtat, & depaſcit. cum prius incolumis & ſalua ſeruata fuiſſet. videtur enim nõ aliter vagari peſte in diuerſas prouincias, quã igné ſyluas vrétem nunc in dextrã, poſt in ſiniſtrã extenditur, atq; diffunditur, donec omnia ligna incineré redigit, & cõuertit. aer enim à ſuperflua humiditate impurus, cũ peſtis incipit, quaſi vri & cremari apparet. & ſerpendo nunc in ſeptentrioné, poſt in meridié, nõnunq̃ in occiduas, & aliquando in orientis partes crematur, & purus linquitur.

¶ Et quamuis nulla vniuoca ſigna quæ omnes modos ægrorum iam à peſte correptorum nũcient, præter ſcripta reperiri, queant. vomitus tamen in peſtilentia cum inguinum, aut alarum inflãmationibus corripiente. propriũ ſignum peſtiferæ febris eſſe ſolet. his enim ægrotantes ſtatim vt inflãmationes in relatis locis ſentiunt: nauſea & vomendi cupiditate vexantur. appetitum comedendi amittunt, & angoribus cruciãtur. neq; immodicũ calorem in cuti corporis hi habẽt. etiã interiora eorundé non multũ ardere quandoq; videntur, cum parũ ſitire nõnullos ex his experiamur. eos auté qui frenitide in hoc & aliis peſtiferis morbis corripi, obſeruaui, à principio vigiliis, & capitis dolore, & quadã cerebri vacuitate, laborare eoſdé ſum expertus. vt qui diuerſo & contrario huic ſymptomati ſunt ægrotaturi, putâ lethargo, inuincibili ſopore, grauedinem capitis in morbi initio pati, omnes qui ſapiunt, ſciunt. hæc de his ſignis dixiſſe, ſufficere, puto. quòd hoc vno ſequenti, notiſsimum medicis omnibus futurum an febris peſtifera an nec ne ſit, exiſtimo. ſcilicet cũ plures obire ab aliquo febris genere in vna anni conſtitutione nouerint, alios febrientes eodem morbi genere infectos, etiam paratos periclitari, ſuſpicentur. ſolet enim cũ peſtis vagatur, quodcunq; genus febris incipiat, ſiue tertiana exquiſita, aut expuria, ſiue alius quiuis morbi modus, non multos poſt dies incontinuam peſtilentem permutari. atq; adeo tranſire quoduis morbi genus in hũc, cum in aliquam regioné diffunditur peſtis, nouimus. vt cuiuſdã ſenis & prudentis medici ſententiã omnes alii laudent. ſuſpicãdum ſcilicet tempore peſtis perniones peſtiferos futuros. quaſi hoc cauere moneat, ne occitanter medelam cuiuſuis morbi tunc occurrẽtis exerceamus. ſed omni diligẽtia adhibita venenoſæ qualitati aeris reſiſtere, morbis tunc inuadentibus, procuremus. tandem prudenti medico monuiſſe præterita ſufficiat. vt ipſe anni illius in quo medetur conſtitutionem cõtempletur, & ſigna quæ in ægris ſibi occurrentibus viderit, ſalubria eſſe, & exitum fælicem habere nouerit, in aliis eodem morbi genere opreſſis eiuſdem ſortis futura opinetur, & cum illa, quæ in plurimis ægris mortifera fuiſſe cognouit, in aliis viderit, mortem ipſa nunciare, ſuſpicetur. niſi validiores vires aut iunioré ætaté poſſe, reſiſtere morbo illi, congetat.

¶ Auicena cap. ſecundo. tractatus quarti. fen primæ, quarti canonis in eiuſdem fine referebat ſequenté ſententiam

tentiam. ※ Et quandoq; eſt de his febribus peſtilentibus in qua nõ percipit æger, nec tangens propinquus multitudinem caloris,& non alteratur pulſus, & á qua magna alteratione & cũ hoc ipſa eſt interficiens velociter, & hæſitant medici in eſſe eius. ※ Quã in conſtitutionibus peſtilentibus cum inguinum aut alarũ ſeu retro aures inflãmatiõibus graſſantibus ſæpe accidere vidimus. in nullis aliis idem contigiſſe recordamur. cauſam huius euentus inquirẽtes medici diuerſi, diuerſam eſſe rentur. quod Auicena quanuis parum eleganter his verbis dicebat. ※ Et hæſitant medici in eſſe eius. ※ Et quàmq̃ variæ & ſatis diuerſæ ſententiæ medicorũ de re hac, vt dixi, ſint. prudentiores tamen in hac vna conueniunt. naturam in huiuſmodi peſtilentibus morbis non audere, venenatam materiam mouere. indeq; febrem nullam aut exiguam percipi. quod adeo verũ eſt, vt in negotio de febrium cauſis à prædeceſſoribus noſtris ſcripto, nihil certius legi, in eorundem libris valeat, quod etiam cõforme noſtris veris placitis de his rebus eſt, ſuisq; omnino contrarium. ſi enim febres peſtilentes & putridæ quæcunq; à fuligine putrida cor calfaciente, prouenirent, vt medici huc uſq; opinabatur, non videtur poſſibile eſſe, tam ingentem quantitatem putridi humoris in peſtilentibus cõſtitutionibus, in aliquibus hominibus poſſe, aggregari, vt interficere eoſdem valeat, & quòd fuligo putrida illorum in cor eorundem nõ petat. præſertim cum propria vis veneni in illud peculiariter repat. ſi enim febres à ſolis fuliginib9 putridis cor calefacientibus ortum ducerent. nõ eſſet in naturæ poteſtate has cohibere. ne in cor fumum proiiciant, ipſis in vaſis magnis, in quibus ingens caliditas feruet, contentis, indeq; neceſſario effumantibus.

¶Putare enim in his materiebus adeo noxiis, totum facultatis expultricis conatum in ſecernendo à corde materias illas dirigi. ideoq; in repellendo in corporis extremas partes eaſdem toto tempore quo vis expultrix validior quàm noxius ſucc9 eſt occupari. & ob hanc cauſam minime tunc febrem adeſſe, contingere. ac cum ſubito illorum ægrorum vis repellens noxia ſuccumbit, venena illa in cor repentia mortem efficere. vanum quippe & abſq; ratione eſſe, notum quibuſuis doctis & qui noſtra præcedentia decreta de cauſis febrium legerunt, eſt. nam impoſſibile futurum erat, febrem ingentẽ non percipi, eo tempore quãtunuis exiguo, quo noxius & venenatus ſuccus iam proximus cordi fuiſſet, cũ tunc fuligines putridæ corde ipſo multo calidiores, in ipſum aſcendẽtes calorem inducturæ erant. indeq; totum corpus multo calidius, quam tempore ſanitatis ſentiẽdum. cuius oppoſitũ euentus docuere. quin poſt exiguam illã febrem infrigidari & in mortem ire, ægros illos videre. certe indocti hominis eſſet, credere diſſolui hanc rationem, dicendo: ideo cor & corpus ab illis venenatis fuliginibus non calfieri, quia ab his ſpiritus vitales extinguantur. nam ſi verum eſſet, quod illi opinantur, fuligines illas multo calidiores corde & ſpiritibus eſſe (aliâs enim ſi remiſſiores in calore fuiſſent, non poſſent febrem efficere) quàmq̃ ſpiritus extinguerentur, manentibus tam multis fuliginibus in corporibus illis, à veneno ſuccumbentibus, ardere & calorem ingentem habere, noſcendi eſſet. cuius contrariũ experimur. mo-

mori ſcilicet illos ægrotantes. qui minime aut parum febrire, percipiebantur. non poſt multas horas febre minus & minus valida percepta, ac vniuerſo corpore frigidiore ac frigidiore verſo.

Caput. lxviij. De medela febris peſtilentis.

CVm in antecedentibus medelam genericam febrium, & peculiarem continentium ſcripſerim. & peſtilentes febres ex nunquàm deſinētibus ſint. poſſe harum curationem, præteritarum methodis cōmittere videbatur. at cum nonnihil obſeruare in harū febriū curatione oporteat. quod in aliis non decet, methodis quibuſdā id quidquid ſit, exprimere conueniet.

1. Metho. ¶ Quamquàm in omnibus continuis putridis, quas vocant, febribus ſanguinis miſsionem proficere, omnes medici opinentur. dum vires robuſtæ ſint, & in peſtilentibus quoq; vtilem eſſe ego fatear, non toties tamen vt in aliis & minorem quantitatem ſanguinis extrahendam, in peſtilentia inuadente cum bubonibus alarum aut inguinum ſeu retro aures inflāmationibus, quàm in reliquis febribus omnibus peſtiferis, ſuadeo. tum quòd ſanguis non manifeſta qualitate infectus ab his ægris, vt ab aliis extrahi ſolet, quo docemur, potius oculta malitia quàm multitudine malè affectum eſſe. tū quòd ſpiritus vitales in ſanguinis miſsionibus diſſolui, neceſſum ſit. qui difficilius in hoc peſtis genere reſtituuntur, ob cordis vires imbecillas quàm in aliis. itaq; ſingula, aut bina, ſeu cū vires robuſtiores ſint, & iuuenis carnoſus & latas venas habēs, trina ſanguinis miſione nō copioſa & in quaui; vncias octo minime trāſgrediēte, contētum medicum eſſe hortor.

¶ Neq; adeo perpetuum futurum hoc eſſe reor, vt nunquàm plurieſq; ter, vt prædixi, ſanguinem mitti, cōcedam. cum accidere non ſemel poſſit. bubones aut carbones in his febribus contingentes adeo ingētes fieri, vt pluries venæ ſectionem poſcant. 2. Metho.

¶ Venæ ſectionem non ex oppoſito latere parti inflāmatæ exercendam eſſe, quotquot ſcripſere medici recte præcipiunt. quòd ſcopus curationis illarum febrium cum inflammationibus inuadētium præcipuus ſit, partes inflammatas magis tumidas plurimo venenato humore ad eaſdem trāſmiſſo, efficere. & hoc per oppoſiti lateris venæ ſectionem prohiberi, & per eiuſdem lateris conſequi. qui libellum de reuulſione Galeni legerunt, ſciunt. 3. Metho.

¶ Quamquàm frequenter decere præcedentis methodi præceptū obſeruare, vtile ſit. nonnunq̄ ex oppoſito latere venam ſeccare, conuenire, non dubito. cum adeo ingens inflāmatio inguinum aut alarum ſeu vllus magnus carbo illis partibus proximus ortus fuiſſet. vt merito vereri medicus poſſet. ne ſi vena illius lateris ſecaretur, in tàm magnum tumorem attolleretur pars inflammata, vt inde in mortis periculum incidere ægrum timeremus. 4. Metho.

¶ Quippe cum exigua inguinum aut alarum ſeu retro aures inflammatio contingerit. poſt venæ ſectionem inflammatæ parti quod inflāmationem augeat, conuenire, ratio ſuadet. in quem vſum prodeſſe theriacæ drachmam in bulbi medulla incluſam, et igni expoſitam, donec 5. Metho.

bulbi

bulbi cortices exiſtimæ vrantur, & intimæ theriacam in ſe imbibunt, ſæpius expertus ſum. mithridati drachmam quoq; aut compoſitionis illius, quam vnguentarii ſaluiam imperialem nominant, non minus vtilẽ futuram etiam reor. cucurbitulas inflammatis locis admotas prodeſſe in eundem finẽ vero ſimilimum eſt. ſed hoc tantum minus prodeſſe has prædictis antidotis videtur. quòd hæ ſolum euocandi ad exteriora cutis humores noxios valeant, illa hoc aſſequi, & etiã oculta qualitate corrigere venenatorum ſuccorum vires poſsint.

6. Metho. ¶ Galli gallinacei, aut palumbi, vel columbæ, plumas circa annũ natas depillare, & ſtatim auium illarũ anos depilatos inflãmatis partibus excarificatis vel nõ apponere, vt his venenũ illarũ inflammationum à relatis auibus ſugatur, in præfatum vſum multi præcipiunt. quod proficere poſſe, crediderim ego, præſertim cum ſint graues authores, qui teſtantur, aues illas non diu poſt appoſitionem mori, quo palã indicatur aliquid noxium ab his ſuctum fuiſſe, allios, & ſynapi, & ſtercora columbarum in emplaſtri modum cõfecta & mille alia vtilia eſſe, exiguis illis inflammationibus quoq; reor. nam ſi valde magnæ fuiſſent, potius nocere prædicta, quàm prodeſſe putarẽ.

7. Metho. ¶ Ex carificare bubones peſtiferos ac etiam carbones, admouereq; poſt partibus excarificatis emplaſtrum, ex luteo oui cum tantundem ſalis cõmiſto, ſuper linteum extenſum, ac ſæpius huiuſmodi linteum illinitum mutare: vt noua vis medicamenti venenatam qualitatẽ inflãmationis corrigere, poſsit, periti medici præcipiunt. ſeq; intra viginti & quatuor horas virus carbonis hoc medicamento repreſiſſe, affirmant. iidemq; aliud emplaſtrum ex vnciis quatuor fermenti, & ſynapi, & erucæ, ſingulorum vncia ſemis leuigatis, & miſy, & chalcitidis drachmis duabus, & viginti cantharidibus in vnum omnibus his cum fermento iunctis, conficiunt. & carbonibus ac bubonibus peſtiferis imponunt. radicem ebuli, & lilii, & ſemen rutæ, fimum columbinum, calcem, & multa alia medicamenta quæ exulcerandi vim habent, apponere relatis inflammationibus etiam iubent. Ego autem in magnis, aut vlceratis, tam validis medicamẽtis niſi prius aliis mitioribus reprimerentur, vti non audarem. 8. Metho.

¶ Poſt ſanguinem miſſum in febribus peſtilẽtibus cum bubonibus de quibus hucuſq; in hoc capite egi, &emplaſtrum aliquod ex relatis, vel cucurbitulæ inflãmatæ parti appoſitæ, bibere Andromachi theriacæ drachmã vnam diſſolutam, & in vnciis ſex aquæ papaueris rubri quod erraticum Dioſcorides vocat, vtile eſſe omnes affirmant. quod autẽ ego ſum expertus, poſt bibitam relatam potionem, ſtatim ſudores per totũ corpus concitari. vtrum autẽ vi theriacæ tãtum id contingat, an quòd papaueris erratici aqua euocãdi ſudorem vim habeat, incertum mihi eſt. ſcio enim Dioſcoridem non talem vim huic tribuiſſe, quin accerſendi ſomnum quod potius medicamentis frigidis ſudorem cohibentibus quàm eundem concitantibus cõuenire ſolet. Neq; etiã à relato Dioſcoride neq; à Galeno prodeſſe contra venena vllũ papaueris genus dicisse recordor. memoror tamẽ Plinium libro vigeſsimo cap. xix. papaueris ceratitis, hoc eſt cornuti, folia ex melle mederi carbunculis venenatis

natis ſcribere. eundemq; in fine rela
ti capitis opium quod ex nigro pa-
pauere inſtillatur,ſcorpionum icti-
bus reſiſtere , teſtari. neq; alienum à
ratione eſt, cum humores adeo vene
nati ſint,quales in febribus cum bu-
bonibus contingentes proueniunt,
aquam inſtillatam ex erratico papa
uere prodeſſe tanto malo,& ſi refri-
gerandi vim habeat , quòd ea valeat
noxium & peſtiferum ſuccum aptũ
ad cor & reliquas principes partes
corporis repere, immobilem effice-
re,& eiuſdẽ vapores reprimere . per
quod febrientibus licet ,vires pro -
prias fouere,& robuſtiores factas no
xium ſuccum ſudore expellere.

9. Metho. ¶ In præfatum vſum ad euocandũ
ſcilicet ſudorem mithridatum aut
Iſauiã imperialẽ, ſic enim nominãt
pharmacũ quodã pharmacopolæ,
etiã poſt ſãguinẽ miſſum in aqua bu
gloſſæ diſoluũt,& bibẽdũ dãt. quod
prodeſſe poſſe, certum eſt.

10 Metho. ¶ Vtrum autem poſt relata præſi-
dia (quæ quanto citius fiunt , tanto
plus prodeſſe ſoler e experior) ſyru-
pos quibus humor coquatur exhibe
re,conueniat : humoreq; cocto aluũ
expurgare,liceat nonnulli dubitaue
re . inter quos qui grauiores autho-
res inter expoſitores Auicennæ eſſe
cenſentur : medicamentis non tan-
tum lenientibus ſed maiorem vim
quam lenientia habentibus, in prin
cipio & nedũ cocta materia exina-
nire ventrem præcipiunt. ideoq; po
tionem ſoluentem aluum conficiũt
ex rhabarbaro , & tamaris indis , &
mirobalanis citrinis, & manna , vbi
multa bilis redundat. at cum pitui-
ta ſupercreſcit aliquibus ex prædi-
ctis agaricum cõmiſcent . ab ſcamo
nio,& colocynthide, ac aliis fortio-
ribus medicamentis fugientes. ne ve
nenatis ſuis facultatibusimbecillius
reddant cor . nec caſſam fiſtularem
tantum ſufficere exiſtimant. quia le
niendi vim dũtaxat habere inquiũt
quam minime ſatis eſſe putant. Aui
cennamq;in medela febris peſtiferæ
hoc idem voluiſſe credunt, cum di-
xit ſumma curationis eorũ eſt exic-
catio : quod exponunt non tantum
pharmaco leniente & humectante
vacuare ventrem præcipere Auicè-
nam.ſed id quod vires habet exiccã-
di,id eſt,vltraquàm leniens pharma
cum vacuandi. Porro ſi mihi fidem
adhibere lector velit, in febribus cũ
bubonibus de quibus nunc agimus
inuadentibus , nequaq̃ vlla potione
vacuandi ventrem vim habente, vti
febriens debet,quòd vt ſuperius dixi
in hiſce morbis omnes eos qui aluũ
fluidam habebant , obire ſæpiſsime
ſim expertus. Et quoniã fortaſſis po
terit,nonnunq̃ contingere peſtilen-
tes febres cum bubonibus redire in
quibus aluus ſoluta ægrotãtibus cõ-
ferat . ideo obſeruare relatos euẽtus
medicis conſulo . atq; cum prodeſſe
ventris ſolutionem experti fuerint,
audacter pharmacis ſuperius ſcrip-
tis vtantur.

¶Nequê quia per antecedentẽ me- 11. Metho.
thodum vſum pharmacorũ expur-
gantium vẽtrem interdixerim, ideo
vti ſyrupis veto: quin ſyrupũ ex ma-
lis punicis , & acido mali medici , &
omphacio , bibere præcipio . quòd
hi oẽs vim reprimendi venenatas vi
res noxiorum ſuccorum habeant. 12. Metho

¶Vtquè in omnibus aliis ferme fe-
bribus potius vti medicamẽtis vim
reſerandi habentibus, quâm refrige
randi cenſuerim,in hoc tantum pe-
ſtifero genere febris cũ bubone graſ
ſantis,ab his fugere conſulo.præſer-
tim ſi validas vires,quæ reſerant, ha
buerint . quoniam vaſorum inſignis
reſeratio nõ niſi à calore feruere ſuc

cos

cos faciente effici, poteſt. feruoréq;
noxiorum ſuccorum obeſſe fumos
in cor pellendo, nulli indubium ve-
nit.

13. Metho. ¶ Victus ratio ab his febrientibus
obſeruanda in ſex rebus quas nõ na-
turales vocant, quæ ſequitur eſt. Hi
ſiquidem in cubiculo feneſtras ſep-
tentrionem reſpicientes habente, ia
cere debent. quòd ventus ab hac re-
gione flans refrigerandi atq; exiccã-
di, ac quod potiſsimum eſt, cohiben
di humorum ad cor & caput vapo-
rationem, vim habeat. in quẽ vſum
cõferre quoq; omnia quæ aerem cu
bilis frigidum & ſiccum reddere va
lent, notiſsimum eſt. Proſunt ergo
ſalicis folia, nimphea, myrtus, roſæ,
malicoriũ, folia malicotoni, & ma-
lũ ipſum, camphora, & alia eiuſdẽ
facultatis per pauimẽtum triclinii
ſparſa. nocentquè paluſtria & limo
ſa loca.

14 Metho. ¶ Perſiſtere ægrum â morbi initio
vſq; in finem in eodem toro ac tri-
clinio non parum obeſſe valet. nam
aer infectus á febrientis reſpiratio-
ne iterum ad pulmonẽ & cor inſpi-
ratus venenatam vim ſuccorum fo-
uet, auget, & creſcere efficit. quo nõ
parum incõmodum hos febrientes
recipere clarũ eſt. mutare ergo quo-
tidie cubilia quantumuis prædictis
odoratis rebus ſint ornata, ſi id face
re ægro licuerit, præcipio.

15. Metho. ¶ Somnum mediocriter allicere,
& non prolixum procurare, in hoc
morbo conuenit. cum enim in ſom
no ſpiritus & ſanguis ad interiora
corporis retrahantur, veremur: ne
ſanguinis & ſpirituũ ad interna re-
greſſu, noxiis ſuccis ſimul cum rela-
tis retractis, cor pluſ q̃cũ in ambitu
poris hi continebantur, inficere, va-
leant. niſi ergo huiuſmodi febrien-
tes prolixa vigilia vexatos videris, ne
quaquàm ſoporem inducentia illis
admouebis.

¶ Exerceri: qui timẽt ab hoc mor 16. Metho.
bo vexari, neq; qui iam correpti ſũt:
conuenit. cum exercitiũ anhelitum
magnum, velocem ac frequenter ef-
ficere conſtet. atq; magno hoc anhe
litu multum aerem, qui venenatus
in peſtiferis morbis eſt, inſpirari, ne
ceſſarium ſit.

¶ Quotidie ventrẽ ſemel exinaniri 17. Metho.
ſpõte & ſine medici auxilio, ſalubre
eſſe reor. verũ clyſteribus lubricũ i-
pſum reddere niſi triduo vel vltra
aſtricta aluus ſit, periculoſum eſſe iu
dico. ſecurius ergo ne feces induren
tur in tertiis diebus ex melle & pau-
co ſale confecta ſuppoſitoria ſum-
mittere. hæc enim non tantam vim
habent, vt noxios ſuccos ad interna
corporis vaſa trahere, poſsint.

¶ Vitare venerem in conſtitutio- 18. Metho.
nibus peſtiferis prodeſſe: notius eſt:
quàm probari queat. ſi enim venena
tæ vires hoc potiſsimũ nocẽt, quòd
ſpiritus diſſoluant, cum veneris con
cubitus hos pluſquàm omnes alii
motus diſſlent, & corrumpant, huic
malo promptus fieri: qui illo immo
dice vtuntur, clarum eſt. & eos qui
iam ægrotãt, in vitæ diſcrimine po
ni, per huius vſum notiſsimum etiã
eſt. Nequè minus triſtitia & ingẽtes
curæ quæ angunt, & ſolicitant ho-
mines nocent, vt alacres res & iocun
da ægris nunciata dum non ſubito
& repente ac præter ægri ſpem eue-
nerint, prodeſſe ſolent.

¶ Alimenta quæ facilis concoctio 19. Metho.
nis & magni nutrimenti ſint, deuo-
rãda ab his febrientibus erunt: quod
hi pluſq̃ reliqui diſſolutionem inſi-
gnem ſpirituum patiantur. conue-
niet ergo hos non tantum oleribus,
ac leguminibus, & fructibus arborũ
alere, ſed iuribus pullorum, perdicũ
& gallina-

& gallinarũ & pullis ipſis coctis cũ
lactuca, borragine, & croco vti dece
bit. aranciorum & mali medici aci-
dis ſuccis, ac omphacio, & aceto, ve-
ſci cum carnibus vel iuribus relatis
quàm maxime prodeſſe experimur.
lutea ouorum cum prædictis ſuccis
irrorata in eundem vſum cõferunt.
ſuadẽdi ergo & cogendi ſæpius parũ
ex relatis alimentis comedere. pluri
mum enim ſi deglutiant, conquore,
nõ valent: quòd frequentibus animi
deliquiis vexari ſolent. neq; oblitus
eſt Auicẽna id in medela huius fe-
bris hortari. nam dixit plurimi eo-
rum qui viriliter comedunt, & ſi nõ
apetant, euadũt ab hoc morbo. Poſt
pranſas carnes mala cotonea condi
ta & cruda etiam proſunt: quòd hoc
malorum genus venenis aduerſetur
& ſua refrigerãdi & exiccãdi vi poſ-
ſit noxios vapores reprimere. inter-
diu mali punici acidi & dulcis gra-
na comedere etiam prodeſt. Raſes
indiuiſionibus potius aſis carnibus
quâm elixis vti iubebat. mihi au-
tem quod ægro gratius eſt magis cõ
nuenire, exiſtimo. cum quàm maxi-
me cauere oporteat, ne comedendi
apetitus in his deiiciatur.

21.Meth. ¶ Potum aquæ frigidæ non inter-
dicendum his, qui vt dixi, febriunt
omnes merito autumant. quoniam
ſiti anhelitum frequentiorem fieri
experimur, cum per eũ maior aeris
venenati portio quâm perminus fre
quentẽ trahatur. â quo fugere hos
ægros ſuperi9 cõſuluim9. nec quidq̃
intereſt, in febribus peſtiferis cũ bu-
bonibus coniunctis, nullo alio ſym-
ptomate infeſtante, frigidam aquã
coctam aut crudam bibere. atſi diffi
cultas anhelãdi ob vicium aliquod
pectoris contingeret, concoctam re
bus lenientibus pectus exhibere con
ueniet. Neq; non tantum ob relatũ
morbum, ſed propter quoſuis alios,
in quibus incocta aqua obeſſe ſolet.
etiam à frigida etſi peſtifer morbus
ægrum corripiat, abſtinere decebit.
poteſt enim concocta rebus quæ vi-
tia illa corrigant, & ſimul venenis
aduerſentur bibi.

¶ Multa medicamenta vim habe- 22. Meth.
re contra venena animalium, & plã
tarum, atquê aliarum rerum paſsim
à doctoribus traduntur. verum quæ
proſint venenatis febrib9 à Dioſco.
et Pli. et aliis antiquis ſimpliciũ ſcri
toribus quòd memoror nũquàm le-
gi. ratione tamen et Galeni ac neote
ricorum aut-horitate vſus, conueni
re Armenicam terram de qua Gale
nus de ſimplicium medicamentorũ
facultatibus lib. nono cap. de terra
ſamia meminit, indubiè fator. hãc
bibi in fine capitis citati Galenus ex
vino albo cõſiſtentia tenui modice
diluto, ſi leui febre teneatur æger,
præcipit. & vbi grauis febris eſt, cũ
aqueo vino potari. Dioſcorides lib.
v. cap. xciiii. ſamiam terram comẽ-
dat contra ſerpentium morſus, vn-
de prodeſſe peſtilenti febri rationi
conſonum eſt. vereor tamen raro vl
lum ex his terræ generibus ad nos aſ
portari, ſed adulterata medicamen
ta hæc afferri. nõ paucos quoq; lapi-
des in eodem libro cap. xciii. & ante
cedẽtibus capitibus cõducere, aduer
ſus venenata animalia idem Dioſco
rides ſcribit, ex quorum pulueribus
tenuiſsime leuigatis cõficiẽda anti
dota erũt cũ aqua bugloſæ, aut oxali
dis diſſoluta bibẽda & ne hæc narrã
do quæ exigui momẽti eſſe ſuſpicor
diutius immorer, finem imponere
huic capiti de medela peſtiferarum
febrium cũ bubonibus (de his enim
hucusq; in præſenti capite egimus)

viſum eſt.& quoq; de illo ſæuo ſymptomate catoco, ſeu cathaphora, aut læthargo,ſeu comate vocato, in aliis generibus peſtiferarum febriũ prouenięte,non nil quod defuit, cũ de eo in ſuperiore cap. egimus ſcribere liceat. quo finé præſenti libro imponemus. nec hoc niſi vnica methodo abſoluemus.

Vigeſimaſecunda methodus,qua docetur, quo modo prohibere poſsimus aſcenſum viciati ſucci cathaphoram efficientis, quam modorra hiſpani vocant,

22.Meth. ¶ Si memores eſtis cum de medela cataphoræ agebam,dixi neceſſum eſſe humorem à quo cataphora pendet, frigidum & humidum,aut calidum & humidum eſſe, niſi enim talis foret,ſed calidus & ſiccus, deliria, vigilias,inquietudines eſſet effecturus. etiam relatum illum ſuccum, à flatuoſo ſpiritu vel aliqua exigua bilis portione,quæ cito poſtq̃ in caput repit,diſcutitur, in cerebrum deuehi. niſi enim ſic res ſe haberet,impoſsibile videtur eũ, qui cataphora poſt pauxillum temporis ſpacium eſſet corripiendus,munia quæ ſanus obire ſolebat,exercere. ſubitus enim & repentinus humoris ille ad caput aſcenſus non à frigido & humido,aut calido & humido humore, quorum nullus adeo leuis eſt,fieri, contingeret.vt ergo hic inſuperna loca raptꝰ qui tantorũ malorum cauſa eſſe ſolet prohibeatur. præſente methodo conſulo, quòd parum ante tempus in quo rationabili coniectura ſuſpicatur medicus grauem ſoporem vẽturum, duas ingentes cucurbitulas alteram iecori aliam lieni apponi faciat.nouéq; in dorſo affigi iubeat, tres per medium dorſum in ſupremis inter vtroſq; humeros vertebris apponendo,reliquaſq; ſex in dextris ac ſiniſtris ſcapulis, nullaſq; ex his excarificatis partibus ſed ſanis apponi præcipio.niſi tanta ſanguinis copia adhuc adſit, vt aliquid eiuſdem his extrahere conueniat. ſolẽt enim hæ tam vehementer humores in iecore & liene, ac dorſi magna illa vena & arteria contentos detinere, & ne in caput repant prohibere, vt nõ paucos in præſenti anno.1558. euaſiſſe à ſymptomate illo quem certo venturum ſperabãt, prædicta cucurbitularum admotione nouerim.neq; in his qui aluum adſtrictam habebant,cucurbitulas admoueri præcipiebam.niſi vẽtre forte clyſteri prius exonerato,in quem vſum clyſmũ conficiebam,quod reciperet irini,& rutacei,vncias quatuor,& hieræ, ac benedictæ vnciam vnam, cum decocto anthemis, aneti,maluarum, ſtecados relatis oleis & compoſitionibus diſſolutis, duabus cochlearibus mellis & ſalis granis viginti additis.

¶ Iam medela febrium peſtiferarum, vt audiſtis, explicita, ſupereſt etiã exponere, an liceat, ignibus per vicos paſsim factis, aerem peſtiferũ expurgare. nam cũ ſuperius per pauimentum triclinii in quo febrientes hi requieſcunt, folia & ſurculos rerum frigidarũ ſterni iuſſerim. videtur ignes calidos nocituros. verũ hæc controuerſia facilè diſſoluitur. dicimus enim aerem ignibus calefactum noxium eſſe,his qui iam peſtifera febre ſunt correpti.prodeſſe tamen illis,qui nedum febrierũt,quòd purior vi ignis infectis vaporibꝰ redditur. Per quem modum Hippocratem vetuiſſe Græciæ peſtẽ ſuis temporibus graſſari incipientem,multi referunt.

Caput.lxix. De mor

billo & Variolis.

ADEO notum hoc morbi genus apud vniuerſos orbis habitatores nunc eſt, vt nullus quãtunuis ruſticus & barbarus ſit, qui relatorum nominum aut aliorum idẽ in eorundem vernacula lingua ſignificantium: notitiam nõ habeat. Cũ ante & in priore ſeculo ab hinc quingentis annis hæc morborum genera non adeo nota vt nunc fuiſſe, multi noſtri temporis medici aſſeuerent. certe apud Hippocratem, Galenum Paulum, Aetium, Oribaſium, cæteroſq; Græcos medicos, nunquàm inueniri, hic morbi modus valet. non enim authoritas Manardi Ferrariẽſis in latina & Græca lingua non parum docti: neq; eiuſdem ſuaſio me mouere valent: vt credere poſsim: exanthemata quæ à Galeno lib. v. de morbis medendis cap. vndecimo dicuntur, idem quod morbillus & variolæ ſint. cum Paulus Galeni ſimia cap. vi. libri primi: ſequentia verba de eiſdem referat. ※ Puſtulis quæ quòd puero per cutem veluti effloreſcunt, Græci exanthemata nominant. Primum ſanè nullum faceſcere negotium oportet: vbi vero probe ad ſumma eruperint: tunc iam curare tentauimus, balneis, quibus inijciantur myrtum, aut lentiſcum, aut roſa, deinde roſaceo aut lentiſcino vtendũ: ceratoq; cum ceruſa. ※ Et libro. 3. capite. 3. inſcripto ad Pſydratia & exanthemata capitis ſcripſerit. ※ Exanthemata vero cutis ſunt exulcerationes, ſubrubicundæ & aſperæ, vtrumq; vitium præſidiis infra poſitis exteritur. argentea ſpumæ ceruſæ ſingulorũ drachmæ quatuor: aluminis drachmæ duæ: rutæ foliorum viridium totidem: ex aceto myrtheoq; oleo leuigata cuti illinientur. ※ Quæ minime quadrare cum variolis aut morbillo valent. nam ſiquando morbillus & variolæ rectè medenda per ſanguinis miſsionem ſunt: priuſquám ad ſummã cutim erupant faciendum. vt poſt in medela explanabimus. cuius oppoſitum Paulum cap. vi. citatum præcepiſſe conſtat. Nec poſtq̃ ad ſummã cutim eruperint balneis vti licet: præſertim myrtum, aut lentiſcum, aut roſas recipiẽtibus. cum hæc medicamenta adſtringẽdi vim habeãt, quam contrariam eſſe huic morbo Manardus lib. vii. epiſtola ſecunda veritate cõpulſus fatetur. etiã morbillum exulcerationem eſſe cutis: vt Paulus lib. 3. cap. 3. de exanthemate ſuperius dixit, non niſi qui delirat dicere poteſt: cum nũquàm morbillus ad exulcerationem deueniat ſed tantum cutim horum ægrorum rubris maculis inficiat. Variolas nec in ſui ortus principio nec poſtquàm in augementum procedunt: cutim exulcerare docti & indocti medici experiuntur. nõ ergo per cutis exulcerationem definiendæ variolæ eſſent, cum illis orientibus & in augmentum procedentibus definitio non conueniret. Porro quis tam rudis eſſet qui huius morbi naturam exacte calleret, & ſi explicare illam velit, non palam exprimeret, huic morbo quàm maxime conuenire infantes & pueros, vt plurimum inuadere, raro iuuenes & maioris ætatis homines, nec niſi per totam vitam ſemel eundem hominem implurimum corripuiſſe. quod feciſſe Hippocratem & Galenum ſi relati morbi noti illis fuiſſent, putarẽ. et quoniam hos non nouerunt: ideo notas eorundem ſubticuiſſe, credendum eſt. quod equidem ex Hippocrate. 3. lib. epidimiarum citat Manardus-

in peſtilenti ſcilicet conſtitutione aduenifſe magna ecthimata, & exprimi à Galeno dictionem illã Græcam, per tumores ſponte in cute florentes ac craſſis humoribus genitos, quia tenues exulcerationem potius faciant, quàm tumorem. & quòd tumores variolæ dicãtur, exulcerationes vero morbillus. non ſolum nullius momẽti eſſe, notiſsimum eſt. verum ni in re tam nota fallor, delirãtis hominis eſt, morbillum qui nunquàm cutim extimam, vt ſupra retuli, rupit, exulcerationem vocari.

¶Cumq; ergo ex à me nuper aſſertis Græcis incognitum hunc morbum eſſe appareat. in alteram duarũ cauſarum ignotum illis eſſe, reducere, oportet. vel ſuis temporibus hũc morbum nedum homines ſolitum infeſtare: ſicut neq; ab hinc ſeptuaginta annis Gallicus vocatus Aeuropam ac Aſiam & Africam incolẽtes corripuerat, aut quòd ſi iam tũc in homines graſſari ſolitus erat, modum accedendi eiuſdem, atq; quas ætates & quoties infeſtare ſolitus eſſet, non obſeruarunt. minimeq; mirandum noua genera morborũ quæ nunq̃ antea viſa fuere, nunc conſpici. cum certũ ſit multas formas plãtarum antiquis ignotas paſsim videri, & vel in deliciis vel medicinæ vſũ frequenter eiſdem medicos vti. aliasq; antiquis notiſsimas in noſtro orbe nequaquàm inueniri poſſe.

¶Nonnulli ex arabibus Zoar ſcilicet & Iſac cauſam horum morborum eſſe putant, fœtus nutrimentũ, dum in vtero geſtatur, ſanguinem meſtruum eſſe. ſed hi manifeſte aberrant, cum pari ratione morbillum & variolas quadrupedia in vtero geſtata, & conſimili ſanguine nutrita, in lucem edita paſſura erant. quod non experimur. ali namq; quadrupedũ fœtus ex menſtruo ſanguine Ariſtoteles. 2. de generatione animalium cap. 4. teſtatur. quod ratio ipſa manifeſtè docet. ſi enim in mulieribus vterum geſtantibus menſes deficere, vſq; ad pariendi tempus videmus, quo conicii ſumus, ab eo quod fluere ſolebat, fœtum nutriri. pari ratione moueri tenemur, aſſerere, etiam fœminas aliorum animalium conſimili nutrimento nutriri.

¶Auicennæ videtur fen prima libri. 4. tracta. 4. cap. 6. cauſam relatorum morborum feruorẽ ſanguinis eſſe. cum enim quiuis ſucci vt perficiantur, prius ſemel feruent, ac bulliunt, & poſt perfectam conſiſtentiã acquirunt, vt muſtum, ceruiſia & pomorum ſuccus, ac omnes alii ex fructibus expreſsi oſtendunt, rationi cõſonum videbatur Auicennæ, humano ſanguini in vaſis fœtus contento idem euenturum. Cum primũ enim in lucem exiit fœtus ſanguinem muſto ſimilem laturum Auicenna coniectat. atq; huic vt perficiatur cõuenire, quòd ſemel ebulliat, quo in tẽpore ſpumeum in cutẽ trãſmiſum variolas aut morbillum efficere, credidit. craſſumq; feci vini ſimile per aluum excerni. indeq; nõ niſi ſemel implurimum affici his morbis homines ſolere: vt muſta non bis feruere aſſueſcunt. Neq; hoc adeo explicitum vt à me eſt, apud citatũ authorem reperies. verum quòd id innuiſſe verba exordii capitis prædicti, & nonnulla finis eiuſdem, eundem ſentire oſtendant. ideo vt legiſtis ſunt à me dictata, etiam quòd omnes ferme eiuſdem expoſitores ſic exponi illum, velint.

¶Verum hinc prouenire morbillum & variolas, alienum à ratione eſt, quoniam etiam quadrupedium ſanguini idem contingere deberet,

ferue-

feruere ſcilicet ſemel poſtq̃ ab vte-
ro animal exierit,& morbillo & va-
riolis affici. quod nulli quadrupedũ
accidere experimur. nam non inde
differentia ſummi poſſet, quoniam
quadrupedia cutim habeãt duram
& aſperã ineptam recipere ſpumeũ
illud, materiam variolarum & mor
billi ab ipſis putatã, & homines cu-
ti tenui ſint contecti. cum auium ge
nera omnia quæ etiam cum primũ
naſcuntur, nouum ſanguinẽ in ſuis
vaſis continent, cuti ſatis tenui tegã
tur, qua parata recipere ſpumeũ ſan
guinis, vt homines, futura erant, & à
morbillo & variolis omnia corri-
pienda, quod aliter contingere euen
tus docent

¶ Calidas & humidas temperatu
ras expoſitas eſſe huic morbo, plus q̃
omnes alias, Auicẽna & cæteri Ara
bes affirmant, & experimẽta rem ſic
ſe habere, demonſtrãt. quod cauſam
eſſe, cur raro bis eundem hominem
malum hoc corripiat, exiſtimo. Nã
cum ſemel febre, & morbillo, aut va
riolis, eſt affectꝰ homo, adeo ſiccior
vertitur, vt illo morbi genere iterũ
corripi, non valeat. corripitur autẽ
homo implurimum in puerili æta-
te conſtitutus, ab influxu cæleſti ae-
rẽ afficiẽte. quòd humidior & cali-
dior tũc ſit, relataq; ratiõe lac inter
alimenta morbi huius cauſam eſſe,
medici recte credunt. tantoq; prom
tius corpus humanum lacte veſcens
à morbo hoc affici valet, quanto hu
midiore & magis feroſo lacte vſus
fuerit. Camellarum ergo & aſinarũ
lacte homines alti prõptiores mor-
billo & variolis ægrotare, cæteris pa
ribus omnibus aliis ſunt. Neq; aliun
de plus vere calido & humido quám
aliis anni temporibus morbum hũc
vagari, experimur. qui etiam nedũ
exteriores partes corporis maculat,
& tumoribus replet, verum & inter
nas. Gula namq;, & ventriculus ipſe,
& aſpera arteria, atq; inteſtina, va-
riolis quãdoq; inflammari, inde cer
ti ſumus, quod ſæpe raucas voces ede
re, & difficulter deglutire, ac per al-
ui excretionem purulentum à vario
lis emanans, excerni in nonnullis
ægrotis videamus.

¶ Solent huiuſmodi tubercula cũ
primum naſcũtur, adeo exigua eſſe,
& cutim tam parum atollere, vt vi-
ſu vix decerni queat: vtrum rubore
aliquo aut variolarum ſeu morbilli
tumore cutis infecta ſit. neq; minus
difficile eſt, in relatorum morborũ
primo ortu alterum ab alio diſtin-
guere, niſi enim expertus medicus
id aſſequi non valet. verum cum iã
tertia dies accedit, manifeſte vario-
læ ſe tales eſſe oſtendunt, magnitudi
nem capitis aciculæ vel milii habẽ-
tes, vt in ſequentibus plus tumentes
ciceris magnitudinẽ acquirunt, po-
ſteaq, ſanie replentur. Tandem ex-
purgata vel exiccata ſanie, areſcunt,
& decidunt: cutim maculis infectã
& inæqualem relinquentes. neq; om
niũ adeo fœlix exitus eſt. multæ cer
te invlcera exedentia partes quas oc
cupant, finiuntur, quæ in perniciem
ægrum ducere ſolent, maxime ſi re-
lata vlcera aſperã arteriam aut gu-
lam depaſcantur. hæ fuſcum aut vi-
ridem colorem habere ſolent, & pu
rulentum quid ex ſe fundere, conſue
uerunt, vt ſalubres rubrum vel albũ
vel alios colores his proximos poſ-
ſident.

¶ Numerum & magnitudinem va
riolarum conſiderare, medicus tene
tur. ex his enim inditia fœlicis aut
infœlicis exitus earundem ſumi, ſæ-
pe ſolet. quas enim plurimas & exi-
guas totam cutim occupãtes videris
mortis periculum eaſdẽ minare ſuſ
piceris. maxime ſi fuſcæ, aut virides,
vel nigræ fuerint. eas autem quæ ma

gnæ & raræ rubroq; aut albo colore
affectæ apperuerint, ſalubres eſſe diſ
iudicabis. præſertim ſi prout creſce
re ipſas conſpexeris, ſic febrem mi-
tiorem fieri cognoueris: & vniuer-
ſæ vt plurimũ in tertia die à prima
febris inuaſione conſpici ſolent. ne-
q; raro ante exitum conuulſionibus
epilepticis pueros corripere conſue
uerunt. ſuntq; quandoq, nõnullæ va
riolæ tam ingentis magnitudinis vt
vna earum alteram intra ſe conti-
neat. vt etiam ex illis ſunt quæ ingẽ
tes cutis partes ſic occupant, vt circu
larem figuram nõnunq̃ & angularẽ
quandoq; conſtituãt. ex quibus etiã
albæ, paruæ, duræ, minimeq, fungo-
ſæ interitum patiẽtibus minantur.

¶ Obſeruare quoq; conuenit for-
mam, *quam* cum exeunt, ſeruant va
riolæ, quæ enim poſtq̃ apparere in-
cipiunt, nullum tempus intermit-
tunt, quouſq; in totum augeantur, &
ſimul ægrum leuiorem efficiunt, &
mitioribus ſymptomatibus vexant,
bonam de ſe ſpem exhibẽt. tum præ
ſertim cum raræ & magnæ ſunt. vt
quãdo oriri incipiunt, ac poſt naſci
deſinunt, marcidæq; iam ortæ red-
duntur, & iterum nouæ variolæ in-
feſtant, pernicioſæ eſſe conſueuerũt.
Certe ſalubrius inditiũ ſumi ſolet,
cum febris prius aggreditur paſſurũ
variolas, & poſt ipſe apparent, quàm
ſi è diuerſo contingat. variolas ſcili
cet primum videri, & poſt febrẽ cor
ripere. Nequè hoc perpetuum eſt, ſæ
pe namquè hoc fœliciter cædere, ve
lut illud contingit. vt etiam non ra
rum eſt, variolas neque ante exitum
nec poſt febrem commitari.

¶ Reſpiratio & ægri vox inditiũ
ſalutis aut mortis etiam oſtendunt,
difficulter quippe inſpirare, aut aſ-
pirare, & raucam vocem variolas pa
tientem reddere, malum eſt, vt faci-
liter reſpirare, & claram vocem pro
ferre, bonum eſſe ſolet. Porro pluri-
mi à morbo hoc obeuntes ſtrangula
ti moriuntur, quia aſpera arteria eo
rundem à multis variolis ocupata,
vel ab ingentibus vlceribus exeſa,
ſufficientem aeris quantitatẽ in pul
monem ingredi non permittit.

¶ Nequè minus incommodũ hoc
malum ipſo laborantibus per im-
moderatum alui fluxum inferre ſo-
let. pereunt enim ex his multi cum
diſſenteria ab vlceribus variolarum
proueniente, & nõnulli quoq; ab im
modico ſanguinis mictu ab eiſdem
variolis rennes exedentibus facto.

Caput. lxx. de ſignis & medela variolarũ & morbilli.

SVnt iã adeo man-
feſta quibuſuis ho
minib9 morbillus
& variolæ, poſtq̃
perfectum incre-
mentũ acquiſiuere
vt nullũ ferme latere hominẽ hoc æ
uo, vt prædixi, putem. ideoq; inditia
quib9 hi morbi noſci debẽt ſcribere
in ſeiũcto ca. neglexi. ſiqua. n. referre
oportebat, ea erant, quæ priusq̃ hi vi
ſerentur, ipſos venturos prædicerẽt
et cum hoc vnico verbo aſſolui poſ-
ſit, maximum & præcipum ſignum
eſſe, ſcilicet tum vagari illud morbi
genus, & grauedinem ægrotantem ſi
mul cum febre pati, oculoſquè rubẽ
tes & grauedinoſo dolore vexatos
habere. hoc ſolo contentus tranſgre
di ad medelam morborum illorum
conficiendam viſum eſt. ac primam
quæ ſequitur methodum dictare.

¶ Nullum ex medicis Arabibus 1. Metho.
curationem hanc auſpicandam niſi
per vllius magnæ venæ ſciſſionem

ſciſioné, vel excarifacata crura aut bracchia præcepiſſe, memoror. cui ſententiæ ego non aduerſor. cæterũ quod addunt obſeruare q̃ maxime oportere. ne poſtq̃ hi morbi maculare cutim inceperint, ſanguinẽ mitti medici iubeant, alienũ à ratione exiſtimo. cũ enim id vetant, ideo vt inquiunt, illud præcipiunt, quoniam timent, quòd, ſanguine miſo, variolæ, & morbillus incepta exire ad cutis externas partes, ad internas ſucta regrediantur. quod pernicioſum eſſe, ideo credunt, quia à venenato humore relatos morbos fieri dicunt. Porro ſi illud inconueniret, in bubonibus peſtiferis mittere ſanguinẽ, et ſi ex latere affecto educeretur, nõ liceret. verendus.n. eſſet poſt ſauguinem miſum regreſſus materiæ bubonis ad internas & principes partes corporis, quæ ſi verum eſſet illud quod timent, neceſſario in illas regreſura, ſucto ſãguine, erat. cuius oppoſitum experimur, augeri ſcilicet potius quàm imminui bubones illos poſt ſanguinem miſum.

2. Meth. ¶Licere ergo exiſtimo, dum vires adeo imbecillæ non ſint, quòd ſanguinem mitti, prohibeant, ſi ſanguinem redundare medicus nouerit, illum vel vena ſecta vel cruribus excarificatis nõ tantum ſemel verum & bis aut ter extrahere, quanuis morbillus aut variolæ nedum apparere, ſed etiam augeri incipiant, vel integrum incrementum acquiſiuerint. neq; plus timere ſanguinis miſioné, quoniam variolæ aut morbillus iã adſint, q̃ ſi non adeſſent, conſulo. inanis certe timor illorum medicorũ eſt, qui putant materiem cutis poroſitates occupantẽ ad interna vaſa retroceſſuram, cum id fieri nequeat. ſi enim quandoq; inflãmationes poſt ſanguinẽ miſum imminui videmus nõ quòd ſugatur humor cauſam imminutionis earundem eſſe, aſſerendum eſt. ſed vel quòd tumor illarũ partium inflãmatarum potius originem trahat, à multo ſanguine in venis illius particulæ congeſto, qui per ipſius miſſionẽ reuellitur, quâm quia in poroſitatibus membri inflã mati imbibitus ipſe ſit, vel quoniã ſanguine extracto, vires ægrotantis robuſtiores verſæ valeant, in halitũ diſcutere humorem, quem prius diſflare, non poterant. caueant ergo deinceps medici præceptũ illud Arabum à nobis per præſentem methodum impropatum ſequi. cum ſæpe obſeruauerim complures pueros interiiſſe, aut ab immodico ſanguinis narium fluxu vel ab vlceribus exedẽtibus, ideo quòd medici nũ auſi ſint venam illorum ſecare. quia cum id facere decreuiſſent, variolas iam ortas conſpicerent.

¶Ventrem horum ſubducere parum Arabes curãt, meritoq; cũ prædixerim, pernicioſum alui fluxum in his morbis eſſe. & quanquàm in fine aut ſtatu nocere putem, in principio tamen negligere, aluum exinanire, non validis pharmacis, ſed iis quæ exonerandi à fecibus ventrem vim habeant, prodeſſe exiſtimo. in quem vſum neque caſsia fiſtulari vocata, neq; manna, neq; aliis medicamentis eandem vim habentibus, vti audarem. quanq̃ Auicena in cap. de medela horum morborum exhiberi relata medicamenta iubeat. veſcatur ergo puer aut nutrix prunis damaſcenis, & ficubus, & primo iure lẽtium, & malis punicis dulcibus, & tamaris indis, & aliis alimentis eiuſdẽ facultatis. neque vlteriorem ventris lenitionem quam relatam fieri curent medici. 3. Metho.

¶Quandoq; adeo vehemẽter ſanguis 4. Meth.

guis horum ægrorum in morbi initio feruet (quod per magnitudinem febris,& rubedinem faciei, & carnis copiam, & æſtuationem,ac neruorũ conuulſiones nonnunq̃ tremores aliás,cognoſcitur) vt medicos cogat, ſimul cum relatis alimentis feces ex purgantibus tunc exhibere, omphacium,ius culinariũ,mala punica acida,ſorbas,malicotoni ſuccum,pyra aſtringentia, quæ verdiñales hiſpani vocant,palmites,& alia huius generis. vt relatis lenientibus alimẽtis & his aſtringentibus ſimul feces expurgentur, & ſanguinis immodicus feruor compeſcatur. Verum ſi aluus aſtricta nõ ſit, ſed quotidie feces reddat, lenientibus cibis prædictis vti non cõueniet, velut ſi valde aſtricta fuerit,& ingens feruor ſanguinis nõ adſit, conſtringentibus in præſenti methodo ſcriptis,nõ veſcatur æger.

5. Meth. ¶Diuerſus ſcopus curationis habẽdus eſt in curatione morbi huius cum primũ morbillus vel variolæ in cuti apparent, & cum iam augeri incipiunt, ab eo quem ſeruaturi ſumus quando nedum viſuntur, nequè cutis maculari incepta eſt. hoc namquè in tempore rebus facultatem reiiciendi variolarũ aut morbilli maieriam in cutim vti nõ debemus, vt in illo, quæ in cutim propellant noxium illum ſuccum admouere conuenit. ſi enim in prima aut ſecunda die à morbi initio æger vteretur cibis & medicamentis, quæ euocandi morbillũ & variolas in partes extimas corporis facultatem haberent. merito verendum eſſet, poſſe ſanguinis feruorem adeo augeri, vt vniuerſus ſpumeus redditus ineptus quòd ex eo vitales ſpiritus fierent, verteretur. & interire æger cogeretur. cũ tamen poſtq̃ in venas exiguas cutis diffuſus ſanguis ille eſt, & cutim macu lare rubore & tumoribus incipit, noxam illam inferre non poſsit, ac tũc liceat & quàm maxime oporteat, ipſum in lucem edere, & manifeſtum in magnas variolas conuerſum facere. tũc enim interni ſanguinis in magnis vaſis contenti feruor augeri nequiuit. quòd qui maxime feruebat, in corporis tegmen excretus ſit.

¶Vt ergo propellatur variolarum humor in cutim Auicẽna qui fuſius 6. Meth. inter Arabes de re hac ſcripſit, multas compoſitiones medicamentorũ in citato ſuperius capite & aliqua ſimplicia pharmaca quæ prodeſſe poſſẽt, deſcripſit. At cum referre relatas compoſitiones nequè diuinando adhuc vllus poſſet, ob innumera vitia quæ propter ignorãtiam interpretis accidiſſe, reor. ideo & quia inutiles ſint, illas ſubticeã. & ſi quid quod conferat, ab illo autore excerpi, poſsit, id ipſum dicẽdis adiungã. Omnia ergo quæ vim reſerandi obſtructiones habent, prodeſſe in hũc vſum valent: præſertim quæ in corporis circuitũ humores protrudũt, qualia ſunt quæ attenuant. proſunt ergo fici virides ac ſiccæ, virides qppe in prima, aut ſecunda die anteq̃ morbillus & variolæ apparere incipiãt, vtiliores q̃ ſiccæ ſunt, quòd vim ſoluendi aluum habeant, vt Dioſcorides lib.1.cap.145. retulit. ſiccæ poſt q̃ iam rubere cutis incipit, ideo magis conferunt, quòd nõ tam ingentẽ vim leniẽdi ventrẽ, vt virides habẽt vtriſq; peculiaris facultas euocandi morbos hos in cutim vt ſudorẽ ineſt. nequè imbecillior uis cancamo, quod laccam vocant, in eundẽ vſum indita eſt. Dioſcoride lib.1.cap.23. teſtante. fœniculũ, & apiũ, tã radicibus, quàm ſeminibus proſunt. ſirupus qui in officinis de lacca inſcribitur, ab Auicẽna vſurpatus bibendus

& lam-

& lambendus eſt. ſic enim aſperæ ar
teriæ & nutritionis mẽbris prodeſt.
tandem quæ bibita vim extrahendi
ſpicula corpori infixa habent, vt ari
ſtolochia, dictamus, tragium, & mul
ta alia in hunc finem conferunt.

¶ Triclinium in quo perſiſtit æger,
7.Metho ab aquilone ſecurum eſſe debet. quo
niam continens aer frigidus q̃ maxi
me his ægris nocet, obſtruendo cutis
poros, per quos ſpumeũ ſanguinis in
variolas vertendũ, eiiciendum eſt. ſi
quando minus calidus aer eſſe con-
uenit in primis diebus & anteq̃ ori-
ri variolæ incipiant, erit. nã tunc re
miſo illo calore feruor ſanguinis cõ
peſcitur. ex quo non parũ auxiliũ æ-
gro aciſcitur. quod ſi rebelles ad exe
undum morbillus & variolæ forent,
calfacere aerem triclinii igne & re-
bus & calidis per pauimentũ ſparſis
cõducet, vt quoq; leui linteo cutim
leniter confricare in eundem vſum
prodeſt. confert præterea vt vario-
læ facilius exeant, infecta rubro co-
lore oculis ægri præſentare, non iis
corpus, ſic ut videri nequeant tegere,
cum relato colore rubentia aſtricto
riam vim habeant.

¶ Alimentum puerorum & infan
8.Metho tium lactentiũ præcipuũ lac ipſum
eſt, quod decenti victus ratione nu-
tricis tale fieri procurãdum eſt, qua-
le morbus poſcit. conueniet ergo in
principio quæ feruorẽ ſanguinis re-
primant, mandenda nutricibus da-
re. vt poſtq̃ morbillus & variolæ ap-
parent, quæ attenuent, & in cutẽ hu
mores euocẽt. infantes etiam & pue
ri ſi vllis alimẽtis præter lac veſcun
tur, eum ordinẽ in veſcendo ſeruẽt,
quẽ nutricibus perſcripſimus. aquã
quã in principio biberint, tã nutrix
quàm infantes, & pueri nõ tantũ ex
lentibus ſemel coctis conficiẽda, ſed
etiã altera aqua ex lẽtibus bis coctis
cõmiſcẽda prædictæ eſt. prior nam
q; ſubducendi aluũ vim habet, vt po
ſterior cõpeſcẽdi feruorẽ ſanguinis:
quæ duo in principio quàm maxi-
me conducũt. verum poſtq̃ variolæ
apparẽt, ſemine fœniculi, & apii, vel
aniſi coquenda, vt citius atq; expedi
tius ſpumeus ſanguis, qui in partib9
cuti proximis incluſus eſt, ad eiuſdẽ
extimas partes excernatur. neq; fri-
gida potio bibenda tunc eſt, ſed tepi
da, vt pectus quod tuſſire ſolet, aquæ
frigiditate nõ infeſtetur. Certe abor
rent cõplures à potione aquæ ex len
tibus decoctæ, quibus in principio
tribui põt aqua ex damaſcenis pru-
nis, & malo cotoneo, vel ſorba, aut
omphacio, vel alio conſimili cocta.
valebunt enim pruna ad ventrem le
niẽdum, prout prima lentiũ coctio,
malum cotoneum autem & reliquo
rum quoduis ad compeſcendũ ſan-
guinis feruorem.

¶ Adeo cupimus peruium tranſi-
tũ per cutis poros variolis & morbil 9.Metho
lo efficere, vt omnes medici caueant
cutim horum ægrorum oleo, aut ce
ra, ſeu quauis alia re eoſdem obſtruẽ
te vti. quod & ſi recte cautum eſſe, cũ
natura propellere in cutim variolas
& morbillum valet, exiſtimo. dũ ta-
men imbecilla ad excernendum no
xium ſuccum propter eius lentorẽ
fuerit, quæ eundem attenuent exte-
rius admovere, non in emplaſtri for
mam ſed in modum liquoris conue
nire puto. Vereor certè emplaſtrum
cuti horum approximare, ne cõpre
ſa cutis conſiſtẽtia illa craſſa empla
ſtri, diflationẽ & exitum vitiati ſuc
ci coerceat. ſi namq; licet, peſtiferos
ſuccos bubonũ & carbunculorũ ad
cutim oleis euocare, neſcio cur veta
re liceat, rebelles variolas eodẽ præ-
ſidio in exteriora corporis trahere.
Certe non inde quòd permittamus
em-

emplaſtrum bubonibus peſtiferis ad
mouere,ideo etiam cuti variolas nõ
expurgãti prodeſſe obiiciendum no
bis eſt.Cum non parum differat ma
teria bubonis, quæ craſsior multoq̃
variolarum eſt, ab earundem tenui
materia. probat quippe tenuitatem
ſucci variolarum,exitum ipſarũ vl-
tra cutim,& craſsitiẽ illius,quæ bu-
bonem & carbunculum gignit, im-
mobilitatem & quietem eiuſdem in
tra cutim.

10.Meth. ¶Cauere variolarum ortũ in ocu-
lis obliuioni non tradendum eſt, cũ
ſæpe accidat eaſdem inibi naſcen-
tes viſu priuare, aut cicatricibus ma
culare ægrotantem.Prodeſt ergo ad
hoc vitandum,aquam roſarum, vel
coriandri,*aut decoctionẽ* rhois culi
narii,*quibus* crocus,camphora, aut
aloes leuigata cõmiſceantur, in ocu
lũ iniicere. Cumq; hæc ægro ingra-
ta ſint, ſuccum granorum mali pu-
nici inſtillare cõueniet.verum ſi re-
latis præſidiis adhibitis adhuc oriri
variolã in oculi tunicas videris col-
lirio albo Razes nuncupato, vti ne-
ceſſũ erit.neq; minor cura ne gula&
ſapera arteria,&inteſtina,ab earũdẽ
ortu exulcerentur,habenda eſt.Vita
uimus ergo malum hoc, ab ore & aſ
pera arteria vſu ſirupi myrtini, &
ſucci malorum punicorum, dulciũ,
& acidorum lambitis, ac gargariza
tione diamoronis.gulam autẽ, & vẽ
triculum,& inteſtina,præfatis medi
camentis & omphacio cum ſaccha-
ro cõmiſto deglutitis.Naſum fœ-
dari præ multitudine variolarum
ſolitum, non cuſtodire licet: omni-
no prohibendo variolarum exi-
tum in eodem, vt licuit relata mẽ-
bra ſeruare. Verum moderari irruẽ
tem multitudinẽ ſuccorum in par-
tem hanc,neceſſum eſt. quod exerce
re oportebit vſu moderate aſtringẽ
tium.neq; hoc pro tuendo naſo ſem
per efficere permittitur,ſed tunc dũ
taxat quando, vt prædixi, timor eſt
ne multæ variolæ in particulam il-
lam irruant.

¶Poſtq̃ integrum incrementum 11. Meth.
variolæ adeptæ ſunt, ac noxius hu-
mor in eiſdem contentus concoctus
& in ſaniem verſus fuerit,ſtatim ne-
ceſſum eſt,variolas ſallere, quod de-
center fit aqua inſtillata ex roſis, cui
tantum ſalis leuigati cõmiſcetur,vt
deguſtata mordere ſalſugine linguã
valeat.neq; perfecta cõcoctio in pu-
re variolarum expectanda eſt,ne vi-
rus illud adeo carnem exedad, vt &
ſi in vitæ diſcrimen ægrum non du-
cat,fœdam cutim redat.noſces ergo
in pus verti ſuccum variolarũ,quan
do prurire eaſdem æger ſenſerit. ſo-
lent enim tunc infantes & pueri fa-
ciem & reliquas corporis partes in
tãtum ſcalpere, donec ſanguine par
tes ſcalptas perfundãt. Auicẽna pri
usq̃ variolæ eſſent ſallendæ, perfora
re ipſas,aurea acu præcipit. quod e-
go potius nocere quàm prodeſſe, ſũ
expertus, rupta namq; per acũ cuti
fœdior cicatrix linquitur, quâm ſi
aqua roſata,ac croco, & ſale, corru-
gata cutis virus ex ſe per poros excer
nat. terminum in quo perforari va-
riolas deceat, ſeptimam diem perſ-
cripſit Auicenna, poſt quam ſallere
iuſſit. quem nõ adeo præciſſum eſſe
reor, vt antea quandoq; facere non
liceat,&ſi raro hoc accidat.Putauit
quoquè Auicenna ad velociorem ſa
niei variolarum exiccationem my-
rica,& ſandalis, & myrto, ægrorum
triclinia ſuffire. ægrotantesquè ſu-
per culcitras ex oriza,& milio, & or
deo, & fabis, & cupreſi foliis imbu-
tas dormire. quæ etſi parum prodeſ
ſe exiſtimo,nocere non puto.

¶Variolæ ſponte vel artis medicæ 12.Meth.
auxilio aridæ verſæ quòd excidant
quâm citius fieri poſsit, procuraui-

mus. hoc namq; linimento facto ex
medula oſsiũ crurium vaccarũ aut
boũ cõmiſta cum ceruſa vel vnguen
to albo officinarum, rectius aſſequi
mur: q̃ illinitione ſanguinis colum
barum, vt nõnulli faciunt. Cũ autẽ
vlcuſculum aliquod reliquerint, vl
ceri vnguẽto ex mineo medebimur.
cicatricesq; ab his relictæ non eiſdẽ
medicamentis curãdæ ſunt, quibus
vulnerũ ſolent. nam ſemper partes
cutis quas occuparũt variolæ magis
depreſæ & exiguis tumoribus caua-
tæ, quàm illeſæ viſuntur. et carnoſo
rũ mẽbrorũ cicatrices implurimũ
eminentiores partibus proximis ſa-
nis conſpiciũtur. ita vt priores quæ
foramina repleant, poſcãt, poſterio-
res quod ſupereminet auferri, deſi-
derent. vt priorẽ ergo ſcopũ aſſequa
mur (in hunc enim impræſentiarũ
tendimus) quæ mediocriter calfaci-
unt, & humectant, ſimulq; in cutim
ſanguinem trahunt, admouere debe
mus. in quẽ vſum balneæ ex decocto
anthemis, chamomilam pharmaco
polæ vocant, atq; fœni græci & alia
rũ plantarũ conſimiliũ iis facultatũ
prodeſſe valde valẽt. & maxime pro
deſt, reficere corpus alimentis, quæ
ſanguinẽ purum & ad cutim deferri
aptum, gignant. ouorũ ergo lutea re
centia & gallinarũ, & perdicũ, & hæ
dorũ caro, & eorundem iuſcula, cũ
ciceribus, & croco, fœniculo, & apio
& petroſelino (quæ vim habent, ad
cutim deferendi ſanguinem) manſa
& bibita proſunt. vnguenta & olea
quæ cutim attenuare, & abſtergere
valeant, conficienda ſunt, ex medica
mentis ad hoc conducentibus, & cu
ti præſertim faciei admouenda. pro
quo narciſſum, dracũculum, bulbũ
eſculentum, fecem vini, tartarum,
quod reſina doliorum ab aliquibus
nuncupatur, ab hiſpano vulgo raſu-
ras dicitur, centaurium, cum adipe
gallinaceo, & argento ſublimato, cõ
miſcemus. faciemq; hoc vnguento il
linimus, prius tamen quàm abſterga
mus. vaporationem ex decocto an-
themis, tranſatis tribus diebus, capi
te & facie linteis cooperto, ita vt va-
por exire nequeat eidem aproxima-
mus. oleoq; tartari & dracunculi fa
ciem ſtatim à vaporatione facta ab-
ſtergimus. complura alia olea & vn-
guenta confici in eundem vſum poſ
ſem, quæ breuitatis gratia ſubticeo.
etiam quòd relatam compoſitionẽ
vtiliorem eſſe quibuſuis aliis diſiu-
dico. Finemquè præſenti operi im-
pono, & CHRISTO ſaluatori
quas poſſum gratias ago, quòd illud
mihi in lucem edere, permiſit.

LAVS DEO

METHYMNAE DVELLI.
Excudebat Franciſcus à Canto,
ANNO. 1558. MENSE OCTOBRIS.